BIBLIOTHECÆ
ARABICO-HISPANÆ
ESCURIALENSIS
TOMUS POSTERIOR.

BIBLIOTHECA
ARABICO-HISPANA
ESCURIALENSIS

SIVE

Librorum omnium Mss. quos Arabicè ab auctoribus magnam partem Arabo-Hiſpanis compoſitos Bibliotheca Cœnobii Eſcurialenſis complectitur,

RECENSIO & EXPLANATIO

Operâ & ſtudio Michaelis Caſiri *Syro-Maronitæ, Presbyteri, S. Theologiæ Doctoris, Regis à Bibliotheca, linguarumque Orientalium interpretatione:*

CAROLI III. REGIS OPT. MAX.

auctoritate atque auſpiciis edita.

TOMUS POSTERIOR.

MATRITI

Antonius Perez de Soto imprimebat

ANNO M. DCC. LXX.

MONITUM
AD LECTOREM

ETsi in Præfatione prioris voluminis Bibliothecæ noſtræ ampliſsimum totius Operis argumentum, ſcribendi rationem & utilitatem quam in Orbem litterarium, maximè Hiſpanum, redundaturam ſperamus, uberiùs expoſuimus; ſunt tamen nonnulla quæ hîc præterire nefas duximus, ut & mens noſtra magis in aperto sit, & Lectoribus innoteſcat quid á nobis adhuc præſtitum ſit, ut quam fieri poſset, emendatiſsimum prodiret Opus.

Itaque nos in hac Bibliotheca recenſenda adornandaque id perpetuò ſervavimus, ut Arabicos Scriptores præ oculis habentes, illorum patriam, vitam atque ſententias ex ipsorum præcipuè ſcriptis in publicum ederemus, Latinorum aliorumque de eodem fortè argumento agentium teſtimoniis haud inconſultò ferè miſsis. Quod quidem eo potiſsimum conſilio facere decrevimus, ne opinionum varietate, quæ inter Arabicos aliosque auctores paſsim occurrunt, involuti, vel forſan decepti, aberrare potius quam rem attingere videremur. Deinde ab ſcopo noſtro longè abhorrebat diſsidentium ſententias excutere, in concordiam redigere, atque in ijs immorari: quapropter hanc aliis provinciam, qui & otio abundant & litteris, tradere lubenter decrevimus, genuina Arabum placita tradidiſſe contenti.

Quam ob rem Hiſtoriam Hiſpanam, quam ſæpiſsimè in hoc volumine ex Arabum annalibus ſcriptisque illuſtramus, talem Lectoribus exhibemus, qualem illi poſteris reliquerunt. Inſigniora proinde ipſorum loca in medium attulimus, eaque, prout res poſtulare videbatur, Latina interpretatione vel integra vel in epitomen contracta, noſtris etiam ſubjectis adnotatiunculis, ea qua par eſt fide ac religione, repræſentamus, atque in Operis decurſu, quaſi aliud agentes, obſcuriora tum locorum, tum Principum Scriptorumque nomina illuſtramus. Quo quidem labore, cùm & paſsim fontes indicemus unde ignota prorsùs hucuſque depromi poſsint Hiſtoriæ Hiſpanæ documenta, nos, ut videmur, magnum attulimus adjumentum hominibus noſtris, qui ſe in poſterum accingent ad res Arabum in Hiſpania geſtas pro

di-

dignitate tractandas. Nostras verò de re Chronologica, Geographica ac Etymologica conjecturas, quas, ut res alioqui difficillimæ clariori luce affunderentur, adjecimus, potiusque ut experiremur hac in re ingenium quid posset nostrum, Eruditorum judicio expendendas, æstimandasque æquo animo relinquimus; quibus si conatus nostri minus arriserint, non repugnabimus: nolumus etenim *Varrone* illo Romanorum doctissimo esse feliciores.

Præterea, ut nostra Bibliotheca, quæ disciplinarum ordine et Codicum numero digesta est, in publicum commodiùs ac utiliùs cederet bonum, & quò res præstantissimæ scituque dignæ jam hinc inde dispersæ expeditiùs faciliùsque reperirentur, sapientissimus, omnisque disciplinæ ac eruditionis laude ornatissimus *Joannes* de *Santander*, Regiæ Bibliothecæ Præfectus, optimè de labore nostro ac de re litteraria mereri cupiens, post evoluta summo studio atque constantia duo Operis nostri volumina, rerum ac verborum Indicem amplissimum desiderari probè agnoscens, normam ac regulam illius conficiendi omnium sanè optimam præscripsit: provinciam alioqui arduam ac molestam, nec unius sed plurium virorum onus, non quidem mihi in Latinam Canonum Ecclesiæ Hispanæ Arabicè conscriptorum versionem jussu CAROLI III. Regis nostri munificentissimi incumbenti, sed tribus Regiæ Bibliothecæ Subcustodibus demandavit, *Francisco* nempe *Moran*, *Josepho Rodriguez* de *Castro*, & *Ioanni Fernandez* de *Oteo*, qui è vita excedens, magnum sui nobis reliquit desiderium ob suavissimos mores atque in litteris præstantiam.

Nos verò cum universo Orbe litterario triumviris hisce diligentissimis magnas sanè pro labore suo & debemus ac agimus gratias: cùm ipsorum operâ, quidquid eximium ac notatu dignum in nostra Bibliotheca occurrit, confectus Index plenissimè & accuratissimè exhibeat. Nam præter *Catalogos* qui in toto Opere sparsim reperiuntur, interseruntur ibidem & alii, qui tum Regum ac Calipharum cujusque Regni, Provinciæ & urbis ubi rerum summa potiti sunt, tum Præfectorum, Præsidum, Quæstorum, Judicum, ac aliorum qui in eisdem munus suum obierunt, nomina, uti & Regum, cæterorumque cuique Provinciæ aut civitati præpositorum fideliter repræsentant. Anonymo-

rum

rum item omnium, quorum in Bibliotheca noſtra ſparſim mentio aliqua fit, Operum series ſub uno contextu ſubjicitur, magno certè Reipublicæ litterariæ emolumento. Sed ne quis accuratiorem, extremamque, ut ita dicam, in hoc Opere edendo deſideret diligentiam, laudatus Bibliothecæ Regiæ Præfectus, poſt abſolutum noſtri laboris quod ipſe in ſe ſuſceperat examen, non ejuſdem modo excutiendi provinciam mihi iterum injunxit, ſed & Opus integrum ad *Gregorium Majanſium*, noſtræ olim Bibliothecæ Cuſtodem, Prætorem nunc Regium virumque eruditiſsimum, tranſmisit, qui, quâ eſt in hoc ſtudiorum genere diligentia, quædam adnotavit, ac adnotationum ſuarum nos participes per litteras amiciſsimè reddidit. Unde factum eſt, ut quæ correctione aliqua indigerent, aut maiorem explanationem poſtularent, emendata aut illuſtrata ſint: quæ ſanè omnia Lector benevolus ad finem hujus Præfationis conſulere poterit. Errata verò Typographica, aliaque, quæ in hanc primam editionem Arabico-Latinam irrepſerunt, ad calcem operis relegata ſunt. Si quæ fortè adhuc ſuperſint cenſura digna, Lectoris erit prudentiæ caſtigare.

Ex his patet, nihil eſſe prætermiſſum, quo & numeris omnibus abſolutum prodiret Opus, & eo dignum honore, quo prius volumen proſequutus eſt CAROLUS III. Orbis utriuſque moderator, cujus patrocinio recreati ad maiora in dies aggredienda acriter incitamur. Tu vero, Lector erudite, laborem noſtrum, & quæ addenda vel caſtiganda nobis viſa ſunt, æquo & benigno animo ſuſcipe.

Tom. I.

Pag. 62. *col.* 1. CCLIX, *lege*, CCLXIX. Ab hoc numero Romano reliqui, qui in utroque Tomo perturbato ordine vagantur, numerandi ſunt.

Pag. 101. *col.* 1. *lin.* 19. poſt *Boniſæ*, adde, vulgò *Eneſa.*

Pag. 140. *col.* 2. in fine CCCCXXXVI, *lege*, CCCCLXXXVI.

Pag. 248. *col.* 2. *lin.* 24. Obiit Rex Henricus &c. *lege*, Rex Henricus III. obiit *Toleti* die Sabbati 25. Decembris anno *Chriſti* 1406. *Æræ Hiſpanæ* 1444.

Pag.

Pag. 315. *col.* 2. *lin.* 15. *dele*, fortè Hiſpani ex Orihuela *uſque ad verba* ut libri habet inſcriptio.

Pag. 335. *col.* 2. *lin.* 29. poſt mulieres, *adde*, Cæterùm re diligentiùs expenſâ, *Memezam* vel *Memitam*, ut illam vocat *Serapio* Latinè converſus, fol. 156. eſſe *glaucium* ſive *Papaver corniculatum* deprehendimus. Videſis *Dodeneum* libro IV. fol. 448.

Tom. II.

Pag. 123. *col.* 2. *lin.* 32. poſt *Bairan*, adde, vel *Bairen*.

Pag. 128. *col.* 1. *lin.* 16. *Cabtel* aut *Cabtal*, adde, hodie *Cabtiel.*

Pag. 128. *lin.* 26. poſt *Rogat*, adde, vel *Rugat.*

Pag. 281. *col.* 2. *lin.* 20. poſt Albaicin, *adde*, hoc nomen ſignificare etiam poteſt *Sericorum Mercatores.*

GEO-

GEOGRAPHICI

IN FOLIO.

CODEX MDCXXIX.

CODEX nitidè exaratus die 20. Gemadi prioris, anno Egiræ 898. Christi 1492. quo continetur opus partim Geographicum, partim Historicum, hoc titulo: (1) *Rerum mirabilium & peregrinarum Liber.* (2) Dividitur in Capita XIV. ubi, præmissâ tabulâ Geographicâ, à cæteris omnibus quæ ad hanc diem innotuere, penitùs diversâ, sermo fit de terrarum orbis Regionibus, Insulis, Urbibus; de Montibus, Maribus, Fluminibus, Fontibus; de Plantis, Fructibusque; Quadrupedibus, Avibus, Gemmis ac Metallis. Auctor est *Serageddinus Omarus Ben Alvardi* (3) *Mauritanus*, qui librum è variis Scriptoribus, *Nassireddino* videlicet, *Thuseo*, *Ptolemæo*, *Balkhensi*, *Massudeo*, *Ebn Athir*, *Maracensi*, *Alcharipho Eldrisi*, atque aliis collectum *Schahino*, Arcis *Alepensis* Præfecto, dedicavit. Inter urbes Hispaniæ, quas memorat celeberrimas, opibus, incolarum fortitudine, omnium artium exercitatione præstant *Granata*, *Setabis*, *Almeria*. Porrò Granatæ, Regiæ urbis, Historiam pertexens, eam tradit recentiùs conditam. *Setabim* verò elegantissimæ chartæ confecturâ; *Almeriam* omni artificiorum nobilitate florentissimam laudat. Cæterùm Scriptor hic à nobis cum Geographo *Nubiensi* diligenter collatus, non pauca ex eo, & quidem ad verbum omninò, descripsisse compertus est.

Hujusce operis Geographici plura occurrunt omnis moduli exemplaria in Catalogo MSS. Orientalium Regiæ Bibliothecæ *Parisiensis* à *pag.* 159. ad *pag.* 162. Ibidem etiam *pag.* 454. legitur ejusdem Auctoris *Historiæ Mahometanæ* Compendium ab anno Egiræ 454. ad annum 775. deductæ.

(1) *Titulus*: كتاب العجايب والغرايب ۞

(2) *Initium*: فان خالق الخلق ۞

Finis: كلامها وعظة ابها من الدرر ۞

(3) *Auctor*: سراج الدين بن عمر الوردي ۞

MDCXXX.

Codex literis Cuphicis descriptus vocalibusque animatus, operis Geographico-Historici tripartiti volumen continens tantummodò secundum, quod *Ægypti* superioris, *Africæ*, necnon *Mauritaniæ* descriptionem complectitur. Cætera, primum videlicet ac tertium de *Asia* atque *Hispania*, intercidisse non mediocriter dolemus. *Abu Obaid Cordubensis*, antiquus, sed incertæ ætatis Scriptor, qui Geographiæ *Nubiensis* rationem secutus, omissis latitudinis & longitudinis locorum mensuris, ad distantiam solùm pertinentes designat, ut in iis videre est quæ hîc adnotanda præ reliquis duximus.

DE ÆGYPTI ATQUE Africæ præcipuis aliquot ac memorandis Urbibus ex Abu Obaid Cordubensis Volumine II.

„ URbs *Pheiuma* à *Fustata* Libonotum versùs abest quatuor ferè dierum itinere. *Bahnassa* ab urbe „ *Mnahmasa* XII. parasangis, III. verò ab „ *Amara* distat; *Amara* à *Thaha* VIII. parasangis. Inter urbem *Thaha* & *Aschmunam* parasangæ XV. numerantur. „ Inter *Aschmunam* & oppidum *Cahki* „ VIII. parasangæ; inter *Cahki* & *Akhmim* totidem intercedunt. Haud plures „ inter *Akhmim* & *Ansanam*, perinde atque inter *Ansanam* & *Boram*. Inter „ *Boram* ac *Busirum* parasangæ VII. habentur. *Busir* autem urbs duplex est, „ altera *Thebaidis*, sive superior; inferior „ altera, quæ ad *Samnudam* pertinet. Inter *Busirum* & *Asmidam* una est parasanga; una itidem inter *Asmidam* & „ *Azmidam*; inter *Asmidam* & *Asuanam* IX. parasangæ; inter *Busi* & *Domairam* III; inter *Domairam* & *Damlacam* X; inter *Damlacam* & *Damiatam* VIII. Est & urbs *Asiuta* ad occidentale Nili latus sita, mœnibus cincta „ atque eleganter extructa, solo frugum feraci; sed in primis Sacchari & „ copia & bonitate omnium Thebaidos „ civitatum præstantissima. Sunt etiam „ urbes, videlicet *Tithani*, *Damsis*, *Maliich*, *Sahrageta*, &c.

„ *Tanis* Africæ urbs est, quam nautæ quidam Hispani, scilicet *Alkorki*, „ *Abu Aischa*, *Alsapharus*, *Sahebus*, „ aliique recentiùs condiderunt, anno „ nimirum Egiræ 162. ac frequentare „ solent cives *Illiberis* & *Tadmiri*. *Oran* „ urbs est munita, aquis & viridariis „ abundans. Eam extruxere *Mohamad Ben Abi Aun*, *Mohamad Ben Abdum*, „ aliique Hispani nautæ an. Egiræ 297. „ A Barbaris dirutam Oranenses sub auspiciis *Abi Hamid Dausi Ben Sula* instaurandam curarunt labente anno Egiræ 300. Anno verò 343. eam invasit „ *Iali Ben Mohamad*, atque incendiis „ vastavit: quam duobus post annis Oranenses incolæ tertiò demum refecerunt. Hi corporum magnitudine & „ viribus maximè celebrantur. *Fessa* duplex est, utraque muris cincta, magno flumine interfluente; altera Hispaniæ contermina, anno Egiræ 193. condita; altera *Caruanensibus* confinis, „ (a) (*borealis* illa, hæc *australis*.)

Re-

(a) بين الفيوم ومصر سفر اربع ايام ۞ بين بهناس والمنهمس اثني عشر فرسخا ۞ بين البهنس والعمر ثلاثة فراسخ ۞ بين العمر وطحا ثمان فراسخ ۞ بين طحا والاشمون خمس عشر فرسخا ۞ بين اشمون والقهقي ثمان فراسخ ۞ بين القهقي واخميم ثمان فراسخ ۞ بين اخميم وانسانه ثمان فراسخ ۞ بين انسانه ودوره ثمان فراسخ ۞ بين دوره

Reliquum est ut aliquid de urbibus oppidisque supra memoratis proferamus, ne ad peregrina insuetaque nomina Lector offendat. Etenim à Latinis Græcisque Geographis immane quantùm Arabes in locorum appellationibus dissonent. Inde has investiganti quantùm caliginis errorisque! Cujus sanè rei causas non alias fuisse crediderim, quàm imperiorum vices, mutationes gentium, linguarum varietates.

Pheiumam esse urbem Ægypti vetustissimam & à *Josepho* Patriarcha fundatam Arabum Scriptores prodidere. Urbem circumdat secatque Nilus. Territorium autem universum, cujus *Pheiuma* caput, humili adeò & depresso esse loco tradit *Jacutus* à *Golio* laudatus, ut quemadmodum sitiente reliqua Ægypto, Nilum haurit ad fœcunditatem: ita & ab eodem obrui facilè possit & submergi ad exitium usque, cum partes aliæ ad voluptatem irrigantur. Cui quidem commodo retinendo, incommodo autem propulsando, tres à *Josepho* ductos fuisse alveos memorant, eos scilicet, quibus hodieque *Pheiuma* regio includitur. Australis *Menha* dicitur; occidentalis à pago quodam *Tihamert*, cujus pars in ejusdem solitudinem sese effundit; ac orientalis, *Amnis Phæiumæ* dictus. Complures interjacent pagi; multæ etiam alluendis agris paratæ sunt fossæ, per quas, curatoribus ad amnium illorum ostia appositis, aqua distribui solet pro agrorum mensura atque inopia. Situm *Pheiumæ*, aditumque in eam Arabibus non nisi anno, postquam potiti Ægypto essent, exacto innotuisse scribit *Ebn Abdelhakim* in *Ægypti expugnatæ Historia*; ob eam scilicet causam, quòd & humilitate loci & alveorum implexu

بوره وبوصلير سبع فراسخ ۞ اما بوصير بوصيران بوصير السعيد وبوصير اسفل وهي بوصير سمنود ۞ بين بوصير واسمين فرسخ ۞ بين اسمين وارمين فرسخ ۞ بين اسمين واسوان تسع فراسخ ۞ بين بوسي ودميره ثلاث فراسخ ۞ بين دميره ودملقه عشر فراسخ ۞ بين دملقه ودمياط ثمان فراسخ ۞ مدينة اسيوط هي علي الشاطي الغربي من النيل وهي مدينة مسورة جميلة كثيرة الخير والفوايد وهي اكثر بلاد الصعيد قصب سكر واطيبه ۞ مدينة نبطاني ۞ دمسيس ۞ مليج ۞ صهرجت ۞

وتنس المدينة الحديثة اسسها البحريون من اهل الاندلس منهم الكركي وابو عايشة ۞ الصفر وصهيب وغيرهم وذلك سنة مائة وثنين وستون ويسكنها انـاس من اهل البيرة واهل تدمير ۞ وهران مدينة حصينة ذات مياه وبساتين ۞ وبني مدينة وهران محمد بن ابي عون ۞ محمد بن عبدون وجماعة من الاندلسيين البحريين في سنة مايتين وسبعة وتسعين ۞ هدمت من القبايل ۞ ثم عاد اهل وهران اليها وبامر ابي حميد داوس بن صولا ينيت في سنة ثلاث مائة ۞ ثم دخل يعلي بن محمد مدينة وهران وملكها سنة ثلاثة مائة وثلاث واربعين وخربها ثانيا واحرقها ۞ ثم عمرها اهلها بعد سنتين ۞ واهلها موصوفون بعظم الاجساد والقوة ۞ اما مدينة فاس مدينتان مسورتان وبينهما انهار ۞ اي فاس في عدوة الاندلس التي اسست في سنة ثلاث وتسعين ومائة ۞ والتي في عدوة القرويين ۞

urbs illa quodammodo latitaret. Deprehensam nullo negotio statim occuparunt. Ego verò hujusmodi regionem eandem esse puto, quam *Heracleoticæ Præfecturæ* nomine Græci designarunt; aut siquis malit, *Pheiumæ Lacum*, qui, auctore *Abulpheda*, distat ab urbe Occidentem versùs iter dimidii diei, haud alium à *Mæotide Palude*, quam unà cum Heracleotica regione describit *Strabo Lib. XVII.* Consule *Kircherum*, *Golium*, & *Leonem Africanum* in *Descriptione Africæ*, *pag.* 280.

At si non omnia locorum nomina, quæ supra recensuimus, apud Geographum *Nubiensem*, ac *Leonem Africanum* invenias; aliquot saltem ibi memorantur, quæ nos hîc indicabimus. Itaque Geographus *Nubiensis* in *Parte IV. Climatis secundi*, solùm memorat urbem *Albahnasam*, „ quæ jacet ad ripam (Nili) „ occidentalem. Et ab hac urbe ad *Mesram* septem est longarum dierum iter. „ Defluit posteà is fluvius in Septentrionem ad urbem *Ahnas*, (quam „ Auctor noster *Mnahmas* appellat) spatio duarum stationum.... Ibidem superiùs: Ex illis etiam est urbs *Thaha*, estque infra urbem *Osmuni* (*Aschmuna* „ meliùs appellandam). Ab urbe *Ansana* ad parvum locum *Almaráa*, & ab „ ipsa ad urbem *Armant* ad Occidentem Nili quinque sunt ferè milliaria... „ Ab urbe *Armant* ad urbem *Asuan* est „ item navigatio unius diei per Nilum.

Ansenam vocat *Antinopolim* Ptolemæus, *Asnam* verò *Latonopolim.* Cætera vide apud *Kircherum* in *Prodromi Supplemento*; ut & aliquot urbes apud *Leonem Africanum* descriptas. Illud hìc animadvertendum *Tanis*, de qua noster Auctor in *Africæ descriptione*, aliam omninò esse à *Tanis*, Ægypti insulâ, cujus meminit Geographus *Nubiensis*, *Parte III. Clim. III.*

MDCXXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus die 3. mensis Saphari anno Egiræ 588. Christi 1192. foliis 118. constans, quo continetur Opus Cosmographicum in XXX. capita divisum, ubi Cœli, Globi terraquei & *Nili* descriptio, subjectis eorum tùm Astronomicis, tùm Geographicis figuris (1). Ejus auctor *Abu Ali Ben Alzeiat Hispalensis*, Regius Chronographus, (à quo suam ducit nobilissimam originem *Leo Africanus*) in prioribus capitibus de Terræ situ, figura, magnitudine; de Maris Fluviorumque æstu ejusque causa disserit; in reliquis verò posterioribus de *Nili* incremento & origine: ubi eadem fermè, quæ apud *Leonem Africanum*, notatu digna reperias.

Audiendus tamen est hac de re spectator *Geographus Nubiensis Parte III. Clim. III.* „ Longitudo autem Ni„ li hæc est. A litore maris Rum, ubi „ habet terminum suum, usque ad ter„ ram Nubiæ, quà alluit illam à tergo „ *Aluahat*, protenditur XXV. ferè sta„ tionibus. A termino Nubiæ, quà Me„ ridiem respicit è regione ejusdem Nu„ biæ, circiter octo stationes. Indéque „ ad principium termini à nobis supe„ riùs memorati, excurrit spatio duo„ decim penè stationum.

De *Nilometrio* differens, sic pergit: „ In medio cisternæ extat columna mar„ morea erecta, cubitorum digitorum„ que interjectorum numero signata. Su„ per verticem columnæ est ædificium „ saxeum, firmum, coloratum, auro, „ cæruleo, & variis coloribus fortiter „ hærentibus distinctum. Aqua devenit ad

(1) *Initium*: هزا كتاب المد والجزر ۞ *Finis*: فماخوذ من الكتب ۞

„ ad eam ciſternam per canalem amplum „ ductum ab ipſa ad aquam Nili; non „ tamen ingreditur aqua in ciſternam, „ niſi ad Nili incrementum, quod „ accidit menſe Augusto. Creſcunt au- „ tem ordinariò ejus aquæ ſexdecim cu- „ bitis, & tunc alluunt terram Imperato- „ ris æqualiter: Cum autem creſcit Ni- „ lus cubitis octodecim, alluit totas am- „ bas terras, quæ ſunt ibi: Quòd ſi creſ- „ cat viginti cubitis, infert detrimen- „ tum. Creſcit verò ad minimum cubi- „ tis duodecim; cubitus autem eſt vigin- „ ti quatuor digitorum. Itaque quotieſ- „ cumque excedit cubitos decem & oc- „ to, damnum infert, quoniam evellit „ arbores, & deſtruit: & ſimiliter cùm „ minùs creſcit quàm duodecim cubitis, „ affert ſecum tali defectu penuriam, „ annonæ caritatem, & parcam ſemi- „ num injectionem.

Siquis plura atque alia de Nilo ſtupendiſque ejus animalibus noſſe velit, conſulat *Leonem Africanum*, *Lib. VIII.* & *IX.* Id autem argumenti fuſiùs tractarunt Scriptores Arabes, in iis noſter CAZVINÆVS in ſua *Geographia*, de quo ſuo loco.

Ad extremum hujus Codicis accedunt *De Aſtrologia Judiciaria* libri duo *R.* SAHELI BEN BASCHARI, cujus Tractatum *De Electionibus* alibi recenſuimus.

GEOGRAPHICI

IN QUARTO.

MDCXXXII.

CODex nitidè exaratus anno Egiræ 701. quo continetur opus Geographico-Hiſtoricum, inſcriptum *Regionum Mirabilia* (1), in Climata ſeptem veterum more diſtributum: auctore celeberrimo Philoſopho & Geographo *ZACHARIA BEN MOHAMAD BEN MAHMUD ALCAZVINI* (2) *Perſa*, in urbe *Cazuin* nato: qui quàm plurimis Perſiæ, Aſiæ, Africæ regionibus peragratis, huic operi manum admovit, finemque demum fecit anno Egiræ 661. In eo quidem præmittit Prolegomena ſatis docta in Lapidum pretioſorum, Metallorum, Vegetabilium pariterque Animantium ſingulis regionibus maximè peculiarium hiſtoriam; inde conſtituta ſingulis climatibus dimenſione ſecundùm *Alfergani* ſyſtema, Urbium, Oppidorum, Inſularum ſitus nominaque, perinde ac inſtituta, mores, adminiſtrationem, religionem, reſque in ea memorabiles, tàm à ſe ipſo diligenti obſervatione indagatas, quàm in veris Mahometanorum Annalibus memoriæ traditas copiosè deſcribit: adeò ut id operis Hiſtoriæ Naturalis & Civilis lectiſsimæ, necnon Geographiæ Theſaurum jure dixeris: quod ex illius Compendio à nobis elaborato, & ad prælum jam parato omninò liquebit. (3)

MDCXXXIII.

Codex optimæ notæ, *Cairi* exaratus anno Egiræ 779. in quo nimirùm habentur:

1.° Anonymi Opuſculum Geographicum, cui titulus: *De Telluris natura, ſitu & figura, necnon de Climatum deſcriptione* (4). Auctor eſt natione, ni fallor, *Ægyptius*, non mediocriter doctus. *Ptolemæum*, cujus rationem ſequitur, ſæpiùs laudat. Et quoniam is ab *Inſulis For-*

(1) *Titulus*: كتاب عجايب البلدان ۞
(2) *Auctor*: تاليف زكريا بن محمد بن محمود القزويني ۞
(3) *Initium*: اني قد جمعت في هذا الكتاب ما وقع لي وسمعت وشاهدته ۞
لاقوذنهم من هذا الي هاهنا ۞ *Finis*:
(4) *Titulus*: في هيئة خلق الارض وشكلها والكلام في الاقاليم ۞

Fortunatis cum antiquioribus, ſive Græcis, ſive Arabibus, longitudines locorum deducit; eum ſexto, vel inchoato ſeptimo Egiræ ſeculo floruiſſe colligas.

2.° Ejuſdem *Synopſis Aſtronomica*, ubi de variis Syderum ſive errantium, ſive inerrantium motibus orbibuſque, tùm de ſingulorum numero, ſitu, magnitudine, diſtantia, ortu atque occaſu enucleatè diſſeritur.

3.° Ejuſdem *De Arte Nautica* Commentariolus, in quo varia juxtaque utilia traduntur maris Arabici & Indici navigandi præcepta : accedente multarum Inſularum atque Urbium hiſtoriâ, è quibus hæc tantùm nomina viſa ſunt annotanda : „ *Khur* , *Saipha* , Inſula „ *Haizeran* , *Mirza*, Mons *Mangelur*, „ *Calicut*, *Schaliat*, Mons *Socothri*. (a)

4.° Collectio *Poëmatum* multiplicis argumenti; ſed & omiſſo Auctoris nomine, & initio detracto.

MDCXXXIV.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 869. Chriſti 1464. complectens opus Geographico-Hiſtoricum, cui titulus: *Notitia & Methodus Regia* (1), in partes ſeptem diſtributum : auctore SCHEHAB ALDINO ABILABASO AHMADO BEN FADHL ALLA ALAMRÆO (2) *Ægyptio*, qui Ægypti Regis *Almaleki Alſalehi* anno Egiræ 647. Chriſti 1249. à ſecretis fuit. (3)

MDCXXXV.

Codex inferioris notæ, in quo alterum ejuſdem operis exemplar.

Eo quidem in opere Auctor, utpote Epiſtolarum conſcribendarum artem quàm abſolutiſsimam Scribæ Regio traditurus, Ægypti & Syriæ urbes aliaque loca diligentiſsimè deſcribit; tùm Regum ac Principum cujuſcunque gentis, regionis, religioniſve nomina & titulos recenſet; poſtremò variarum rerum ad Regales ritus, ad civilem prudentiam, ad militarem diſciplinam ſpectantium nomenclaturam contexit. Cæterùm quum apud eundem ſcriptorem *nitrati Pulveris* occurrat mentio, rem non ingratam me facturum arbitror, ſi & Arabum teſtimonia, & Latinorum placita eâ de re ſubjiciam.

DE TORMENTORUM bellicorum, & nitrati Pulveris apud Arabas antiquitate atque uſu.

MIſsiles ignes, nempe faces, ſagittas ardentes aliaque ignita hujuſmodi tela machinis, vel manu in oppida obſeſſa, aut in naves jacere Græcis Romaniſque mos fuit vetuſtus. De quibus, ut cæteros omittam, Vegetius in Libris *De Re militari*, tùm Leo Imperator in *Tacticâ* fusè tractat; atque, inter alia rei militaris præcepta, id tradit : „ Si ædes in caſtello ad comburen- „ dum idoneæ fuerint, ſagittis igniferis „ per multa & varia loca ſparſis, idque „ potiſsimùm vento ingenti aliquo flan- „ te, incendes; ſaxa etiam quadrata igne „ plena, & manganica alacatia, quæ „ ſaxa emittunt atque ejiciunt, adhibe- „ bis, & in ædes quæ facilè incendium „ re-

(a) الخور ۞ السيف ۞ جزيرة حيزران ۞ ميرزه ۞ جبل منجلور ۞ قاليقـــوت ۞ شاليات ۞ جبل سقطري ۞

(1) *Titulus* : كتاب التعريف بالمصطلح الشريف ۞

(2) *Auctor* : تاليف شهاب الديـــن ابي العباس احمد بن فضل الله العمري ۞

(3) *Initium* : فلما اغري اهل الفضايل ۞

Finis : وهي فارغة الجـــراب ۞

„ recipiunt, conjicies „. At de nitrati, ſive tormentarii Pulveris apud veteres illos populos uſu nulla prorsùs extat mentio. Quo autem tempore hujuſmodi inventum hominibus innotuerit; quiſve illius auctor extiterit, lis eſt inter Scriptores. Carolus du Freſne in *Gloſſario Med. & Inf. Latinit.* in voce *Bombarda* ſic habet: „ Pulveris autem tormen- „ tarii... auctorem ferunt chymiſtam „ quemdam nomine Bertholdum *Sch-* „ *warths*, ſeu Nigrum, Monachum... „ Illius ab ann. 1338. in Gallia uſum „ fuiſſe docet computum Bartholomæi „ *du Drach* Theſaurarii guerrarum iſtius „ anni „: In cujus rei fidem Gallica ipſius Bartholomæi verba continuò ſubjicit. Alii verò ex bene multis, quos ibidem congerit, auctores alium inventorem & recentiorem uſum prodidere.

At Arabum monumenta longè antiquiorem apud Perſas & Africanos extitiſſe referunt. Quare veriſimile eſt ab Arabibus Pulveris nitrati notitiam & uſum ad Hiſpanos, inde ad Gallos dimanaſſe, qui pulverem hunc poſteà perfecerunt, & in granula cogendi rationem edocuerunt. Id ſanè haud obſcurè indicant Codices Arabici MSS. noſtræ Bibliothecæ, atque inter alios hicce Codex, cujus auctor, ut ſuprà dictum eſt, anno Chriſti 1249. clarus, ibidem varia tormenta bellica ſuo ævo Arabibus uſitata ita deſcribit. „ Serpunt, ſu- „ ſurrantque ſcorpiones circumligati ac „ pulvere nitrato incenſi, unde explo- „ ſi fulgurant ac incendunt. Jam vi- „ dere erat Manganum excuſſum ve- „ luti nubem per aëra extendi ac to- „ nitrûs inſtar horrendum edere frago- „ rem ignemque undequaque vomens, „ omnia dirumpere, incendere, in cine- „ res redigere. (a)

Ex dictis ſanè liquet Scriptorem noſtrum de globis ferreis ope ignis artificialis excuſſis loqui; vocabulis enim *Naphtha* & *Barud* ubique utitur, ex quibus per ea tempora pulvis tormentarius conficiebatur. Nomine autem *Barud* Perſæ, Turcæ & Arabes olim *Nitrum*, hodie *Pulverem nitratum* intelligunt; *Naphtha* verò bituminis genus ſulphure miſtum ſignificat. Atque de hujuſmodi globis ope Naphthæ in hoſtes exploſis diſſerens nobilis ſcriptor Granatenſis *Abu Abdalla Ebn Alkhathib* in *Hiſtoria Hiſpana* ad annum Egiræ 712. & 724. Chriſti 1312. & 1323. hæc habet: „ Ille (videlicet *Abalvalid Iſmael* „ *Ben Naſſer*, Granatæ tùm temporis „ Rex) caſtra movens, multo milite „ hoſtium urbem *Baza* obſedit, ubi „ machinam illam maximam Naphtha „ & globo inſtructam, admoto igne, „ in munitam arcem cum ſtrepitu ex- „ ploſit. (b)

Talis apud Arabas tormenti bellici uſum obtinuiſſe confirmat Alphonſi XI. *Regis Chronicon* Hiſpanum, cujus in *Cap. CCXXIII.* legas, interea dum oppidum *Algezira* ab eodem Rege obſideretur, Æra videlicet MCCCLXXX. „ Multa Mauros ab oppido in exerci- „ tum diſploſiſſe tonitrua, quibus fer- „ reas pilas malis Matianis prægrandibus „ pares emittebant; idque tam longè, „ ut

(a) دب بعقارب البارود المصرورة وذوقدت نارا حيث تدفع تحرق ۞ امتــــــدت كانها سحاب وهدرت كانها رعود واضطرمت كانها حريق وجعلت الكل رماد ۞

(b) وعمل الحركة الي بلاد العدوۂ الي مدينة بسطة فاخذ في حلقها ونشر الحرب عليها ورمي بالالة العظمي المتحدة بالنفط كرة محماة طاقة البرج المنيع ۞

„ ut aliæ obſidentium copiarum ſtatio-
„ nem præterirent, aliæ ipſas offende-
„ rent copias. (*a*) „ At ibidem *Cap. CCCXXXVII.* res apertiùs & citra omne dubium expreſſa his verbis: „ Quorum maxima parte confectâ, die „ vigeſima quarta hujus menſis Februa-„ rii (Æra nempe MCCCLXXXII.) „ quinque Zabræ & Sagetiæ oppidi „ portum ſubiere, farina, melle, bu-„ tyro, &, *quo tonitrus emittebatur*, „ *pulvere*, onuſtæ. (*b*)

Prioris facti meminit Petrus Mexia in *Sylva Variæ Lectionis*, *Lib. I. cap.* 8. poſterius ſilet. Verùm ad majorem id genus machinæ antiquitatem aſſerendam, idem eodem capite talia ſubjicit: „ Quin „ multo ante Petrus, Epiſcopus Legio-„ nenſis, in *Chronico Regis Alphonſi Toletanæ urbis expugnatoris* ſcriptum re-„ liquit maritimo prælio quod inter Mau-„ rorum Regum claſſes, Tunetani ſcili-„ cet & Hiſpalenſis, quibus Rex idem Al-„ phonſus favebat, comiſſum eſt, Tune-„ tani Regis naves ferreis quibuſdam „ fuiſſe tormentis, ſive lombardis inſtru-„ ctas, quarum ope ignea tonitrua be-„ ne multa contorquebant. Quod qui-„ dem ſi ita eſt, illas ſanè machinas eaſ-„ dem fuiſſe oportet quæ nunc *Artilleria* vocitantur, licet minùs perfectas; „ adeóque annis abhinc quadringentis „ & ampliùs extitiſſe. (*c*)

Verùm ſi ex Arabum monumentis exempla repetantur, vetuſtiſsimum ſanè apud illos hujuſmodi pulveris uſum eſſe conſtabit. Audiatur inter alios Elmacinus Latio haud ignotus, qui *Lib. I. Hiſt. Sarac.* ad annum Egirianum 71. qui Chriſtiano 690. reſpondet, hæc tradit: „ Eodem hocce anno *Hagiagæus* arcta „ premens obſidione *Meccam*, manga-„ nis & mortariis ope naphthæ & ignis „ in Cabam jactis, illius tecta diruit, „ combuſsit ac in cinerem redegit. (a)

Ad hæc etiam accedunt Scriptorum Europæorum ſuffragia apud Fabricium, in *Bibliographia Antiquaria*, *pag.* 636. Ibi, auctore Thoma Hyde in *Hiſtor. Schachiludii*, *pag.* 175. legas: „ Indis an-„ te plurima ſecula perſpectam fuiſſe pul-„ veris pyrii, & tormentorum ignes ja-„ culantium rationem; ab Indis eam ac-„ cepiſſe Chinenſes „; tùm ex viri docti ſententia in *Variis obſervationib. pag.* 89. „ à Chinenſibus accepiſſe Saracenos, „ qui etiam illo poſteà in bello adversùs „ Ludovicum Sanctum Galliæ Regem „ uſi ſunt, Jonvillio oculato teſte.

De Invento longè funeſtiſsimo, atque humanis corporibus in primis mortifero differentem ſubiit utiliſsimi contra, humaniſque ingeniis maximè vitalis Inventi recordatio, quæ ſuaſit de Charta, lintea videlicet & bombycina, pauca hæc ſubnectere.

DE

(a) في هذه حاصر الحجاج مكة أشد حصار ورمي الكعبة بالمجانيق حتى
هدمها ورموها بكيزان النفط والنار واحترقت الستارات حتى صارت رمادا ۞

(*a*) Y los moros de la ciudad lançaban muchos truenos contra la hueſte en que lançaban pellas de fierro grandes tamañas como mançanas muy grandes, y lançabanlas tan lexos de la ciudad, que paſſavan allende de la hueſte algunas dellas, è algunas dellas ferian en la hueſte.

(*b*) Idem *Chronicon*, *cap* 337. *fol.* 181. *col.* 2. Y ſeyendo fecha la mayor parte dello en veynte y quatro dias andados deſte mes de febrero, entraron en la ciudad cinco Zabras y Saetias cargadas de farina y de miel y de manteca y de polvora con que lançaban del trueno.

(*c*) *Ex editione Hiſpalenſi anni* 1570 *in fol.* Y aun mucho tiempo antes deſto en la Coronica del rey don Alonſo que gano a Toledo, eſcriue Don Pedro Obiſpo de Leon, que en vna batalla de mar que vuo entre el armada del rey de Tunez, y la del rey de Seuilla, moros a quien fauoreſcia el rey don Alonſo, los nauios del rey de Tunez trayan ciertos tiros de hierro, o lombardas, con que tirauan muchos truenos de fuego, lo qual ſi aſsi es, deuio de ſer artilleria, aunque no en la perfecion de agora, y ha eſto mas de quatrocientos años.

DE CHARTÆ apud Arabes Antiquitate atque usu.

ABU ALI MOHAMAD ALGAZELUS, patriâ *Meccanus*, septimi Egiræ seculi Scriptor in egregio opere Historico *De Arabicarum Antiquitatum eruditione*, ubi de Arabum studiis, moribus atque inventis disserit, Chartæ inventum & usum apud Arabas ita memorat: „Anno Egiræ 88. Christi 706. „quidam *Josephus*, cognomento *Amru*, omnium primus Chartam in urbe „Meccana invenit, ejusque usum Ara„bibus induxit. (a)

Antiquissimum apud Sinas Persasque Chartæ usum esse docet ALI BEN MOHAMAD *Persa*, *Samarcandæus*, Historiæ Arabum Auctor, qui anno Egiræ 30. in urbem *Samarcandam* artem conficiendæ Chartæ invectam esse testatur, addens: *Antehac Chartæ usum, & artem non nisi in urbe Samarcanda & Sinarum regione reperiri.* (b)

Unde verisimile profectò est Arabes hujusmodi usum à Persis & Sinensibus, quorum regiones partim expugnarunt, partim perlustrarunt, jamdiu accepisse. Id ipsum luculentissimè demonstrant complures Codices MSS. *Escurialensis* Bibliothecæ, quorum aliqui exarati sunt anno Egiræ 400. Christi 1009. alii anno 500. Christi verò 1106.

Persæ quidem ac Sinenses non solùm Calligraphiæ arte, sed & artificio Chartam nitidissimam, necnon Atramentum splendidissimum, Coloresque floridissimos conficiendi cæteras nationes antecellunt. Eorum egregii perpetuique æmulatores Arabes olim extitere, ut omittam artificium aliud non minùs admirandum, pelles videlicet concinnandi tingendique, quæ sive rubri, sive nigri coloris, adeò nitent, ut ego ipse in illis veluti in speculo me non semel inspexerim.

Joannes Raius *Historiæ Plantarum Libro XXII. cap. 2. De Papyri invento*, longè minorem Chartæ tribuit antiquitatem, ejus artificium circa annum 1470. cœpisse ratus. Sed gravissimè fallitur; siquidem non pauca in Regia *Escurialensi* Bibliotheca extant monumenta tùm chartacea, tùm bombycina quæ ante tertium decimum Christi seculum sunt exarata.

Atque hæc pauca Geographica ex aliquot Geographicis monumentis describere licuit. Cætera enim, in iis Geographia, vulgò *Nubiensis*, tùm *Abulphedæ*, *Rasisque* ejusdem argumenti opera in luctuosissimâ illâ incendii jam supra memorati clade nunquam satis lugendâ intercidére. Quum autem tria *Geographiæ Nubiensis*, Latio jam donatæ, Arabica exemplaria Romæ impressa nobis Bibliotheca *Escurialensis* exhibeat: quæ Arabum Scriptores de præstantissimo illius Auctore prodiderint, hîc suo veluti loco referre visum est.

DE GEOGRAPHIA Nubiensi ejusque Auctore Disquisitio.

GEographiam, quæ *Nubiensis* nomine circumfertur, Epitomen esse fusioris Geographiæ Principis ALCHARIF ALDRISI, in *Abulphedæ* Procemio ad Tabulas Geographicas laudati, asseri-

(a) أول من صنع القرطاس عمر في مكة سنة ثمانية وثمانين وسلكت بين العرب ۞

(b) وليس قبل ذلك يوجد القرطاس الا بسمرقند وبالصين ۞

rimus; idque ex duplici argumento. Primùm quidem ex ipso Scriptoris (quisquis ille sit) Geographiæ *Nubiensis* testimonio, qui in Præfatione hæc habet: „ Legenti mihi librum, qui *Curiosi animi Relaxatio* inscribitur (hunc ipsum Titulum præfert laudati *Aldrisi* Geographia), & ejus sensum, mentemque „ consideranti arrisit valde methodus ipsius. Sed quoniam in illo multa sunt „ superflua sæpéque repetita: & in Climatum descriptione nonnulla omittuntur, alia pro libito adjunguntur: „ idcircò selegi ex ejus sermone quæ „ ad rem videbantur, quæque ad Portus & Regiones agnoscendas necessaria judicavi. „ Deinde verò ex variis ejusdem *Aldrisi* Geographiæ exemplaribus MSS. in quibus Regiæ Bibliothecæ *Parisiensis* unum in folio, signatum *Num.* DLXXX. Eduardi *Pocockii* & Joannis *Gravii* duo, illud è Syria, hoc ex Ægypto allatum. Unde factum est ut *Meccæ* Descriptionem, quam Geographiæ *Nubiensis* Auctor ex industria omisit, laudatus Pocockius è suo exemplari depromserit & Notis ad *Abulpharagii* Historiam pertinentibus Arabicè & Latinè inseruerit, *pag.* 122. hisce verbis:

„ *Mecca* urbs est perantiqua, Peregrinorum frequentiâ ex universo Muslamorum imperio visendi causâ celebratissima, inter duos montes sita est. „ Longitudo ejus à superiori ad inferius „ latus, ab Austro videlicet ad Septentrionem, protensa, passuum est circiter bis mille; & ab imo montis *Giad* „ ad fastigium montis *Coaicam* mille passus numerantur. In medio hujus spatii (id est in valle) interjacet urbs lapidibus & luto extructa, qui quidem „ lapides ex ipsius montibus excisi sunt. „ Fora habet pauca. Porrò in medio „ *Meccæ* templum visitur, quod vocatur *Alharam* (Sacrum) tecto caret atque instar septi spatium ambit intermedium. Est autem *Alcaba* domus tecto operta in medio templo, cujus longitudo exterior Orientem versùs 24. „ cubitorum; eademque lateris oppositi, „ quà Occidentem spectat, mensura est. „ Ad partem Orientalem est porta *Alcabæ* circiter hominis staturam alta, cujus imo pavimentum *Alcabæ* interius „ æquale est; in ejus angulo est lapis niger. Longitudo autem parietis qui Septentrionem spectat, Damasceni scilicet, 23. cubitorum est; totidemque „ paries ei oppositus Meridiem versùs. „ Juxta fundamentum hujus partis locus „ est sacer circumseptus, circularis, longitudine 50. cubitorum, in quo est „ lapis albus, qui *Ismaelis* filii Abrahami sepulchrum perhibetur. Ad partem „ Orientalem templi extat Hemicyclium „ *Abbasi*, puteus *Zomzom*, & Hemicyclium Judææ. *Alcabam* totam murus „ cingit, in quo noctu lampades ac faces „ accenduntur. *Alcabæ* bina sunt tecta, „ à quorum superiori aqua effunditur extra domum per siphonem ligneum: „ ita ut decidat in lapidem, quem *Ismaelis* sepulchrum censeri diximus. Domûs autem pars exterior tota vestibus „ è serico Iracensi confectis exornatur: „ adeò ut nulla ejus pars oculis pateat. „ Altitudo hujusce domûs 27. cubitorum est. Vestes autem illæ uncinulis „ & spinteribus appensæ sunt. Mittit „ quotannis *Bagdadi* Dominus, Calipha „ videlicet, novas, quibus detractis veteribus, obtegitur; nec aliis præter Calipham eam operire permissum est. „ *Alcaba*, ut memoriæ proditum est, domus erat *Adami*, lapide ac luto extructa: quæ quum à diluvio subversa esset, „ eo statu mansit ad tempora usque „ Abrahami & Ismaelis, quibus præcepisse Deum ut ipsam iterum ædificarent, fama est. Abrahamus ergo cum „ Ismaele manu conserta, mutuis operis

„ ris eam lapide & luto extruxerunt. „ Non eſt autem in urbe *Mecca* aqua „ fluens, præter eam quæ à fonte quo- „ dam longè diſsito derivatur; atque id „ opus haud perfectum erat, cui ſuo de- „ mum tempore ultimam impoſuit ma- „ num *Almoktaderus* Imperator Abba- „ ſida. Itaque *Meccæ* aquæ ſalſæ ſunt, „ nec bibenti gratæ; quarum tamen op- „ tima eſt aqua putei *Zomzom*, quæ qui- „ dem potabilis eſt, ſed non continuò „ bibenda. Nec eſt in univerſa *Mecca* „ arbor frugifera præter illas quæ deſerti „ propriæ. Habitat autem *Meccæ* Prin- „ ceps in arce quam habet ad latus ur- „ bis Occidentale, in loco dicto *Alma-* „ *raba*, qui tribus circiter mille paſsi- „ bus ab urbe diſtat: cui adjacet hortus, „ non ita pridem conſitus, in quo palmæ „ tùm domeſticæ, tùm ſylveſtres ſunt „ quamplures, arboreſque omnis gene- „ ris aliunde translatæ. Non eſt *Alhaſ-* „ *chemo* Meccæ Principi agmen equeſtre, „ ſed copiæ pedeſtres tantùm: vocantur „ ejuſmodi pedites *Spiculatores*. Veſtibus „ indui ſolet albis, & infulis etiam albis „ equo vehitur. Præclarum habet in ſub- „ ditos regimen; optimè adminiſtratur „ juſtitia, & æquitas cuique patet; bene- „ ficentiam quoque munificè pro viri- „ bus exercet. Meccæ duo ſunt tempo- „ ra ſtata, quibus erogatur quidquid in „ eam annonæ advectum fuerit, videli- „ cèt initium *Ragebi* menſis, & tempus „ quo conveniunt Peregrini. Incolæ „ ejus auri & argenti copia abundant, „ necnon gregibus paſsim vagantibus; „ jumenta item & camelos poſsident; „ frugum & tritici nihil habent, niſi „ quod ab aliis regionibus ad eam affer- „ tur. A locis circumjacentibus dactylo- „ rum copia advehitur, uvæ verò à *Tha-* „ *iepha*, quum paucæ admodum in ip- „ ſa creſcant: illius incolæ qui tenuioris „ fortunæ ſunt, fame laborant, variiſ- „ que incommodis ſunt obnoxii. E Mec- „ ca viro cuique egreſſo omni ex par- „ te occurrunt valles, in quibus aquæ „ fluentes ſunt & fontes perennes, pu- „ teique aquis abundantes, horti fre- „ quentes & agri contigui. (a)

(a) ومدينة مكة قديمة ازلية البنا مشهورة الثنا معمورة مقصودة من جميع الارض الاسلامية واليها حجهم المعروف ۞ وهي مدينة بين شعاب الجبال ۞ طولها من المعلاة الي المستفلة نحو ميلين وهو من جهة الجنوب الي جهة الشمال ومن اسفل جبل اجياد الي ظهر جبل قعيقعان ميل ۞ والمدينة في وسط هذا الفضا وبنيانها حجر وطين وحجارتها من جبالها ۞ واسواقها قليلة ۞ في وسط مكة مسجدها الجامع المسمي الحرام ۞ وليس لهذا الجامع سقف وانما هو داير كالحظيرة ۞ الكعبة هو البيت المسقف في وسط الحرم ۞ وهذا البيت طوله من خارجه من ناحية الشرق اربعة وعشرون ذراعا وكذلك طول الشقة التي تقابلها في جهة المغرب ۞ وبشرقي هذا الوجه باب الكعبة وارتفاعه علي الارض نحو قامة ۞ وسطح الكعبة من داخل مساوٍ لاسفل الباب وفي ركنه الحجر الاسود ۞ وطول الحايط الذي من جهة الشمال وهو الشامي ثلثة وعشرون ذراعا وكذلك الشقة الاخري التي تقابلها في جهة اليمن ومع اصل هذه الشقة موضع محجور في داير وطوله خمسون ذراعا وفيه حجر ابيض يقال

Præterea in eodem opere *Aldrisius* copiosè de Plantis agit, quæ in regionibus quibusque præcipuæ habentur: quas quidem in Compendio *Nubiensi* vix reperies memoratas; quasque *Albaitharus* noster in Libris *De Re Herbaria* sub nomine *Aldrisii* passim laudat.

Ex iis omnino patet *Geographum Nubiensem* non nisi amplioris Geographiæ, quæ *Aldrisio* tribuitur, esse breviatorem. Ad hæc sua illum, quoties de rebus ad religionem pertinentibus agit, loquendi ratio Christianum egregiè prodit. Quæ verò de ejus ætate à *Gabriele Sio-*

يقال انه قبر اسمعيل بن ابرهيم عليهما السلام ۞ وفي الجهة الشرقية من الحرم قبة
العباس وبير زمزم وقبة اليهودية ۞ وما استدار بالكعبة كله حطيم يوقد فيه بالليل
مصابيح ومشاعل ۞ للكعبة سقفان ۞ وماء السقف الاعلي يخرج عنه الي خارج
البيت في ميزاب من خشب وذلك الماء يقع علي الحجر الذي قلنا انه قبر اسمعيل
والبيت كله من خارج علي استدارته مكسو ثياب الحرير العراقيه لايظهر منه
شي ۞ وارتفاع سمك البيت المذكور سبعة وعشرون ذراعا ۞ وهذه الكسوة معلقه
فيه بازرار وعري ۞ وصاحب بغداد المسمي بالخليفه يرسلها في كل سنة اليها
فتكسي بها وتزال الاخري عنها ولايقدر احد يكسوها غيره ۞ ومما يذكر اهل
الخبر ان الكعبة كانت خيمة ادم وكانت مبنية بالطين والحجاره فهدمها الطوفان
وبقيت مهدمة الي مدة ابرهيم واسمعيل فقيل ان الله امرهما ببنيانها ۞ فنهض ابرهيم
الي ابنه اسمعيل وتعاونا في بنيانها بالحجر والطين ۞ وليس بمكه ماء جار الا ما
اجري اليها من عين علي بعد من البلد ولم يستتم ۞ فلما كانت ايام المقتدر من
بني عباس استتم بناه ۞ ومياه مكة زعاق لاتسوغ لشارب واطيبها ماء بير زمزم
وماوها شروب غير انه لا يمكن ادمان شربه ۞ وليس بجميع مكه شجر مثمر
الا شجر البادية ۞ ويسكن صاحب مكه في قصر له بالجهة الغربية بموضع يعرف
بالمربعة علي ثلاثة اميال من مكه وهو قصر مبني من الحجارة وتجاوره حديقة
قريبة العهد فيها نخيلات وكثير من المقل وبها جملة شجر منقولة اليها ۞ وليس
لهاشمي صاحب مكه عسكر خيل وانما عسكره رجالة لا خيل عندهم وتسمي
رجالته الحرابة ۞ لباسه البياض والعمايم البيض ۞ يركب الخيل ۞ سياسته حسنة ۞
حكمه عدل وانصاف ظاهر واحسانه عرف علي قدر امكانه ۞ ولمكه موسمان
ينفق فيهما كل ماجلب اليها ۞ احدهما في اول رجب والثاني موسم الحج ۞
ولاهلها اموال صامتة واحوال فاشية ودواب وجمال لا زرع بها ولا حنطة الا ما يجلب
اليها من ساير البلاد والتمر ياتي اليها كثيرا مما حولها والعنب يجلب اليها من
الطايف وهو بها قليل جدا والغالب علي ضعفا اهلها الجوع وسو الحال ۞ واذا خرج
احد من مكه في كل جهة تلقاه اودية هناك جارية وعيون مطردة وابار عذبة
حوايط كثيرة ومزارع متصلة ۞

Sionita & *Joanne Hesronita* pronuntiantur ex hisce verbis: *Asserimus ergo Siciliam esse vetustissimam, & Regem ejus Rogerium dominari hoc tempore, præsentis æra libri, in centum triginta regiones intra insulam ipsam contentas*, quæ in opere NUBIENSIS, *Parte II. Clim. IV. pag.* 170. legere est, aliisque alibi in eodem libro annotatis, ALDRISIO Principi optimè conveniunt, quem Arabes Scriptores hoc nomine insignem ABU ABDALLA MOHAMAD BEN MOHAMAD BEN ABDALLA BEN EDRIS, ex Regia nimirum *Edrisitarum* familia genus ducentem, *Septæ* anno Egiræ 493. natum, *Cordubæ* disciplinis operam dedisse, Geographiam verò anno Egiræ 548. Christi 1153. ut ipse in Præfatione testatur, conscripsisse tradunt.

De *Geographiæ Nubiensis* præstantia non Arabum, sed Latinorum sententiam ac judicium referam. Vossius *De Disciplinis Mathematicis*, *pag.* 251. Scriptorem nostrum præclarè de Orbis Descriptione, Asiæ præcipuè, Africæ & Hispaniæ promeritum vocat; subditque Arabiam ita ab eo describi, ut nihil unquam accuratius sit reperire. Abraham etiam Hinkelmannus in *Præfatione ad Alcoranum* de Arabum Historiæ, Chronologiæ & Geographiæ utilitate disserens, ait: „ Interim monere nos possunt Geographia Nubiensis, & quæ „ ad Alferganum Golius annotavit, „ quantum adhuc emendandum restet. Videsis plura apud Fabricium in *Bibliographia Antiquaria*, *pag.* 129. & seqq.

Hæc autem Epitome primum Arabicè ad exemplaris MSS. Medicei fidem Romæ prodiit anno MDXCII. in 4.° Deinde ex Arabico in Latinum versa à *Gabriele Sionita*, Syriacarum & Arabicarum literarum Professore atque Interprete Regio, & *Joanne Hesronita*, earundem Regio Interprete, Maronitis, Parisiis edita est anno MDCXIX. in 4.° Hanc & Arabicè cum versione & notis edere voluit *Georgius Hieronymus Welschius*; sed fato præventus omisit, teste Fabricio in supra laudata *Bibliographia Antiquaria*, *pag.* 130. Ejusdem etiam interpretatio quædam Italica MS. auctore *D. Placido Macri* Melitensi, sed omisso temporis, quo facta est, indicio, laudatur ab Augustino Inveges, *Parte I. Annalium Civitatis Panormi*, quos Italicè confecit, in *Apparatu* ad eosdem, *cap.* 1. *pag.* 15.

Ad Arabicam & Latinam editionem quod attinet, suis utraque vitiis haud caret. In illa locorum nomina interdum corrupta, eaque punctis diacriticis destituta passim occurrunt; in hac non pauca Regionum & Urbium vocabula adeò deformata reperias, ut sæpius nec Arabicè, nec Latinè sonent. Hinc fit, ut lector ambiguus ac cæcutiens vel patriæ suæ locorum nomina vix agnoscat: cui sanè incommodo satis consultum iri puto, si hujusmodi Arabica nomina Latinis literis, prout sonant, exprimantur, adjectis prætereà iisdem nominibus, quæ apud veteres & recentiores Geographos obtinent. Quid enim, exempli gratia, sibi volunt Regio *Bahairæ*, *Saduna*, *Bascharat*, *Alxarafe*? quid urbs *Labla*, *Elisena*, *Bister*, *Beschesar*? atque alia id genus sexcenta loca insolentibus ac barbaris vocibus mirum in modum obscurata?

Quapropter amicorum votis indulgens, multa ex Codicibus Arabicis MSS. excerpere decreveram, quorum ope & Arabicum hujus Geographiæ textum, ubi res postularet, præcipuè in locis ad Hispaniam spectantibus, emendarem, & Latinam versionem quamplurimis Notis locupletarem. Sed aliis distentus studiis, operi manum admovere necdum potui. Id tamen, si quid otii aliquando nactus fuero, me, Deo favente, præstiturum non diffido.

Co-

HISTORICI

IN FOLIO.

CODEX MDCXXXVI.

CODEX eleganter exaratus die prima Rabii prioris, anno Egiræ 792. quo continetur Hiſtoria univerſalis, inſcripta *Epitome Hiſtoriam gentium, ſive Annales complectens*, & in partes quinque diſtributa: quam Scriptor celeberrimus *Abulpheda* ad annum uſque Egiræ 710. Chriſti 1310. perduxit. (1)

Ad Codicis calcem manu Hiſtorici *Abulphadeli Mohameti*, vulgò *Ben Hagiari*, hæcce nota occurrit: „ Auctor & „ ſcriptor egregius operis eſt *Omadeldinus Abu Mohamad Abulpheda Ismael*, filius Regis *Alaphdali* „ *Nureddini Abilhaſſeni Ali Ben Almalek Almodpheri Takildini Omar Ebn* „ *Nureldaula*, Perſicè Schachin Schah „ nuncupatus, id eſt, *Princeps Principum*, Apameæ Rex. Hic Regni gubernacula ſuſcepit anno Egiræ 720. „ tandemque ſexageſsimum annum „ agens, ejuſdem Æræ anno 733. ibi fato functus eſt, poſtquam Ægyptum „ atque alia Regna perluſtraſſet, pluraque eruditionis ſuæ reliquiſſet monumenta, opus videlicet Geographicum, *Tabulæ Regionum* inſcriptum, „ quo nullum hactenus præſtantius editum eſt, necnon *Hiſtoriam univerſalem*, atque Tractatum de Arte Medica, titulo *Analecta*. (a) „ Unde liquet illum, præter Artem Medicam & Poëticam, Philoſophicis & Mathematicis diſciplinis, maximè verò Aſtronomiâ, fuiſſe excultum.

Auctor operis Hiſtorici *Sukardan* in-

(a) المولف هو السلطان الملك العالم المورخ عماد الدين ابو محمد ابو الفدا اسمعيل بن الملك الافضل نور الدين ابي الحسن علي بن الملك المظفر تقي الدين عمر ابن نور الدولة شاهن شاه صاحب حماه ۞ دخل في الملك سنة عشرين وسبعماية الي سنة ثلاثة وثلثين وسبعماية ثم مات مالكا بها وله ستون سنة ۞ ودخل مصر وغيرها من البلدان ۞ وكان عالما بالطب والشعر كما ايضا بالحكمة والهية ۞ له كتاب تقويم البلدان ما جمع مثله وله المكناس الموبدي في علم الطب ۞

(1) *Initium* : ۞ اذه سنح الـــــــي   *Finis* : ۞ ثم دخلت سنة سبعماية وعشر

inſcripti, Abulphedæ obitum ad annum Egirianum 746. refert. At nos *Mahometum Ben Hagiar* ſupra laudatum, melioris notæ Scriptorem, omnino ſequendum putamus. Hîc quoque illud eſt animadvertendum, variis nominibus & titulis ABULPHEDAM ab Auctoribus laudari, ut SCHAHEN SCHAH: quo titulo deceptus Abrahamus Ecchellenſis, non *ABULPHEDÆ*, ſed alterius Scriptoris Hiſtoriam eſſe ſibi falsò perſuaſit. Qualis autem quantuſque extiterit *ABULPHEDA*, ex præſtantiſsimis ejus ſcriptis necnon ex ſummis, quibus cumulatus eſt præconiis, facilè colligas.

Ad hujus verò Codicis partem, quæ res in Sicilia ſub Mahometana ditione geſtas perſequitur, quod attinet; Auguſtinus Inveges in *Præliminari ad Annales Siculos Apparatu*, Panormi excuſo an. 1709. in 4.° *pag.* 51. earum rerum memorat Epitomen hoc titulo inſcriptam: *Chronologia, ſeu brevis Hiſtoria rerum geſtarum in Sicilia per* 200. *& plus annos Amirum, ſive Ducum Mahometanorum, qui in ea tyrannicè regnarunt; deſumpta ex Codice Arabico univerſalis Chronologiæ, collecta per Iſmaelem Almujadad Abulfedax, Regem Amanaæ: nunc primum ab Arabico in Latinum translata à Mario Dobelio Citerone, peritiſsimo profeſſore linguæ Arabicæ, à Codice Manuſcripto Regiæ Bibliothecæ S. Laurentii in Eſcurialibus.* Quibus verbis talia continuò ſubjungit: „ Hæc tra„ ductio Latina originalis portavit ex „ Hiſpania Panormum Antoninus Ami„ cus Meſſanenſis, & Canonicus Panor„ mitanus; quæ cum in meas perveniſ„ ſet manus, ego translatam è Latina „ Lingua in Italicam, typis mandavi in „ 2. Parte Annalium Civitatis Panormi, „ in Æra 6. Saracenica: & originale „ latinum depoſui in Bibliotheca cujuſ„ dam amici. „ Eadem ferè idem tradit in *Annalium Panormi Parte II. fol.* 634. additque ſupra dictum Antoninum Amicum, ſive *d' Amico*, qualem ibi appellat, in *Diſſertatione Hiſtorica & Chronologica de antiquo Urbis Syracuſarum Archiepiſcopatu* ſpem feciſſe eam ſe Chronologiam typis mandaturum; ſed illo immatura morte ſublato, promiſſa ad effectum minimè perducta; ejuſque librum autographum, cum in manus incidiſſet ſuas, è Latino in Italicum ſe vertiſſe, ſuiſque Annalibus, at multis aliorum ſcriptorum monumentis auctiorem, Æræ Saracenicæ locupletandæ gratiâ inſeruiſſe. Quod quidem ille præſtat; ſed quàm pravè, quàm infeliciter! Librum ſcilicet tùm minutalis inſtar in mille concidens fruſtula, tum variis hiſtoriarum fragmentis involvens commiſcenſque: adeò ut is immenſa obrutus farragine, totus propemodum interiiſſe videatur.

Extat & penès Amicum noſtrum D. PETRUM CAMPOMANES *Abulphedanæ Hiſtoriæ Synopſis* MS. ab eodem *Mario Dobelio Citerone* Hiſpanè conſcripta, notiſque paſsim illuſtrata.

Hæc quidem ducto initio ab anno Egiræ 26. in annum ejuſdem Æræ 709. deſinit. Continet Calipharum ſeriem, necnon Hiſpaniæ Regum res geſtas unà cum ſelecta notitia rerum notabilium, quæ Maurorum temporibus contigere. Denique eadem Hiſtoria ABULPHEDÆ Arabicè exarata, ſed minùs plena occurrit in Regiis Bibliothecis Pariſienſi, Cæſarea, & Lugduno-Batava.

INDEX SCRIPTORUM quos in Hiſtoria ſua laudat ABULPHEDA.

„ EBN ALATHIR BEN ALGIUZI, cu„ jus Hiſtoria XIII. voluminibus „ eſt comprehenſa.

„ *ABU ALI BEN MASCUIA*, Ærarii „ Præfectus apud Regem *Adhadeldau*„ *lat*. In *Perſide* nobili genere natus,

„ AVI-

„ *Avicennæ* æqualis, doctus & eruditus „ Scriptor, uno magnæ molis volumine „ publicavit *Annales*, quos ad annum „ Egiræ 372. feliciter perduxit „. Illius meminit Bibliotheca Arabica Philosophorum *pag.* 371. unde hæc descripsimus.

„ *Abu Isa Ahmad Ben Ali*, Astro„ nomus, Historiam scripsit universa„ lem, quam *Dilucidam Mundi Chro„ nologiam* nuncupavit.

„ *Schehabeddinus Apamensis*, qui „ Historiam in sex volumina distribu„ tam posteritati commendavit.

„ *Schamseddinus Ebn Khalcan*, „ *Damasci* Prætor, cujus Historia lite„ rarum ordine digesta atque in quatuor „ libros distributa, hoc titulo prodiit: „ *Virorum illustrium Obitus*.

„ *Omaraha*, Jurisconsultus, qui „ egregiam edidit *Historiam Arabiæ Fe„ licis* uno volumine complexam.

„ *Abu Mohamad Abdelaziz Al„ sanhageus*, Historiæ *Cyrenaicæ* Scriptor.

„ *Ebn Abi Mansor*, qui Annales „ *Dynastiæ interruptæ* edidit, quatuor „ Voluminibus comprehensos.

„ *Hamza Hispahanensis*, Historiæ „ *Georgianæ* auctor.

„ *Ebn Said*, qui in lucem protulit „ *Africæ Annales* in XV. Tomos distri„ butos, *Exoticæ Historiæ* titulo insi„ gnes.

„ *Gemaleldinus Ebn Vasel* Histo„ riam de *Ajubitarum Dynastia* condi„ dit, inscriptam *Solamen Mæroris*, in „ III. Tomos divisam.

„ *Ali Ben Musa Hispanus*, Histo„ riæ *Cordubæ* Scriptor, quæ sub titulo „ *Rerum gestarum Delectatio* duobus „ Tomis comprehensa prodiit.

„ *Khalath Alansaræus Hispanus*, „ Historiæ *Calipharum* auctor.

„ *Abi Abdala Ben Gemad Septa„ nus* edidit mundi Annales hoc titu„ tulo: *Epitome omnia complectens*.

„ *Ebn Pasqual Hispanus*, Biblio„ thecæ *Arabico-Hispanæ* Scriptor, cui „ titulus *Munus oblatum*.

„ *Abi Abdalla Mohamad Alaba„ reus*, *Hispanus*, qui modò laudatam „ Bibliothecam *Supplementi* nomine con„ tinuavit.

„ *Ebn Zobair*, Scriptor *Hispanus*, „ edidit Bibliothecam Arabico-Hispa„ nam, cui titulus *Munerum Munus*.

„ *Abi Abbas Alabli* ex urbe *Nie„ bla*, Scriptor *Hispanus*.

„ *Ebn Alarbi Hispalensis*, Belli Hi„ spanici Scriptor.

„ *Abdalla Ben Alkhathib Grana„ tensis*, Historiæ *Granatæ* auctor (a).

Quum

(a) ابن الاثير بن الجوزي وتاريخه ثلث عشر مجلدا ۞
تاريخ ابي علي بن مسكوية خازن عضد الدولة ۞
تاريخ ابي عيسي احمد بن علي المنجم المسمي بكتاب البيان عن تاريخ زمن العالم ۞
تاريخ شهاب الدين الحموي مجلدات ستة ۞
تاريخ القاضي شمس الدين ابن خلكان المسمي بوفيات الاعيان مرتب علي الحروف وهو اربع مجلدات ۞
تاريخ اليمن للفقيه عماره وهو مجلد لطيف ۞
تاريخ قروان لابي محمد عبد العزيز الصنهاجي ۞

تاريخ

Quum autem eo in opere clarissimus Scriptor complura eruditè accuratéque tradat, quæ ad priscorum recentiorumque Arabum mores, studia & Reges pertinent, præter alia non pauca de Chronologorum discrepantibus inter se sententiis, de Epochis celebrioribus, quas figurâ circulari exhibet, quarumque discrimen ad annos Egirianos, ductis quibusdam lineis, refert; atque etiam de Judæorum, Persarum & Romanorum Regibus, &c. nonnulla, quæ scitu digniora nobis visa sunt, hîc loci annotanda duximus.

DE ARABUM ORIGINE, Moribus, Institutis, Studiis, Lingua & Epochis.

DISSERTATIO.

Antiquitatum Arabicarum notitia non nisi ab illius gentis petenda est Historiis, quæ sua optimè novit ac enarrat. Enimverò *Æra volatûs*, *Elephantina Æra*, quâ Mahometi natalis dies notatur, quid sit, quando cœperit, nemo sanè intelligat, nisi vetusta Arabum monumenta Musarum cantibus consecrari solita pervolutet. Prisci namque Arabes Hebræorum more suos Annales stricta oratione, eo nimirum consilio condidere, ut narratio rerum gestarum Poëticæ suavitatis lenocinio & auribus gratior accideret, & memoriæ faciliùs mandaretur. Unde non immeritò creditum Arabas sermonis sui vel integritatem constantiamque, vel amplitudinem tam latè ubique terrarum patentem suæ omnino Poësi acceptam referre. Quod apertè *Assiuthæus* in libro *Anthologica* inscripto hisce profitetur verbis: „ Fuerunt carmina Arabibus olim Pandectæ, „ quorum beneficio Genealogiarum series servata est, ut & rerum gestarum „ memoria; quinimo sermonis Arabici „ peritia inde hausta est. (a)

تاريخ الدول المنقطعة لابن ابي منصور وهو اربع مجلدات ۞
تاريخ بلاد جرجانية لحمزه الاصبهاني ۞
تاريخ ابن سعيد المسمي بالمغرب في اخبار اهل المغرب نحو خمس عشر مجلدا ۞
تاريخ مفرج الكروب في اخبار بني ايوب لجمال الدين بن واصل ثلث مجلدات ۞
تاريخ قرطبي لعلي بن موسي الاندلسي المسمي كتاب لذة الاحلام في مجلدين ۞
تاريخ الخلفا لخلاط الانصاري الاندلسي ۞
تاريخ العالم المسمي اختصار المدارك لابي عبد الله بن حماد السبتي ۞
تاريخ ابن بشكوال الاندلسي المسمي كتاب الصلة ۞
تاريخ ابي عبد الله محمد الابار الاندلسي وهو كتاب الكملة ۞
تاريخ صلة الصلة لابن زبير الاندلسي ۞
تاريخ ابي عباس اللبلي الاندلسي ۞
تاريخ العواصم والقواصم لابي العربي الاندلسي الاشبيلي ۞
تاريخ اغراناطه لعبد الله بن الخطيب الغرناطي ۞

(a) كان الشعر ديوان العرب وبه حفظت الانساب وعرفت المآثر ومنه تعلمت اللغة ۞

Arabes in primis non à locis campestribus & desertis, nec à mistis populis, ut frustra contendit noster Ecchellensis in *Chronico Orientali*; sed ab *Araba*, urbe non longè à *Medina* sitâ, nomen sibi adciscere communis est Scriptorum Arabum persuasio & sententia, teste inter alios *Ebn Saidæo* ab *Abulpheda* laudato, qui sic ait: „ Non „ una eademque de Arabum etymo „ fuit mens atque opinio; at omnium „ verissima est sententia, quæ illud ab „ *Araba*, à *Jarabo Jactani* filio olim con„ ditâ atque appellatâ, deducunt. (a)

Arabum porrò duplex est genus, unde eorum gemina oritur denominatio. Qui à *Jarabo* oriundi, *Arab Alaraba*, scilicet *Puri* & *Genuini* عرب العاربة vocitantur; qui verò ab *Ismaele* originem ducunt, & quotquot Arabum moribus, linguæ atque vitæ instituto assueverunt, *Arab Almostareba*, سرق المستعربة, id est *Ascripti*, dicuntur: unde Ritus vulgò *Mozarabe* nomen habet, de quo plura perperam excogitata sunt etyma, quæ nec hujus loci, nec instituti nostri est referre & refellere; satis enim in præsenti sit genuinam illius vocis *Mozarabe* derivationem indicasse. At cur Arabes posteà *Saraceni* dicti sint, alii alia sentiunt.

Josephus Scaliger, quem plures inter Latinos sequuntur, in *Chronico Eusebii Lib. IV. Cap. II. Saracenos* à verbo Arabico *Sarac* سرق, quod *furari* denotat, nomen traxisse autumat. Sed à quibus nomen hocce illis inditum sit, non innuit. Certè non ab ipsis, ut rectè arguit Pocockius, qui famæ suæ pepercissent; nec ab aliis, sive Hebræis, aut Syris, sive Græcis, aut Latinis, qui suâ potiùs quàm Arabum linguâ illos eo vocabulo nominassent. Nec nobis probatur Abrahami Ecchellensis sententia, qui in *Hist. Arabum Cap.* V. *pag.* 445. *Saracenos* cum *Circassis* malè confundit, non animadvertens illos longè antiquiores, hos recentiores esse, quippe qui non nisi post annum Egirianum sexcentesimum primum inclarescere cœperunt, ut ex Arabum monumentis planè constat.

Pocockius in *Notis ad Abulpharagium pag.* 34. explosâ Scaligeri sententiâ, suam sanè non improbandam statuit. Putat ille *Saracenos* nomen à voce Arabica *Scharc* شرق, id est *Oriens*, quasi *Orientales* dicas, habuisse. Nostrum huic sententiæ calculum libentiùs adjiceremus, si illa vox *Scharc*, quæ latinè *Orientem* sonat, *Arabas* tantùm, non autem *Syros*, *Hebræos* cæterosque Orientis incolas designaret. Quis enim *Saracenorum* nomine *Hebræos*, *Syrosque* unquam intellexerit? quinimo neque *Arabas* omnes ea vox *Saraceni* comprehendit. Nam Homairitæ, nobilissimi Arabum & antiquissimi, nusquam *Saraceni* dicti sunt, sed potiùs ab illis distinguuntur: quod Pocockius ipse ibidem *pag.* 35. clarè fatetur. En illius verba: „ Nonnosus apud Photium le„ gatione se functum scribit ad Æthio„ pes, Homairitas atque Saracenos. „ Viderint eruditi an nomen *Saraceni* à voce *Scharc* commodè petatur.

Sunt & alii non pauci, qui *Saracenis* à *Saraca* loco in Arabia propè Nabathæos nomen inditum existiment. Equidem non video, cur Arabes à *Saraca*, humili Arabiæ loco, potiùs quàm ab aliis antiquioribus, simulque insignioribus Ara-

(a) اختلف في نسبتهم والاصح انهم نسبوا الي عربة وليعرب ابن يقطان الـــذي به سميت ✿

Arabiæ regionibus urbibusve denominentur. Cur, inquam, non *Jemanitæ* à *Jemana*? *Hagiazitæ* ab *Hagiaza*? *Tahamitæ* à *Tahama*? *Nagiaditæ* à *Nagiada*? *Jemamitæ* à *Jemama*? *Zapharitæ* à *Zaphara*? *Adenitæ* ab *Adena*? *Sanaitæ* à *Sana*, olim Metropoli *Jemanæ* regionis? *Sabaitæ* à *Saba*? *Tabalitæ* à *Tabala*? *Marabitæ* denique à *Maraba*?

Quod si me mea non fallit opinio, censerem *Saraceni* vocem compositam esse, eamque ex gemina hacce dictione *Sara* & *Scenitæ* conflatam, vel à voce Arabica *Sahraini*, صحرييين *Saraini*, id est *Campestres*, derivari: unde corrupto posteà vocabulo, *Saraceni* dicti sunt. Verùm si res altiùs repetenda sit, asserere non verear *Saracenos* à voce Arabica *Scharak*, شرك, quæ Latinè sonat *communicare*, seu *miscere*, nomen accepisse. Arabum siquidem triplex pro vario tempore genus nobis considerandum est, *Gentilium*, *Christianorum*, & *Mahometanorum*, in quos omnes verbum *communicare*, seu *miscere* optimè convenit. De Arabibus Gentilibus, fertur eos impurissimi cujusdam nebulonis dogma amplexos esse, qui quum omnia inter homines odia, dissidia, bella extingui penitùs vellet, quæ plerumque mulierum & opum causâ oriri videret, docuit: „ Opes & Uxores omnibus „ mortalibus communes esse, utpote qui „ fratres essent iisdem parentibus Ada- „ mo & Eva geniti (a)

Arabes verò Christiani sunt *Jacobitæ*, de quibus Abulpharagius *pag.* 93. unam in Christo Domino adstruentes naturam ex divina & humana conflatam. Denique Arabes *Mahometani* peculiari nomine Historicis Europæis *Saraceni* dicti sunt, varium nempe illud mistum ac turbulentum genus hominum. Atque ii profectò sunt *Saraceni*, quos *Communicantes*, vel *fœdere conjunctos* jure dixeris, quosque memorant Ptolemæus, Photius, Isidorus, &c.

Itaque Arabibus non una eademque erat ante Mahometismum religio. Quidam ex illis Moseam, quidam verò Christianam profitebantur legem; alii autem, etsi à primis parentibus veri numinis cognitionem hauserant, in idolorum tamen cultum, quod & plurimis gentibus contigit, temporum vicissitudine sunt prolapsi: atque ita in varias sectas scissi, variis perinde superstitionibus se se tradiderunt. Ut autem brevem aliquam de Idolorum hujusmodi numero notitiam afferamus, illud in præsenti scire sufficiat, Arabibus in uno *Cabæ* templo tot fuisse numina, quot fermè erant anni dies. „ Erant, inquit „ *Algianabius*, circa *Cabæ* domum ido- „ la tercentum & sexaginta: وكان حول البيت ثلاثماية وستون صنم adeò ut Arabibus illis singula singulis diebus, si liberet, numina invocare liceret, aut singulos (ut solent Persæ ab Angelis) totius anni dies ab Idolis appellare. Cæterùm qui subtiliùs hæc nosse velit, consulat Seldenum, & Pocockium in *Historiæ Arabum Specimine* à *pag.* 89. usque ad *pag.* 150. ubi rem hanc eruditè tractat, & Scriptorum Arabum, unde materiam hausit, placita expeditè proponit. Sed jam ad Anni Arabici descriptionem nos vocat oratio.

Prisci Arabes Annum in XII. Menses, Heddomadas verò in VII. Dies ad Creationis memoriam distinxere, nomen sin-

(a) انه ذهب بالتساوي في الاموال وان يشتركوا في النسا لانهم اخوة لاب وام ادم وحواء ✿

ſingulis peculiare ſuo ordine imponentes. Hebdomadis Dierum nomina hocce diſticho antiquiſsimus quidam Poëta *Tamudita* complexus eſt.

Lætiorem ſpero vitam; poſtremus tamen dies fortè erit dies Aval, *vel* Bahun, *vel* Gebar.

„ *Vel tempus fatale erit* Debar: *&*
„ *ſi hunc exceſſerim*, Munis, *vel* Aruba,
„ *vel* Schiar. (a)

Quid autem ea nomina denotent, res in antiquitatis receſſu tenebris involuta manet; puto tamen illa ad Deos quos colebant, vel ad mores ſuperſtitioſos referri. Alia quoque Hebdomadis Dies nomina apud Arabas obtinuere, quæ ſuo loco referemus. Ad Menſium nomina quod ſpectat, Abulphedam eorum ſeriem referentem audiamus. „ Arabibus olim fuerunt XII. menſes, „ quorum nomina ſunt, *Mutamar*, „ *Nagir*, *Khauan*, *Suan*, *Ratma*, *Ai*-„ *dat*, *Aſam*, *Adel*, *Nathel*, *Vael*, *Var*-„ *na*, *Burak*. (b)

Quum verò Arabes Annum in tempeſtates ſex diſtinxiſſent, recenſitorum profectò nominum etymon non aliunde quàm ab Anni natura & proprietate ſumendum eſt. Itaque *Mutamar* & *Nagir* ſunt æſtivi fervidique Anni Menſes. *Kauan* ac *Suan* Veris tempus deſignant. *Ratma* & *Aidat* ad alterum anni tempus, id eſt ad Autumnum, referuntur. *Aſam* ac *Adel* ſunt ſacri Menſes, quibus Arabes à bello gerendo vacabant. *Natel* & *Vael* Vindemiæ tempora ſpectant. *Varna* demum atque *Burak* Menſes, quibus arma capeſſere ſoliti erant, deſignant. Eorundem nominum uſus etiam ante Mahometi tempora prorsùs apud Arabas obſolevit; atque in illorum locum hæc nomina ſuffecta fuerunt, quorum poſteà uſum Pſeudopropheta religionis lege ſanxit, videlicet:

Moharram محرم primus Menſis, Arabibus *Sacer*, quod nimirum in eo pugnare nefas eſſet. Ubi animadvertendum eſt, Menſes Sacros Arabibus antiquitùs fuiſſe quatuor, quibus bellum eos inter ſe ſe gerere communis quædam religio vetabat. De iis CAZVINVS noſter in *Hiſtoria Naturali* ita ſcribit: „ Sacris „ hiſce menſibus Arabes adhuc ethnici, „ ſpicula eximebant haſtis, & belli fe-„ rias celebrabant: quo quidem tempo-„ re inimicitiis quiſque depoſitis, tutus „ degebat: adeò ut, ſiquis parentis ſui, „ aut fratris interfector occurriſſet, illum „ certè minimè læderet (c) „. Magnum profectò, ut ſcitè Golius annotat, humanioris ingenii in illa gente argumentum, quæ quum propter diverſarum tribuum principatus & juris tuendi ſtudium mutuis bellis obnoxia eſſet, ferventem animum temperare pietate & ſtatis induciis didicit.

Saphar صفر ſecundus Menſis eſt, quo Arabes, relictis ſedibus, ad prælia ſe

(a) اومل ان اعيش وان يومي باول او باهون اوجبار ❁
او الموفي دبار فان افته فمومس او عروبة اوشيار ❁

(b) وكان للعرب في القديم اثني عشر شهرا وهذه اسماها موتمر ❁ ناجر ❁
خوان ❁ صوان ❁ رنما ❁ ايدة ❁ اصم ❁ عادل ❁ ناطل ❁ واعل ❁ ورنة ❁ برك ❁

(c) كانت العرب في الجاهلية في هذه الاشهر تنزع الاسنة عن رماحهم وتقعد
عن شن الغارات وكان فيها يامن اعدايه حتي اذا ان الرجل لقي قاتل ابيه او اخيه
لم يتعرض له بشي يوذيه ❁

ſe conferebant: quod & illius vocis etymon oſtendit.

Rabii Alaual & Rabii Alakher, ربيع الاول وربيع الاخر id eſt *Rabii Prior* & *Poſterior*, tertii & quarti Menſis nomen, à Veris tempeſtate ita dictum.

Gemadi Prior & *Poſterior*, quintus & ſextus جمادي الاول ✿ جمادي الاخر Arabicus Menſis eſt. Uterque ſummum frigus indicat; ſiquidem aqua iis menſibus ſolet gelu concreſcere.

Ragiab رجب ſeptimi Menſis nomen, qui Paganiſmi tempore ſacer erat, jejunio & induciis dicatus: unde propter horum & obſervantiam & reverentiam in honore eſt habitus. Alii ejus etymon ab arboribus novo germine frondeſcentibus, ob ſimilitudinem aptius petunt.

Schaban شعبان لتشعب العود octavus Menſis, ita dictus ob *ramorum propaginem*. Arabes eo menſe in cohortes diſtributi erant belli gerendi gratiâ.

Ramdan رمضان nonus Menſis, ſic dictus ex communi Arabum conſenſu à *ſummo æſtu*. Celeberrimus eſt hicce menſis ſimulque Mahometanis ſacer, quo jejunium illis ipſo religionis jure ſingulis annis indicitur.

Schaval شوال decimus eſt Menſis, quo Cameli præ coitûs libidine caudas agitant & fœminas inire ſolent.

Dulcadat ذو القعدة undecimus Menſis, ita nuncupatus ab Arabum more, qui eo labente ſe ſe in domos recipiebant, bello & excurſionibus ſuperſedentes.

Dulagiat ذو الحجة duodecimi Menſis nomen, qui Peregrinationem Meccanam ab Abrahamo & Iſmaele, ut ferunt, ac tandem à Mahometo religionis causâ inſtitutam deſignat.

Menſium Arabicorum nomina, ut ex dictis liquet, priſcorum Arabum mores temporumque rationem denotant, quod ABULPHEDA hiſce verbis innuere videtur: „Fertur Arabes, quum menſium „nomina è dialecto antiqua tranſtule„rint, ea juxta temporum, in quæ in„ciderint, rationem nuncupaſſe. (a)

Mahometani, jactis Imperii ſui fundamentis, priores quinque hebdomadis dies, initio à Dominica facto, iiſdem nominibus appellavere quibus illi à multis Orientalibus uſurpati, nimirum his: *Feria prima*, *Feria ſecunda*, *Feria tertia*, *Feria quarta*, *Feria quinta*. Dies autem ſextum & ſeptimum peculiaribus vocabulis *Diem Conventus*, *Diem Quietis* dixere. (b)

Præter Diem ſextum, quo in templum convenire ſolent, ipſis ſunt & alii Dies ſacri & ſolemnes, videlicet Dies decimus menſis *Moharami*; يوم عاشورة Dies octavus menſis *Dilhagia*, يوم التروية quo Peregrini Meccani aquam ex puteo *Zomzom*; religionis ergo hauriunt; Dies nonus ejuſdem menſis, quo illi in monte *Araphat* يوم عرفة non procul à Mecca ſua peragunt ſacra. Similiter ejuſdem Menſis Dies decimus, *Dies jugulationis* dictus, يوم النحر; Dies proximè ſequens, *Dies Alcarr* يوم القر, id eſt *Dies Quietis*, quo Peregrini, peractis de more publicè ritibus, in ſuis quieſcunt manſionibus; Dies tandem *Diſceſſûs*, quum Pe-

(a) قال انهم لما نقلوا اسما الشهور عن اللغة القديمة سموها بالازمنة التي وقعت فيها ✿

(a) يوم الاحد ✿ يوم الاثنين ✿ يوم الثلثا ✿ يوم الاربعا ✿ يوم الخميس ✿ يوم الجمعة ✿ يوم السبت ✿

Peregrini à Valle *Mina* nuncupatâ abituri ſunt يوم النفر

Priſci Arabes ethnici, & qui poſteà Mahometo nomen dedére, tùm in civilibus, tùm in ſacris Annum obſervant Lunarem; in reliquis verò rebus quæ ad Agriculturam & Navigationem potiſsimùm ſpectant, ad Anni Solaris Calendarium ſe ſe accommodant: adeò ut Orientis Arabes Orientalium, Occidentis Occidentalium ſupputandi ratione utantur: quod ſæpiùs obſervatum nobis eſt in eorum Codicibus MSS. maximè in Codice *Ebn Alavan De Re Ruſtica*, ubi is Auctor Latina Menſium nomina uſurpat. Jam verò etſi Arabas *Æræ* vocabulum ante Omari Imperatoris tempora latuit; non ideo ipſis omnino defuit annorum ſupputandorum ratio, ſeu methodus; Hemairitis enim mos erat ſuos annos putare à Regibus ſuis; Iſmaelitis à condito *Cabæ* templo; aliis à bellorum initiis & celebrioribus præliis. Ita proximè ante *Egiram* duplex uſu recepta fuerat Epocha *Alphagiar* dicta, الفجار, quaſi *Bellum injuſtum impiumque*; atque *Elephantina* عام الفيل, quæ Mahometi ortum annis 42. præcedit. Hujus autem originem ſic recenſet *Abulpheda*: „ Æthiopiæ Rex, ſubacta Arabia Felici, Chriſtianæ Religionis profeſsionem Arabibus „ edicto imperavit. Quam cum illos abnuere intellexiſſet, coactis ſeptuaginta „ millibus militum, adductis quoque Elephantis tredecim, oppugnatum Meccam venit. Elephantorum ergo novitas, „ qui nunquam Arabibus anteà viſi, Æræ „ illi & locum & nomen dedit.

„ Supputabant olim gentes, ait *Ebn Alathir*, annos ab inſignioribus geſtis „ & Regnis Regum; Iſmaelitæ autem „ à condito *Cabæ* templo; deinde ab „ anno *Elephantino* & die *Belli injuſti* „ *Alphagiar*; ſimiliter à diebus quibus „ inter ipſos comiſſa ſunt prælia, ut à „ prælio *Ebn Vaieli*, *Albeſuſsi*, *Aldaheſi*. Homairitæ autem & Kahlanitæ à „ Regibus ſuis temporum rationem ducebant, uti & ab igne *Dharar*, qui „ in locis quibuſdam Arabiæ Felicis lapidoſis apparuit; item ab inundatione aggerum, deinde ab Æthiopum „ in Arabiam Felicem incurſione. Græci verò ab *Alexandro*, Coptitæ à *Diocletiano*, Magi ab *Adamo*, Perſæ à „ cæde *Darii*, inde à Rege *Azdeſchiro*; „ tandem à Rege *Yzdegerde* numerarunt. Jam verò & *Elephanti* & *Belli injuſti* Æra Apud Arabas ad Omari „ Imperatoris tempora uſque viguit: „ quo quidem imperitante, placuit Æræ „ ſuæ initium à *Mahometi Fuga* ſumere, à die ſcilicet prima menſis *Moharami*. (a)

Oma-

(a) وكانت الامم السالفة تورخ بالاحداث العظام وبملك الملوك ۞ اما بنوا اسمعيل فارخوا ببنا الكعبة ۞ ثم بعام الفيل وبيوم الفجار ۞ ثم بايام الحروب كحرب ابن وايل والبسوس وحرب داحس ۞ وكانت حمير وكهلان يورخون بملوكهم وارخوا بنار ضرار نار كانت تظهر ببعض حرات اليمن وبسيل العرم ۞ ثم ارخوا بظهور الحبشة علي اليمن ۞ اما اليونانيون فيورخون بظهور الاسكندر والقبط بملك دقلطيانوس ۞ المجوس بادم ۞ والفرس بقتل دارا ۞ ثم بظهور اردشير ثم بملك يزدجرد ۞ ولم تزل العرب تورخ بعام الفيل وبيوم الفجار الي ان ولي عمر بن الخطاب ۞ فتقرر الامر علي ان يورخ بهجرة النبي فجعلوا التاريخ من اول يوم المحرم ۞

Omarus ergo Imperator anno Egiræ tertio decimo, ut ſuæ gentis commodis in poſterum conſuleret, litiumque cauſas, maximè in contractibus, caveret, certam ſtabilemque annorum computandorum rationem, quâ litteræ & publica quæque acta ſubnotarentur, inſtituit. Itaque accerſitis Proceribus & Mathematicis Perſis, novæ Epochæ initium à Mahometi Fuga auſpicatus eſt, cui & nomen *Tarikh* تاريخ à Perſis mutuatum indidit. Quum autem ea Fuga, quæ *Hagera* هجرة Arabicè dicitur, contigerit die VIII. menſis Rabii prioris; eam, ut rectæ computationis ratio poſtulat, ab ejuſdem anni principio, nimirum menſis *Moharami* Neomeniâ, ducendam arbitratus eſt. Hæc autem eo anno incidit in feriam quintam, in diem ſcilicet XV. Julii, anno Alexandri, ſeu Seleuci 934. & Chriſti Domini 622. Unde liquet Egiram ſexaginta & octo diebus à proprio tempore & loco retroceſsiſſe.

Rem hanc egregiè nobis deſcribit *Abulpheda*: „ Vox, inquit, *Æra* apud „ Arabas nuper inventa eſt; fertur enim „ *Omarus Ben Alkothab*, delatâ ipſi à „ *Maimonide Ben Mahran* ſyngraphâ „ menſe Schabani ſignatâ, annum illius „ menſis quæſiviſſe. Idcirco Imperator „ Proceres ad deliberandum ea de re „ convocavit, qui Perſas eſſe conſulendos cenſuerunt. Tum accerſitus Harmozanus Perſa, nobis ait eſſe computationem quam *Mahruz* appellamus, id eſt *Menſium Dierumque Calendarium*: unde ſtatim vox Arabica „ *Muarrakh* conflata eſt, quam & poſteà „ *Tarikh*, id eſt *Æram*, dixere. Illius „ ergo initium à menſe *Moharam* repetendum eſſe ſtatuerunt: qua in re „ vero Egiræ tempori menſes duos *Moharam* & *Saphar* integros cum octo „ diebus Rabii prioris addiderunt, retroeundo & numerando 68. dies. (a)

Quo autem Chriſti anno *Egiriana* Epocha ſuum nacta ſit exordium, Scriptorum Arabum ferè omnium ſententia, uno Abulpheda excepto, qui illam ab anno Chriſtiano 630. inchoandam putat; illud ab anno Chriſti 622. & à feria V. ſumendum eſſe docet; etſi pauci admodum, maximè Hiſtorici, primam hujus Epochæ Neomeniam à naſcentis lunæ phaſi & à feria ſacra, nimirum ſexta, repetere contendunt. Ea autem ſententia, quæ uſu nunc receptiſsima eſt, Tabulis Chronologicis à Scriptoribus tùm Mahometanis, tùm Latinis hactenus editis quàm maximè comprobatur, ut videre eſt in Tabulis Gravianis, ubi Epochæ celebriores Cataiorum, Græcorum, Arabum ad Periodum Julianam & Epocham

(a) اما لفظة التاريخ فهي حديثة في لغة العرب ۞ وبذلك جات الرواية عن ميمون بن مهران انه رفع الي عمر بن الخطاب صك محله شعبان ۞ فسال من اية سنة ثم جمع وجوه الصحابة في هذا الامر فقالوا نسال الفرس ۞ فعند ذلك استحضر عمر لهرمزان وساله عن ذلك ۞ فقال ان لنا به حسابا نسميه مهروز ومعناه حساب الشهور والايام فعربوا الكلمة فقالوا مورخ ثم جعلوا اسمه التاريخ ۞ واتفقوا ان يكون المبتدا من شهر محرم اول سنة الهجرة ۞ فلذلك قدموا علي زمن الهجرة شهرين محرم وصفر وثمانية ايام من ربيع الاول ورجعوا القهقري ثمانية وستين يوما ۞

cham Christi Domini vulgarem in annis expansis reducuntur, subjectis ubique anni, mensis & diei notis ad annum usque Egirianum 1470.

Nec leve sententiæ nostræ pondus adjiciunt complures Regis Marochi Epistolæ ad Regem Catholicum *Ferdinandum Sextum* datæ: quas inter exemplo sit una præferens anni notam 1165. *Christi* 1751. altera anni proximè sequentis 1166. Christi 1752. Ubi si ex utraque anni notâ Egiræ annos retrorsùm enumeres, illius sanè initium reperias incidere in annum Christianum 622. Atque hæc est regula omnium certissima ac tutissima ad Egiræ initium planè cognoscendum.

Animus erat Egiræ Tabulas ab Arabibus confectas hîc subjicere; sed quum id nec hujus loci, nec instituti nostri sit, eas libenter omittimus, satis esse rati quas Joannes Gravius, Pocockius, aliique viri doctissimi ex Arabum monumentis prodiderunt, indicasse. Cæterùm illud est diligenter observandum, annos Arabum embolimæos esse 2. 5. 7. 10. 13. 15. 18. 21. 24. 26. 29. „ Intercalationes penès Arabas, inquit *Abu Abdalla Ben Abi Schaker Granatensis* in Codice „ nostro MS. *De Tabulis Chronologicis*, „ undecim sunt, quæ singulis tricenis „ annis eædem recurrunt, & litteris *Ba*, „ *Ha*, *Za*, *Ia*, *Iag*. *Iah*, *Iahh*, *Ka*, *Kad*, „ *Ku*, & *Kat* (a) comprehenduntur„ (quæ XI. numeris supra recensitis ex æquo respondent.)

Hactenus de Epocha Arabica nobis abundè dictum. Jam verò de cæterarum nationum Æris, eodem Abulpheda auctore, aliquid delibemus. Epocha *Græca*, quam *Alexandri* & *Seleuci* vocant, initium ducit à feria 2. elapsis XII. annis ab obitu Alexandri filii Philippi Græci, idque ante Salvatoris nostri nativitatem annis 312. juxta alios 310. Epocha verò *Persica* varia & vaga fuit, quippe quæ annos à Regum imperio ducebat. Alia etiam apud recentiores Persas Æra obtinuit, *Iezdegerdica* dicta, cujus principium incidisse traditur anno Christi 632. in diem 16. Junii, in feriam 3. Hæc itaque ab initio anni, quo *Iezdegerdis* postremus Persarum Rex imperare cœpit, jure petenda est; non autem, ut Chronologi Europæi quidam putant, ab illius nece, quæ anno Egiræ XXXI. contigit. Verba *Abulphedæ* sunt: „ Persæ „ olim à suis Regibus, quos in classes „ quatuor distribuére, Chronologiam du„ cebant. Prima classis est Regum *Pischdadiarum*, id est *Justorum*, qui IX. „ numero censentur. Secunda Regum „ Classis, qui *Kaianitæ*, videlicet *Fortissimi*, dicuntur; novem etiam illos nu„ merant. Tertia Classis Regum *Aschganitarum*, qui ad XI. numerum per„ tingunt. Quarta denique Classis eo„ rum est, qui *Sassanidæ* & *Kosroes* vo„ citantur; ex iis fœminæ aliquot post „ Egiram imperitarunt (b)

Neque hîc nobis propositum est in iis

(a) والكبايس عند العرب احدي عشر سنة وتعود في كل دور ثلاثين سنة وهي
ب ۞ ه ۞ ز ۞ ي ۞ يج ۞ يه ۞ يح ۞ كا ۞ كد ۞ كو ۞ كط ۞

(b) الفرس كانت في قديم الزمن تجعل لملوكها اربع طبقات تورخ عليها ۞ اولها الفيشدادية ومعنا هذه اللفظة سيرة العدل وعددهم تسعة ملوك ۞ والثانية يقال لهم الكيانية ومعناه الجبار وعدتهم تسعة ۞ الثالثة الاشغانية وعدتهم احدي عشر ۞ والرابعة الساسانية وهم الاكاسرة وملك منهم عدة من النسا بعد الهجرة ۞

iis quæ apud Scriptores Arabas Latinè conversos occurrunt, harum rerum vestigia persequi, diutiúsque immorari. Ad pauca tamen, quæ de Linguæ Arabicæ origine & progressu adnotanda visa sunt, quæque vix apud Auctorem ullum, quod sciam, pertractata reperias, digitum intendere haud supervacaneum erit.

Unam omnium hominum à principio fuisse linguam, eamque Hebraicam, vel Chaldaicam divinitùs Protoplasto inspiratam, nemo sanè in sacrarum litterarum studiis versatus inficiabitur. Eam Adamus ejusque simul litteras posteris impertivit: eâ Moses Pentateuchum conscripsit. Atque hìc non alienum sit observare hujus ævo duplicem Litterarum extitisse formam: alteram qua Tabulæ cælitùs sunt exaratæ, alteram quæ in communem cessit usum, cujusmodi fuere Litteræ *Phœniciæ*, nunc *Samaritanæ* habitæ, unde tanquam ex fonte cùm cæteræ linguæ, tùm earum litteræ posteà dimanarunt: quod non obscurè tradunt Herodotus & Plinius, dum aiunt Latinis & Græcis easdem olim fuisse litteras, easque à Phœnicibus originem duxisse. Id etiam patet ex Inscriptione *Nausicratis* Atheniensis Romæ insculpta, ut ex utriusque Linguæ litterarum ordine, nomine, potestate dignosci potest.

Itaque Arabica Lingua, ut & ipsa gens, *Iarabum* Jactani filium, parentem simulque auctorem habuit, qui omnium primus eam ab Hebraica, seu Chaldaica lingua mutuatus, Arabicè loquutus esse fertur. Hinc factum ut Arabum Dialectus cum Hebraica, sive Chaldaica in pluribus consentiat, proindeque Hebraismum ac Syrismum plerumque sapiat. Hanc porrò initio quidem rudem atque imperfectam *Homairus*, Sabæ filius, Arabiæ Felicis Rex quintus, suis invexit; *Choraisitæ* verò multis post annis sordibus suis purgatam politiorem uberioremque præstitere. Illam *Homairitarum*, hanc *Choraisitarum Dialectum* عربية حمير عربية قريش Arabes appellare solent; hæc autem posterior ab illa quam antiquitùs Homairitæ usurparunt, planè discrepat; eaque utpote elegantiori conscriptus est Alcoranus.

Hæc ergo Lingua, quemadmodum plures Dialectos, ita & diversam Litterarum formam temporis progressu sortita est. Omnium autem prima & antiquissima *Homairitana* censetur, à memorato Rege *Homairo* reperta, quæ sanè ab ea, qua Arabes ante Mahometi tempora & nunc utuntur, longè diversa est. Id scripturæ genus *Homairitanus Calamus* قلم الحميري appellatur, litteris constans mutilis, imperfectis ac inter se implexis, litterarum Samaritanarum formam quodammodo præ se ferentibus: quod quidem vel ipso Mahometi ævo jam penè exoletum, ita successu temporis ex hominum memoria excidit, ut inscriptionem quandam ejusmodi litteris exaratam, *Samarcandæ* primis Egiræ annis repertam, qui legere posset inventus sit nemo.

Litteras Homairitanas *Moramerus Ambariensis* magna ex parte perfecit, quas *Arabius* posteà Choraisitas docuit; atque eæ *Cuphicæ* inde dictæ, quòd *Cuphæ* primùm concinnatæ fuisse perhibentur. Id autem scribendi genus, ceteroquin rude & impolitum, diu apud Arabas Africanos, Mauritanos, Hispanosque invaluit; atque etiamnum totâ Africâ maximè viget, donec anno Egiræ 316. *Abu Ali Mohamad*, cognomento *Ben Mocla*, Litteras Arabicas recentiores unà cum punctis diacriticis invenit: quas tandem anno Egiræ 400. *Abulhassanus Ali*, vulgò *Ben Bavab*, ad summum elegantiæ fastigium perduxit, *Calligraphi* nomen inde apud suos meritò adeptus. Inter hæc eò perfectio-

nis Arabum ſermo proceſsit, ut neque Græciæ, neque Latio, ſive litterarum nitorem, ſive verborum proprietatem, elegantiam, copiam ſpectes, quidquam concedat, aut invideat. Et quidem de copia, id tantùm noſſe ſufficiat, vel unius rei vocabulum & explanationem non ſemel juſti voluminis præbuiſſe materiam; idque ex eo tibi planè perſuadeas, quòd Lexicographi Arabes *Oculi* nomina ad quinquaginta, *Mellis* ad octoginta, *Serpentis* ad ducenta, *Leonis* ad quingenta, *Enſis* ad mille & ultra enumerent.

Quod verò ad ejus utilitatem pertinet, quàm illa longè latéque pateat, vel me tacente, loquuntur palamque profitentur quotquot Aſiam, Africam, Mauritaniam Cæſarienſem & Tingitanam; Numidiam, Cyrenaicam, Lybiam, Æthiopiam, Ægyptum, Arabiam Felicem, Deſertam, Petream; Syriam, Cœleſyriam, Aſſyriam, Parthiam, Mediam, Perſidem, Gedroſiam, Suſianam, Arianam, Indiam ultra & citra Gangem; Scythiam, Tartariam, Hircaniam, Armeniam, utramque Ciliciam, Georgiam, Paphlagoniam, Macedoniam, Thraciam, Daciam, Valakiam, Serviam, Boſniam, & ſiquæ aliæ ſint provinciæ, vel commercii exercendi, vel Evangelii prædicandi causâ perluſtrarunt. Accedant tandem teſtes tot ac tanta eruditionis Arabum monumenta, ab ipſis ſive conſcripta, ſive è Græco in Arabicum ſermonem translata, unde varia, quæ periere, Græcorum opera reſtitui poſsint.

Sed quid de Lingua Africana, quam jam interiiſſe atque ex hominum memoria penitùs excidiſſe omnes fatentur? Nos Arabum ſententias & conjecturas paucis referemus, qui Afros olim peculiarem quemdam ſermonem cum ſuis litteris habuiſſe, eumque *Homairitano-Arabicum* eſſe ex eo deducunt, quòd *Africus*, Arabiæ Felicis Rex decimus octavus, à quo *Africa* denominata eſt, primus regionem hanc incoluerit, quò etiam nativi ſermonis Arabici uſum invexit; deinde quòd Mahometani rerum in Africa potiti, in aliqua illius parte hujuſmodi linguæ veſtigia deprehenderint, quæ cum veterum Arabum ſermone collata, parum diſcrepare comperta eſt. Id ipſum hiſce dictionibus magis demonſtratur, quæ tum Africè, tum Arabicè idem ſignificare videntur: cujuſmodi ſunt voces apud Leonem Africanum *Lib. I. Deſcriptionis Africæ* memoratæ, videlicet *Goron* à voce Arabica غرة *rem ſingularem & præcipuam* denotans, quam eſſe arborem ait fructum Caſtaneæ ſimilem nonnihil amarum producentem, eamque in ea regione ſolam ſpectari; *Aquel Amarig* اقوال اماريج, id eſt *ſermo cultus & fæcundus*, ſi à verbo *Mariu* مريج derivatur; quod ſi à voce *Marih*, مريج, *ſermo gratus* intelligitur: *Gorranitæ*, Nobiles, Arabicè *Gorri* غري; *Havara*, Debiles, à voce Arabica *Haur Hauara* هوري; *Maſmuda* مصموده, *Tribus maximè expetita & ſublimis*, à voce *Samad* صمد; tandem vox illa *Furnum*, quæ Africè & Arabicè analogiâ quadam idem ſonat, tempus nimirum *quo fructus matureſcunt*: de quo vocabulo hæc habet Leo Africanus *Lib.* citato, *pag.* 30. „ Habentque duobus illis menſibus, Auguſto videlicet atque Septembri, æſtum non tam ingentem. Id tamen tempus quod inter decimumquintum Auguſti ac decimumquintum Septembris includitur, ab antiquis totius anni *Furnum* appellitari conſuevit, eò quòd ficus, mala cotonea atque id generis fructus ad maturitatem perducere ſolet.

Idem & eodem quidem jure dicendum videtur de Punica Lingua, quam *Homairitano-Arabicam* eſſe contendimus, ut ex hocce Diſticho Plauti in *Pœnu-*

nulo patet, quod apud Samuelem Bochartum *de Geographia Sacra, pag.* 722. litteris tùm Latinis, tùm Hebraicis legitur: *Naat Alionim Vaaliunut Sicorat Iesmecon Zoth. Cai Malcai Netamu Mazlii Modaberhiom.* (a)

Idem secundùm recentiorem Arabum Dialectum sic se habet. (b)

Latinè verò ita sonat: *Gemebundus rogo superos superasque qui urbem hanc tuentur, ut desiderium meum inveniendi illum expleatur eorum providentiâ & ductu.*

MDCXXXVII.

Codex nitidè exaratus die 19. Rabii posterioris anno Egiræ 970. quo continentur Pars XI. & Pars XII. Historiæ universalis, quæ inscribi solet *Scopus desideriorum in Arte disciplinarum* (1): auctore AHMAD BEN ABDALVAHAB ALBAKARI ALTAIMI ALCARSCHI, vulgò ALNOVAIRI (2), qui anno Egiræ 732. supremum obiit diem. Historicum hocce Opus, quod apud Arabas magno est in pretio, in volumina X. atque in partes XXX. distribuitur. Ibi de Regibus qui in Arabia Felici rerum potiti sunt; de antiquis Arabum originibus, Idololatriæ tempore, Diluvio & Gentium Dispersione; de priscis Ægypti & Persarum Regibus; de Alexandro Magno, illiusque successoribus Ptolemæis; de Assyriorum & Romanorum Imperatoribus; de iis quæ in Africa & Occidente ab anno Egiræ 40. ad annum usque 666. contigerunt; de expugnata ab Arabibus Sicilia, eaque à Christianis recepta. Accedit prætereà Ommiaditarum Historia, qui in Hispania regnarunt ab anno Egiræ 238. ad annum 290. Aliquæ illius Historiæ partes habentur in Regia Bibliotheca Parisiensi. Noster verò Codex Veteris & Novi Testamenti Historiam complectitur; licet ex XI. Partis initio aliquot desiderentur folia.

MDCXXXVIII.

Codex optimæ notæ, exaratus feriâ 2. die 6. Gemadi prioris, anno Egiræ 889. Christi 1484. quo continetur Historia Ægypti, inscripta *Vas sacchariferum*, à vocabulo Persico composito *Sukardan* (3): quam publicavit, annoque Egiræ 757. Nassero Egypti Sultano nuncupavit ejus auctor *ABILABBAS AHMED EBN ABI HAGELA Africanus* (4). Constat Præfatione & Capitibus septem, ubi de *Numeri Septenarii* præstantia, ad Regis dotes ingeniosè alludendo, disseritur. (5)

MDCXXXIX.

Codex nitidis litteris descriptus absque anni notâ, quo continetur Chronologia rerum ab orbe condito ad Auctoris usque tempora gestarum, cui titulus *Speculum Temporis* (6), in plures To-

Tom. II. D 2

(a) ناات عليونيم وعليوذوت شقورة بسمقون نروت قي ملقي نتمو مطليع مدبريهم ۞

(b) نين العالين والعالايات السامكون ذاة القرية كي ملقاي يتم بنتطليع تدبيرهم ۞

(1) *Titulus*: كتاب نهاية الارب في فنون الادب ۞

(2) *Auctor*: تاليف احمد بن عبد الوهاب البكري التيمي القرشي المعروف بالنويري ۞

(3) *Titulus*: كتاب السكردان ۞

(4) *Auctor*: تاليف ابي العباس احمد ابن حجلة المغربي ۞

(5) *Initium*: فلما كانت السبعة ۞
Finis: الاسم الا سبل ۞

(6) *Titulus*: مراة الزمن ۞

Tomos tributa, quorum primus eſt noſter hic Codex. Illius ſcriptor *Schamseldinus Abilmodhfer Josephus Sebth*, cognomento *Ebn Alguizi* (1), qui hocce Opus *Damaſci* abſolvit anno Egiræ 579. Extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi in epitomen contracta, *Num.* DCCLXXII.

MDCXL.

Codex anni notâ deſtitutus, complectens Chronologiæ proximè recenſitæ Tomum IX. qui ab anno Egiræ 167. ad annum 210. pertingit (2). Agitur ibi de Calipharum rebus præclarè geſtis, perinde ac de Viris tùm litterarum, tùm armorum gloriâ conſpicuis. Hîc autem ſilentio minimè videtur prætereunda Caliphæ *Almohdi* eximia liberalitas, qui Poëtam *Ebn Alkhaiath* ob Epigramma in ipſius laudem conditum quinquagies mille aureis donaſſe traditur. Ex quo facilè intelligas quanto olim in honore ac pretio apud Caliphas fuerint Litteræ.

MDCXLI.

Codex nitidè exaratus feriâ 3. die 24. Dilhagia, anno Egiræ 719. Chriſti 1319. ejuſdem Chronologiæ Tomum XIII. continens, ducto ab anno Egiræ 218. ad annum 253. initio. Reliquos hujus Operis Hiſtorici Tomos, qui ad annum Egiræ 579. ut ſupra dictum eſt, pertinent, incendii ſæpiùs deplorati calamitate cum aliis plurimis codicibus interiiſſe planè crediderim.

MDCXLII.

Codex manu peritâ deſcriptus die 19. menſis Schevali, anno Egiræ 806. in quo habetur Dictionarium Hiſtoricum, hoc titulo : *Expulſio Dubiorum ex Nominibus ambiguis* (3), in Partes quatuor diſtributum & litterarum ſerie digeſtum : ubi diſſeritur 1.° de illis Operibus quæ ſuis tantùm titulis, non auctoribus innoteſcunt, quippe quorum propria nomina vel omnino lateant, vel incerta ſint ; 2.° de iis Scriptoribus qui ſuis tantumodò cognomentis inclaruere; 3.° de aliis qui à Patre, aut à Filio denominantur ; 4.° de iis demum qui ab arte quam profitebantur, vel aliâ quavis causâ cognomina ſortiti ſunt. Egregii Operis auctor eſt Vir clariſsimus *Abi Nasser Ben Alvazir Abilcassem Hebat Alla*, cognomento *Ben Makula* (4), qui, referente *Mohamad Ben Nassero*, in *Carmaniæ itinere* à ſuis famulis & opibus & vita ſpoliatus eſt anno Egiræ 475. ætatis ſuæ 55.

In extremo Codice occurrit hujuſmodi nota ipſius Auctoris manu adſcripta : *Id opus, cui manum admovi veſpere feriæ 7. die 2. menſis Saphari, anno Egiræ 464. abſolutum eſt feriâ 2. die 3. Schabani, anno ejuſdem Egiræ 467.* (5)

MDCXLIII.

Codex exaratus anno Egiræ 851. in urbe *Bagdadi*, quo continetur ejuſdem Auctoris Dictionarii Hiſtorici Pars III. olim ex Regiæ Bibliothecæ *Marochanæ* libris.

Co-

(1) *Auctor* : شمس الدين ابي المظفر يوسف سبط ابن الجوزي ۞

(2) *Initium* : السنة السابعة والستون بعد المائة ۞

Finis : وكان له عشر بنين وعشر بنات ۞

(3) *Titulus* : رفع الارتياب عن المؤتلف والمختلف في الاسما ۞

(4) *Auctor* : تاليف ابي ناصر بن الوزير ابي القسم هبة الله المعروف بابن ماكولا ۞

(5) *Initium* : لما نظرت في كتاب ابي بكر ۞

Finis : ابي جعفر الثقيلي ۞

MDCXLIV.

Codex nitidis litteris exaratus die 2. Schabani, anno Egiræ 587. Christi 1191. in *Urbe Pacis* (1), nimirum *Bagdadi*, ubi ejusdem Dictionarii Pars IV. occurrit: ita ut in hoc altero exemplari & I. & II. Pars omnino desiderentur.

MDCXLV.

Codex Cuphicis litteris exaratus feriâ 3. die 23. Dilcadat, anno Egiræ 601. Christi 1204. quo continetur Dictionarium Historico-Etymologicum, inscriptum *Liber Rerum Exoticarum* (2): auctore *Abu Said Abdelmaleko Ben Coraieb*, dicto *Alasmaeo* (3), qui natus anno Egiræ 123. obiit anno 215. imperitante Calipha *Maimonide*, apud quem & gratia & auctoritate maximè valuit. Eo in opere Arabum Antiquitates, in quibus versatissimus fuit noster Auctor, enarrantur, in primis verò quæ ad varios priscorum Arabum usus & dictiones spectant: unde posteà Scriptores cæteri reconditissimas quasque illorum ævi notitias deprompsere.

MDCXLVI.

Codex litteris Cuphicis, initio & fine carens, quo continetur Anonymi *Dictionarium Historico-Geographicum*, ordine alphabetico digestum: ubi Urbes, Oppida, Castra, Putei, Fontes, Flumina, Montes, & alia id genus memoranda, quæ ad Asiam, Africam, Persidem attinent, historicè recensentur.

MDCXLVII.

Codex Cuphicis descriptus litteris absque anni notâ, quo continetur Opus bipartitum, hoc insigne titulo: *Animorum Munus & Tessera Hispana* (4): auctore *Ali Ben Abdalrahman Ben Hazil Granatensi* (5), qui librum *Abilhagigeo Ismaeli Ben Nassero*, Regi *Granatæ*, anno Egiræ 763. dedicavit. (6)

Ibi varia de *Re Militari* præcepta, ut & ingeniosa *Strategemata*, pluribus capitibus comprehensa proponuntur; complurium etiam Virorum Hispanorum exempla occurrunt, quos bellica virtus non semel commendavit; similiter Cap. XVII. describitur primus Mauritanorum in Hispaniam ingressus: ubi brevis *Tarecki* Ducis ad milites refertur oratio; tùm prælii adversùs Christianos commissi notitia exhibetur, qua de re suo loco, Deo favente, dicturi sumus. Agitur denique Cap. XX. de *Præsidiis muniendis*: ubi de *Pulveris nitrati* usu fit mentio; verùm caput hoc magnâ ex parte mutilum.

In hoc opere laudantur qui sequuntur Libri.

Tractatus *De Belli præstantia & virtute*: auctore *Ben Ionasso Cordubensi*.

Opus *De Animi in præliis constantia, qua Hispani cæteras inter nationes præcellunt*, olim editum à *Ben Mondero Valentino*.

Opus *De Belli Regimine*, auctore *Ben Hazemo Hispano*.

Tractatus *De Arte Equestri*, quem in lucem edidit *Aldhamiathi*, patriâ *Cordubensis*.

Li-

(1) *Titulus*: في مدينة السلم ❁
(2) *Titulus*: كتاب الغريب ❁
(3) *Auctor*: ابو سعيد عبد الملك بن قريب المعروف بالاصمعي ❁
(4) *Titulus*: تحفة الانفس وشعار سكان الاندلس ❁
(5) *Auctor*: علي بن عبد الرحمن بن هذيل الغرناطي ❁
(6) *Initium*: كتب الله النصر المويد ❁
Finis: المخلق السبع ❁

Liber *De Animi fortitudine*, auctore Homaideo *Hispano*.

Liber *De Certamine ac de instruenda Acie*.

Liber *De Equitis Regimine*.

Liber *De Equis & Armis*.

Liber *De Præsidiorum limitaneorum Præfecto*. Posteriores hujusmodi Libri, prætermisso Auctoris nomine, allegantur. (a)

MDCXLVIII.

Codex litteris Cuphicis exaratus anno Egiræ 799. quo continetur Historia Regum Granatensium *Ben Nasser* nuncupatorum, quorum ibi series, res præclarè gestæ & bella recensentur. Inscribitur *Lectoris Oblectamentum* (1): auctore *Abulhasseno Ali Abi Mohamad Abdalla Algiazamæo Malacitano* (2), qui ultimam huic operi manum imposuisse se profitetur anno Egiræ 781. Christi 1379. De hac Dynastia posteà fiet mentio quum Historiam Hispanam *Ben Alkhathibi* Latinitate donandam aggrediemur. (3)

MDCXLIX.

Codex litteris Cuphicis descriptus die 13. Schabani, anno Egiræ 990. principio carens, & foliis 197. constans: in quo Historia virorum genere & dignitate illustrium qui apud Hispanos Poëseos laude claruerunt, lectissimis eorundem insertis carminibus, hocce titulo insignita, *Vestis Serica* (4): auctore *Abu Bakero Alcodaeo Ebn Alabar Valentino* (5), qui anno Egiræ 658. supremum diem obiit.

Quædam ex hoc Codice excerpta ad Hispaniæ Historiam maximè spectantia ordine chronologico hîc repræsentabimus iisdem, quibus ab Auctore expressa sunt, ferè verbis.

EGIRÆ SÆCULUM II.

Abdelrahman Ben Mauia Ben Hescham Ben Abdalmalekus Ben Meruan, cognomento *Abulmothrephus*, primus ex Ommiaditarum stirpe Hispaniarum Rex anno Egiræ 138. die 3. mensis Rabii prioris renunciatus, sedem Regiam *Cordubæ* primùm fixit. Tanti Principis carmina referunt, maximéque celebrant inter Hispanos Scriptores *Abu Mervan Hian Ben Khalaph* in *Hispaniæ Annalibus*; *Alhomaidæus Abulcassemus Khalaph Ben Abdelmalekus Ben Pasqual*, & *Isa Ben Ahmad Alrazæus*.

Hescham, modò laudati Regis *Abdelrahmani* filius & successor, *Justus* nuncu-

(a) كتاب ابن يونس القرطبي في فضل الجهاد ۞ كتاب ابن المنذر البلنسي في الرباط وفضله في المحاربة وما خصت به من ذلك جزيرة الاندلس ۞ كتاب السياسة لابن حزم الاندلسي ۞ كتاب الدمياطي ثم القرطبي في الخيل ۞ كتاب الحماسة للحميدي الاندلسي ۞ كتاب في مراتب الجهاد ۞ كتاب تدريب المجاهد الفارس ۞ كتاب في الخيل والسلاح ۞ كتاب في حكم ولاة الثغور ۞

(1) *Titulus* : كتاب نزهة البصير ۞

(2) *Auctor* : تاليف ابو الحسن علي ابي محمد عبد الله الجزامي المالقي ۞

(3) *Initium* : فاني كنت قراملين ۞
Finis : وكان الفراغ من هذا المجموع في سنة احد وثمانين وسبعماية ۞

(4) *Titulus* : الحلة السيرا ۞

(5) *Auctor* : ابو بكر القضاعي ابن الابار البلنسي ۞

cupatus, *Cordubæ* natus eſt die 4. menſis Schevali, anno Egiræ 139. anno verò 172. *Meridæ* Rex electus fuit.

Hakem filius *Heſchami*, dictus *Abulaſi*, Hiſpani Regni gubernacula ſuſcepit die 14. menſis Saphari, anno Egiræ 180. Litteris & bellica virtute clariſsimus, fatis conceſsit die 26. menſis Dilhagia, anno Egiræ 206.

Edris Ben Abdalla Ben Haſsen Ben Ali Ben Abi Thaleb, Mauritaniæ Rex.

Abu Davud, filius *Edriſi* & in Regno ſucceſſor. Res utriuſque geſtas fuſiùs deſcribit *Abu Baker Alrazæus*, vulgò *Rasis*, in *Hiſtoria Hiſpana*: cujus verba apud Scriptorem noſtrum citata hujuſmodi ſunt: „ *Edriſus Ben* „ *Abdalla* ab *Almanſore Abu Giafaro*, „ tunc temporis Imperatore, in fugam „ pulſus, Africam Ramdani menſe, „ anno Egiræ 172. ingreſſus eſt. Huc „ vix pervenit, in Urbe *Valila*, hodie „ *Melilla*, Provinciæ Tingitanæ quievit; „ mox à Barbaris Rex creatus, urbem „ *Jeſsam* condidit, inde dictam, quòd „ quum prima ejus jacerentur funda„ menta, eo loco inventus fuerit auri „ cumulus. Tandem anno ejuſdem Æræ „ 174. mortuus, ancillam reliquit gra„ vidam, quæ filium peperit patris no„ mine *Edriſum* appellatum. Hujus re„ gnum ad multos proceſsit annos; ſi„ quidem anno Egiræ 213. defunctus „ eſt, natus anno 175. regnumque au„ ſpicatus annum agens ætatis undeci„ mum. (a)

Utrum autem memoratus *Abu Baker Razæus* ſit Hiſtoriæ illius Hiſpanæ auctor, quæ *Rasis* nomine circumfertur, poſteà Deo volente, diſputabimus. Id unum in præsenti. Nobis exploratum, Hiſtoriam illam graviſsimi Scriptoris ſtylum minimè ſapere, ibique falſis vera ſæpiùs involvi: magno ſanè argumento illam fuiſſe ab inepto ac futili aliquo ſcriptore conflatam, majorique fidei conciliandæ *Rasæo* affictam.

Abdelmalekus Ben Omar Ben Meruan Ben Alhakem, vir ſanè doctus ac rei militaris peritiſsimus, anno Egiræ 140. ad Hiſpaniam cum filiis decem ætate jam adultis ſe contulit. Ibi à Rege *Abdelrahmano* ſupremus militiæ Dux, Hiſpaliſque Præfectus conſtitutus eſt: cujus ductu idem *Abdelrahmanus Joſephum Ben Abdelrahman Alamri*, totius Hiſpaniæ per id temporis Proregem, vicit victumque interemit. Pro tanta igitur victoria, atque in grati animi pignus Abdelrahmanus Fratris ſui filiam, nomine *Kanza*, nuptum illi dedit; duos verò ejus filios *Abdallam* & *Abrahamum* præfecit Meridæ & Alicanti.

Abdelmalecus Ben Baſchar Ben Meruan Ben Alhakem, Rege *Abdelrahmano* Ommiadita, cum *Gazi Ben Abdelazizo* patrueli, aliiſque ex Meruanorum ſtirpe Hiſpaniam petiit & Cordubam incoluit, ubi

(a) ذكر ابو بكر الرازي ان ادريس بن عبد الله دخل افريقية سنة اثنين
وسبعين بعد الماية في شهر رمضان هاربا بنفسه من ابي جعفر المنصور الخليفة
فنزل مدينة وليلي من ارض طنجة ۞ فاجتمعت اليه قبايل من البربر فقدموه على
انفسهم و بني مدينة فاس ۞ ولما احتفرت اساساتها القي في بعضها فاس فسميت
بمدينة فاس ۞ فلم تطل ايامه وهلك سنة اربع وسبعين وماية وترك جارية حاملا
منه فولدت ابنا سمي باسم ابيه ادريس ۞ وملك وطالت مدته توفي سنة ثلث عشرة
ومايتين ومولده في سنة خمس وسبعين وماية ۞ وقد ملك وهو ابن احدى عشر سنة ۞

ubi egregia sanè opera poëtica evulgavit.

Habibus Ben Abdelmalekus ex genere *Meruanorum*, à Rege Abdelrahmano *Toleti* Prætor constitutus, insignis etiam fuit Poëta.

Alhasemus Ben Dharar Ben Soliman Alkalbæus, magni consilii vir, anno Egiræ 118. Imperatore *Heschamo Ben Abdelmaleko*, Africæ, inde Hispaniæ Præfecturas per annos XXIV. obtinuit. Is Cohortes militares, quæ in Hispania ea tempestate complures erant, in diversas distribuit civitates, idque ut mutua inter eos milites dissidia & bella exorta quàm celerrimè sedaret. Itaque Damascenos milites in Regia urbe *Corduba* constituit; Egyptios & Arabes Hispanos in urbibus *Ulyssipone*, *Beja* ac *Tadmir*; Emessenos in urbibus *Hispali* & *Niebla*; Palæstinos in urbibus *Medina-Sidonia* & *Algezira*; Persas in urbe *Huete* وبذة; Assyrios in urbe *Illiberi*; Kinsaritas denique in urbe *Jaen* collocavit. Hæc tamen præsidia progressu temporis in totidem factiones conversa, discordiarum seminarium ac totius Imperii Arabico-Hispani excidium tandem extitere.

Samiel Ben Hatem Alkalbæus, Arabs Cuphita nobilissimus, necnon Dux fortissimus. Huic *Abdelrahmanus* universæ jam Hispaniæ compos, multas victorias acceptas referens, *Cæsaraugustæ* atque *Toleti* Præfecturas concessit. Inde variante, ut solet, fortuna, ab eodem in carcerem conjectus, brevi è vivis sublatus est, anno Egiræ 142. labente, ut refert Razæus, qui Elegiam de *Samielis* infausto exitu ab amicis editam Historiæ suæ Hispanæ inseruit: cujus initium indicat Scriptor noster ad *pag.* 20.

Abrahamus Ben Mohamad Ben Mazin Alazadita, Toleti Prætor, & Dux in arte militari versatissimus, teste Mohamad Ben Isa Ben Mazin rerum Hispanarum Scriptore.

Amer Ben Almoamer Ben Senan, Castellæ Præfectus, litteris & virtute bellica nulli secundus, Hispanici Belli versibus enarrati Scriptor egregius.

Obaidalla Ben Alhagial, Rethor & Poëta insignis, necnon in Arabum antiquitatibus versatissimus, Egypti, Africæ, Hispaniæ Præfecturas obtinuit.

Abdelrahman Ben Habib Ben Abi Obaidat Ben Acbat Alamvi ad Hispaniam se contulit unà cum nonnullis Damasci proceribus anno Egiriano 123. cujus operâ *Balegius Ben Baschar* Imperatoriæ militiæ Dux, à quo Cohors Hispana *Balegiana* posteà dicta, sic Barbaros in Hispania tunc temporis tumultuantes profligavit, ut ad triginta millia interierint.

Amer Ben Amru Alcoraischita Alabdari, à quo palatium quoddam extra occidentales Cordubæ muros sibi suisque extructum, ad hanc usque diem ejusdem nomen retinet, Hispaniæ classis Præfectus fuit. Quum autem illa Præfectura ab Imperatore, auctore *Josepho Ben Abdelrahman Alphahri Amero*, abrogata fuisset, hic exercitu maximo educto, Cæsaraugaustam obsedit anno Egiræ 136. eâque captâ, Rex salutatus est. At anno proximè sequenti *Josephus Ben Abdelrahmanus* multo milite urbem premens, *Amerum* ejusque filium crudelissimo mortis supplicio affecit prope oppidum *Vadilrama* à Toleto milliariis circiter quinquaginta dissitum, idque anno 138. quum *Abdelrahmanus* Ommiadita rerum in Hispania potitus est.

Josephus Ben Abdelrahmanus Alphahræus, vulgò *Ben Abib*, qui postremus utrique Hispaniæ, Occidentali videlicet & Orientali secundùm Arabum divisionem, Calipharum nomine præfuit. Hunc *Abdelrahmanus* Ommiadi-

dita bello inito, apud Caſtrum, cui nomen *Almonkab* ita profligavit, ut fuſis omnino factioſis & ad internecionem deletis, Toletum ſeſe coactus ſit recipere. Ibi collectis denuo viribus, arceſſitiſque clam copiis, crebris excurſionibus Hiſpaniam vaſtavit. At iterum victus, turpiter interfectus eſt anno Egiræ 142. Pace ubique conſtituta, Abdelrahmanus Hiſpaniæ Imperium adeptus eſt: adeo ut Hiſpani Arabes, nemine prorsùs diſſentiente, poſt cruenta aliquot prælia tandem ſedati, eum Imperatorem delegerint.

Extincto *Joſepho*, ejus filius *Mohamad*, cognomento *Abulaſſuad*, Cordubæ in carcerem conjectus fuit. Hinc cæcitate ſimulata deceptoque cuſtode, amnem urinando tranſgreſſus, evaſit; bellumque adversùs *Abdelrahmanum* Regem, ingenti Toletanorum exercitu ſibi comparato, renovavit primùm apud urbem *Jaen*, inde prope oppidum *Caſtulon* قسطلونة, vulgò *Cazlona*, ubi magnis utrinque animis pugnatum. At victoria ſemper ab Abdelrahmano ſtetit, qui hoſtis exercitu partim ferro, partim aquis abſumto, *Abulaſſuadum* ad *Coriam* uſque urbem, inde Toletum fugavit, ubi ſupremum diem obiit anno Egiræ 170. Auctor RAZÆUS, ſeu RASIS in *Hiſtoria Hiſpana* in Codice noſtro paſsim allegatus.

Alhaſsineus Ben Aldagiani Ben Abdalla Alocaili, Regis *Abdelmaleki* Ommiaditæ fautor acerrimus, vir in primis genere, doctrinæ laude & rei militaris peritiâ clarus. Eo duce bellum adversùs Chriſtianos ſuſceptum eſt, ſed infauſto exitu; quippe is ingenti clade affectus, fugâ ſaluti conſuluit; ejus verò collega *Solimanus Ben Schahabus* cum maxima exercitus parte occubuit, anno ſcilicet Egiræ 139. die 2. Rabii poſterioris, Chriſti 736.

Abdalla Ben Abdelrahman Ben Moavia, vulgò *Valentinus* dictus, quòd defuncto patre *Valentiæ* Principatum ſibi arrogaſſet; Imperii Hiſpanici gubernacula pro *Heſchamo* fratre, *Abdelrahmani* ſucceſſore, qui *Meridæ*, ſeu *Emeritæ* ea tempeſtate verſabatur, ſuſcepit anno Egiræ 172. Reduce paulò poſt *Heſchamo*, & Rege renunciato, *Abdalla* Valentiam ſeſe mox contulit, unde exortis ipſum inter & Regem diſsidiis, ad fratrem *Solimanum* Heſchamo quoque inſenſum, Toletum confugit: hinc copiâ à Rege factâ, uterque Africam petiit. Tunc *Heſchamus*, tranquillitate ſibi Regnoque jam partâ, curas omnes in rempublicam rectè adminiſtrandam & Imperium propagandum convertit, donec diem obiit anno Egiræ 180. quum annos ſeptem, menſes novem, dieſque octo regnaſſet. Illius mortis perlatâ famâ ad *Solimanum* & *Abdallam*, hi trajecto mari ingenti claſſe, *Alhakemum* jam Regem affligere ſtatuerunt: cui bello indicto, in pugna, quæ triduo duraſſe fertur, *Solimanus* interfectus eſt; *Abdalla* verò, arrepta fugâ, cum Africanis copiis *Valentiam* ſeceſsit. Is, mortuo interim *Alhakemo*, & ad Regium ſolium Abdelrahmano ejus filio evecto, novis ex Africa arceſſitis copiis, in bellum incubuit. At *Abdelrahmanus*, initâ cum eo pace, urbem *Tadmir* ei tributariam fecit; ibique tandem fato functus eſt anno Egiræ 208.

Phathis Ben Soliman Ben Abdelmalek Abu Soliman, qui teſte RAZÆO, quem Scriptor noſter laudat, Hiſpaniam ingreſſus eſt, Imperatore *Abdelrahmano* Ommiadita, hujus nominis primo, apud quem *Viziri* dignitatem obtinuit: quo & munere, *Heſchamo* Rege conſtituto, functus eſt, atque etiam urbibus *Xucar* & *Cabra* præfuit.

EGIRÆ SÆCULUM III.

Abdelrahmanus, cognomento *Abul*-

mothreph, *Alhakemi* filius & *Heschami* nepos, hujus nominis secundus, & Hispaniarum Rex quartus, electus est feriâ 5. die 26. mensis Dilhagiat, anno Egiræ 206. Christi 821. Is summam rei militaris peritiam optimarum artium studiis adjunxit; subjectorum omnium gratiam moribus elegantissimis promeruit. Erat alioquin gravissimus vir & constantiæ singularis: adeo ut quæ religiosè promitteret, eadem omni fide præstare niteretur. Mendacium nec ipse dicebat, nec pati poterat. Quot bella gessit, tot de hoste victorias reportavit. Duces habuit fortitudine præstantissimos; viris à consiliis & secretis sapientia ac fide maximè præditis usus est; litteratum quemque beneficiis allicere & amore prosequi solebat.

Cordubam lapide stravit, superbis palatiis exornavit; aquam è montibus in eandem urbem tubis plumbeis primus deducere aggressus est; *Barcinonem* à Christianis ereptam recuperavit: quæ omnia ipse eleganti, quod noster exhibet Codex, prosequitur carmine. Imperavit annos XXXI. menses III. dies VI. Obiit anno Egiræ 238. successorem relinquens *Mohametum Abu Abdalla*, qui fortitudine, liberalitate, comitate, dicendi copia, atque Poëtica & calculatoria facultate omnes ante se Reges longè superavit. Prælia à se perpetrata ipse carmine descripsit. E vivis tandem excessit, annum agens sexagesimum quintum post regnum florentissimum, quod ad annos XXXI. processisse memoratur.

Labente anno Egiræ 275. extincto Rege *Almondero*, *Abdalla Ben Mohamad Ben Abdelrahman*, ejus frater Regnum auspicatus est. Princeps eloquentissimus & apprimè eruditus fuit. Fovente *Kalebo Ben Haphsun*, seditio *Cordubæ* à militibus excitata est, quos validissimis copiis Rex Abdalla adortus oppressit, & *Kalebum Ben Haphsun* in turpem fugam conjecit. Obiit diem anno Egiræ 300. jam septuagenarius, postquam regnasset annos XXV.

Jacobus, cognomento *Abu Casa*, Regis *Abdelrahmani* hujusce nominis secundi filius, à puero humanioribus litteris excultus, varia scripsit carmina, quorum aliqua Auctor noster adducit. Fratrem habuit, nomine *Bascharum*, sibi eruditione & Poetica facultate haud imparem.

Alcasemus Rege *Mohameto* procreatus, Princeps tùm virtute bellica, tùm arte poëtica insignis; cujus specimen Elegias edidit. In custodiam ab *Abdalla* fratre datus, veneno periit.

Almothrephus, frater *Alcasemi* natu minor, adolescens Poëtices & Musices peritiâ nobilis, anno ætatis suæ XXIV. decessit. RAZÆUS Scriptor & MOHAMETUS BEN ABDELAZIZ illum styli magnitudine, ac sententiarum gravitate reliquis fratribus anteponunt.

Abanus & *Othmanus* fratres, Poëtæ insignes, *Abdelrahmanum* IV. Hispaniarum Regem nacti sunt patrem: utriusque meminit RAZÆUS in *Libro Etymologiarum*.

Moslema Abu Said, *Heschamus Abulvalid*, *Alasbaghus Abulcassem*, & *Abdelrahmanus Abulmothreph*, Regis *Mohameti* filii, politioribus litteris instructi. Eorum primus *Sidoniæ* urbi præficitur; secundus *Giennii* Principatum obtinuit; reliqui verò de Imperio inter se contendentes, multis invicem & illatis & acceptis cladibus, contriti penitùs sunt.

Mohametus, Regis *Abdallæ* filius, eruditione, consilio & egregia fortitudine præditus, Hispalis Præfectus à Patre constituitur. Hic paterno excusso jugo, *Omaro Ben Haphsun*, qui eâ tempestate crebris excursionibus Hispaniam affligebat, adjunctus comes. Tandem

dem à fratre *Almothrepho* victus & interemtus est die 10. mensis Schevali, anno Egiræ 282. annum XXVII. agens.

Ahmetus Abulcassemus, Regis *Abdelrahmani* pronepos, qui & *Ben Alcath* nuncupatus, gratiam corporis morum elegantia & litterarum studio peronavit. *Abdallâ* imperitante, regnum affectans, cum Arabum factiosorum sexaginta millium exercitu, adjectis quoque *Toletanorum* & *Talabricensium* viribus, ad *Zamoram* castra movit, ubi misso ad Gallæciæ Regem nuncio, bellum indixit. Itaque Christianorum & Mohametanorum exercitus bis in conspectum veniunt; sed neuter prælium audet inchoare. Tandem Gallæciæ Rex, multis Arabum millibus interfectis, *Ahmetum* profligavit. Id factum anno Egiræ 288. Christi 900. Prælium autem hoc, quod *Zamorense* nomen posteà obtinuit, apud Arabas Hispanos memorabile.

Mohametus Ben Abdelsalam, filius *Basilii*, Viziri dignitatem apud Regem *Alhakemum* adeptus est: quo mortuo, equitum & annonæ Præfectus à Rege *Abdelrahmano* constitutus. Regia etiam vectigalia eo ordine distribuit, ut Hispaniarum Regum opes propè in immensum excreverint. Auctor RAZÆUS.

Mohametus Ben Said Ben Rostom, nobili genere in Hispania natus, à Rege *Abdelrahmano* urbi *Sidoniæ* præficitur, qui & eodem duce, Arabibus factiosis *Hispalim* aliasque urbes eripuit. Poëta fuit egregius, & latrunculorum lusor longè celeberrimus.

Abdalla Ben Mohamad Ben Omia Ben Iazid, dictus *Abu Hauthorat*, Hispaniam, Rege *Alhakemo*, cui primùm à rationibus, deinde à libellis fuit, ingressus esse traditur. Hoc eodem munere illius filius *Abdelmalekus* apud Regem *Mohametum* posteà functus est. Utrumque, Patrem videlicet & Filium, litteris humanioribus excultos fuisse Arabum Scriptores cum RAZÆO referunt.

Valid Ben Abdelrahman Ben Abdelhamid Ben Ganem, vir omni scientiarum genere exornatus, à *Mohameto* Rege exercitûs Imperator electus fuit. Quo duce *Mohametus* Rex jam memoratus, victor semper ab acie discessit. Adeo bellica ejus gesta Historicis sunt celebrata, ut Ducibus in posterum bellandi ratio & norma extiterint.

Mohamad Ben Abdelmalekus Ben Gehur Ben Ioseph, natione *Persa*, vir factiosus & vafer, sed rei militaris peritissimus, Hispaniam transmeavit: ubi à Rege *Abdelrahmano* Ommiadita, hujus nominis primo, humanissimè exceptus, *Cordubæ* præficitur. Mox ad Viziri dignitatem evectus, expeditionis Gallæcæ auctor fuit. *Toleti* denique diem obiit.

Abrahamus Ben Alhagiagæus Ben Omar Ben Habib Allakhamita, Emesinorum militum Dux, grassantibus in Hispania factionibus, *Karibam Ben Othman Ben Khaldun* interfecit; atque *Hispali* & *Carmone* captis, Regis sibi nomen arrogavit: quod quidem contigisse fertur anno Egiræ 298.

Isacus Ben Abraham Ben Sakhr Alocaili ob eximian prudentiam & fidem à Rege *Mohameto* militiæ & consiliis adhibitus fuit. At crescentem in dies perduellis *Ben Aphsuni* potentiam veritus, in oppidum, vulgò *Montesa*, quod ipse præsidiis vigiliisque munierat, secessit. Regnante verò *Abdelrahmano*, hujus nominis tertio, rebus intereà compositis, Cordubam accitus est, ubi anno Egiræ 313. decessit.

Mohamad Ben Adha Ben Abdallatiph Alhamdani inter Illiberitanos Arabas nobilissimus, adeo rei militaris scientia & sermonis enituit lepore, ut Regibus *Abdallæ* & *Abdelrahmano* ejus filio in deliciis semper sit habitus.

Ahmad Ben Abilaglab ex illustri

Aglebitarum familia, doctrinæ laude commendabilis, patrem habuit perpetuum *Siciliæ* Prætorem anno Egiræ 221. Ob nimiam arrogantiam omnibus despectui fuit. Varia tùm solutâ, tùm strictâ oratione conscripsit, quæ RAZÆUS in sua *Historia Hispana* uberiùs memorat.

Abdelkarimus Ben Abdelvahed Ben Moghith Viziri dignitatem apud Regem *Alhakemum* obtinuit. Plura bella gessit, hostes sæpiùs fudit, multas expugnavit urbes, quas inter *Jaen*, *Huelva*, *Alcala*, *Cæsaraugusta* numerantur. Urbium *Jaen*, *Cæsaraugustæ* ac *Tubellæ*, teste ISA BEN AHMAD ALRAZÆO, Præfectus fuit.

Heschamus Ben Abdelaziz Abu Kaled, vir longè omnium, qui in Hispania eruditione, ingenio & bellica virtute floruere, excellentissimus extitit. Huic ex rebus actis auctisque *Magni* nomen inditum. A Rege Mohameto Urbi *Jaeni* præfectus, complures expeditiones suscepit. Urbem *Ubedam* non modò restauravit & validissimis mœnibus cinxit, verùm etiam illius ditionem quàm longissimè protulit. Defuncto Rege Mohameto, *Almonderus* filius in ejus locum suffectus est feriâ 1. die 3. mensis Rabii prioris, anno Egiræ 273. Christi 886. Is dissimulato odio in *Heschamum* jam diù concepto, illum sibi regnandi socium adjunxit; inde locum injuriis quærens, in carcerem conjecit; nec multò post publicatis ejus bonis, capite plecti jussit, eodem nempe anno 273. ad vesperas feriæ 1. die 26. Schevali. Quàm autem Cordubensibus carus ille vixerit, luctu funeris indicatum. Quum autem *Almonderus* in prælio adversùs *Ben Aphsun* perduellem acerrimum suscepto, propè oppidum *Huete* cecidisset, Abdalla ejus frater Rex salutatus est: qui ubi solio consedit, nulla interpositâ morâ, *Omarum* & *Ahmedum* Heschami filios in carcere asservatos, necique jam destinatos libertate donavit, amplissimisque Imperii honoribus cumulavit; alter enim urbis *Jaenis* Præfectus, alter summus militiæ Dux creatus. Quæ quidem fusiùs memorat ISA BEN AHMAD BEN MOHAMAD ALRAZÆUS, RAZÆI Historiæ Hispanæ Scriptoris nepos, in Annalibus, quos *De Viris Hispaniarum Regum à secretis* conscripsit, unde hæc Scriptor noster excerpsit: qui utrumque RAZÆUM non rarò laudat, cæterisque Historicis anteponit.

Tamam Ben Alcama Abu Galeb, Rege *Abdelrahmano* hujus nominis primo, in Hispaniam venit; ibique apud illum Viziri munere functus est. Eo duce *Toletum* urbs ad deditionem coacta. *Oscæ*, *Turiasoni*, *Dertosæ* præfuit, ubi senio confectus obiit. Carmen scripsit de *Tareki Ben Zaid* in Hispaniam ingressu, de Bellis ibi gestis atque de illius Regum & Præfectorum serie.

Mansur Ben Mohamad Ben Abi Albahlul variis legationibus ad Regem *Alhakemum* functus est; equitum etiam Præfectus constitutus. Illius eruditionem ac Poësis peritiam abundè celebrat RAZÆUS.

Obaidalla Ben Mohamad Ben Algamri Abi Abda ob singularem virtutem meruit ut *Abdalla* Rex filium natu majorem in disciplinam ei traderet. Exinde Regiæ urbis, tùm Classis Præfectus, tandem Regi à secretis electus fuit. Plura bella feliciter gessit; atque extinctis belli civilis auctoribus, annum tertium & octogesimum excessit in altissima tranquillitate.

Suar Ben Hamdun Alcaisi, vir fortissimus & maximè ambitiosus, anno Egiræ 276. imperitante *Abdalla*, Arabum & Christianorum agmine ad sex millia collecto, in *Granatæ* montes naturâ validè munitos sese recepit: ubi arce constructa, à præsidiis in ea collocatis Rex creatus est. Is varia Christianorum & Mahometanorum oppida,

agros

agros, urbesque ferro & igne sic devastavit, ut Rex *Abdalla* ejus vires extimescens, *Giaedum Ben Abdelghaserum*, virum belli expertum, ad eum debellandum miserit. Quem *Suar* aggressus, ingenti clade superavit, interfectis septem hominum millibus. Itaque viribus & potentia auctus, brevi Arabas *Illiberitanos* & *Calatrabenses* suo subjecit imperio. His auditis, *Abdalla* Rex maximo comparato exercitu, victisque locorum difficultatibus, Granatæ montes obsedit: quo factum ut traditâ arce munitissimâ, atque conjectis in fugam conjuratis, *Suarum* captum interfecerit, labente nimirum anno Egiræ 277. Atque hîc observandum est, præsidia ab Arabibus conjuratis eâ tempestate in Granatæ montibus constituta, vernaculo sermone *Alborgela* البرا جلا, idest *Sociorum propugnacula* dicta fuisse: quam vocem corrupto, ut moris est, sono, hodie Hispani *Alpujarras* efferunt.

Extincto *Suaro*, Arabes factiosi *Saidæum Ben Giudi*, natione *Syrum*, virum bellicosum, ducem sibi delegerunt, qui inito propè Granatam urbem prælio, captus, admoto oculis candente ferro, excæcatus est, ac triduo post morte affectus. Quamobrem in illius locum *Mohametus Ben Adha Abdallatiph Alhamdani*, gente *Persa* ac oppidi *Alhama*, vulgò *Aljama*, Princeps suffectus esse traditur: qui etiam à Rege *Abdelramano*, hujus nominis tertio, prælio superatus, multisque vulneribus acceptis, in fugam turpiter conjectus est. Quæ RAZÆUS contigisse memorat anno Egiræ 311.

Solimanus Ben Ansus Ben Asbaga Meknasita, nobili genere natus, avum habuit *Emeritæ* Præfectum, quo mortuo, urbem illam, invito Rege *Abdalla*, in suam potestatem redegit: ubi Princeps factus, bellum Regi non semel intulit. At ab eo tandem superatus, obtentâ veniâ, in ejus gratiam rediit; nec multò post honoribus auctus, Viziri dignitatem adeptus est. Solimanus tamen tanti beneficii immemor, satyras in Regem scripsit, illum *Asinum* appellans: quem Rex ad se vocatum pro singulis versibus aureorum mille solvere jussit, inquiens: *Si plus asinum onerasses, plus solveres.*

Abdelrahmanus Ben Valid Ben Ganem, vir & honestis moribus & doctrinâ spectatissimus, *Mohameti* Regis à secretis fuit, Cordubæ præfuit, summus etiam militiæ Dux non semel electus. Ingeniosa carmina condidit, quorum specimen lectoribus noster hic Scriptor diligentissimus exhibet.

EGIRÆ SÆCULUM IV.

Abdelrahmanus, hujus nominis tertius, idemque Hispaniarum Rex è stirpe *Ommiaditarum* octavus, *Alnasserus Ledinalla* dictus, felicissimum ac longissimum præ ceteris tùm Occidentis, tum Orientis Imperatoribus sortitus est Regnum; etenim, mortuo Abdalla Rege, avo paterno, Cordubæ Rex renunciatus anno Egiræ 300. Christi 912. feriâ quinta die I. mensis Rabii prioris, excessit è vita anno 350. die 3. Ramadani, postquam annos quinquaginta & menses ferè sex imperasset. Hic Arabum factiones & bella civilia, quibus universa Hispania jam diu ardebat, prudentia ac fortitudine penitùs delevit extinxitque: adeo ut, eo Rege, Imperium justitia & pace quàm maximè floruerit; ac proinde Litteræ, quas ipse honoribus præmiisque fovebat & suo etiam exemplo promovebat, non parum ceperint incrementi.

In Regnum sic pacatum successit ejus filius *Alhakemus* hujus nominis secundus, *Almostanserus Billa* nuncupatus, qui fato functus est anno Egiræ 366. die 2. mensis Saphari, quum imperasset

ſet annos quindecim & menſes quinque. Alhakemus, teſte *Alrazæo* & *Ebn Haiano*, omni ſcientiarum genere fuit excultiſſimus: ita ut ſummam in eo Juris peritiam, nec vulgarem eruditionem facilè agnoſceres. Nullum unquam evolvit librum in quo doctas annotationes manu ſua exaratas non reliquerit. Bonarum Artium in Hiſpania augendarum in primis ſtudioſus, eruditos quoſque viros ex Oriente ſummis propoſitis præmiis evocandos; Codices prætereà omni doctrina refertos immenſis pecuniæ largitionibus undique conquirendos curavit. Quorum tanta confluxerat copia, ut, ſi Scriptoribus fides, Bibliotheca Regia illo ævo ad ſexcenta voluminum millia excreverit: quæ non niſi quadraginta quatuor ingenti mole Catalogis recenſebantur. Celeberrima Cordubenſis Academia tanti Principis auſpiciis condita, complura etiam Collegia ſtudiorum causâ extructa, complures per univerſam Hiſpaniam Bibliothecæ conflatæ; nec pauci Scriptores, eodem Rege auctore, virorum doctrinâ & eruditione inter Hiſpanos excellentium facta litteris conſignarunt.

Abdalla Abu Mohamad, Regis *Abdelrahmani Alnaſeri Ledinalla* filius, litteris à pueritiâ operam dedit, in quibus haud parùm profecit; nam Legis ac Poëtices, quâ excelluit, peritiæ etiam Philoſophiæ Aſtronomiæ ſtudium adjunxit. Prætereà *Hiſtoriam Imperatorum Abdaſidarum* ad ſua tempora perductam, perinde atque alia tùm ſolutâ, tùm ſtrictâ oratione conſcripſit, quorum meminit *Razæus*, qui illum à Patre, utpote cujuſdam ſeditionis auctorem, interfectum eſſe tradit.

Mohamad Ben Abdelmalek, Abdelrahmani *Alnaſeri Ledinalla* filius, inſignis fuit Poëta. Is duos Hiſpaniæ Reges dedit belli civilis tempore; quorum prior nuncupatur *Abdelrahmanus Almortadhi*, alter *Abi Baker Heſcham Almotad*, poſtremus *Ommiaditarum* Rex, qui anno Egiræ 364. natus, Regnum auſpicatus eſt anno 420. vel, ut aliis placuit, 418. Cæterùm anno imperii ſui tertio vix quidem expleto, Regnum abdicare coactus eſt.

Abdelazizæus, Almonderi filius, Regis *Abdelrahmani Alnaſeri Ledinalla* nepos, cognomento *Ebn Alcarſchia*, Rethor & Poëta non ignobilis extitit: cujus carmina referunt *Abulvalid Ismael Habib*, ac *Abi Omarus Josehp Ben Harum Alramadi* in *Poetarum Hiſpanorum Hiſtoria*.

Abdalla Ben Abdelaziz Ben Mohamad ex Regia *Ommiaditarum* ſtirpe, apud Heſchamum Regem *Almoaidum* conſilio & auctoritate maximè valuit, à quo Toletanæ urbi præficitur, indeque præſidiorum limitaneorum Præſes ac Propugnator deligitur. Hunc *Almanſor Mohamad Ben Abi Amer*, ſummus Regiæ Aulæ Præfectus, ſocium in Gallæciæ expeditione ſibi adjunxit. Anno verò Egiræ 371. lectis Toletanorum equitum viribus, urbem *Zamoram* circumſedit: quam tandem vi cepit, centumque oppida & nomine & civium numero celebratiſſima evertit; atque inde Captivorum è Chriſtianis quatuor millia Cordubam victor deduxit.

Edris Ben Iahia Abu Raphe Ben Hamud, *Malacæ* Rex, *Alali* العالي dictus, eruditione clarus & mirâ in ſubditos pietate parens extitit: adeo ut exules in patriam reſtitutos honoribus cæteriſque civium privilegiis donaverit, pauperibuſque nummos aureos 500. ſingulis feriæ VI. diebus erogare ſit ſolitus. Vectigalia Regia non modò diminuit, ſed ſuis etiam inopiæ tempore condonavit: Princeps ita juſtitiæ tenax, ut quum jus diceret, Legis Doctores ſemper adeſſent, veniâ illis admonendi conceſſa, ſiquid ab ipſo minùs rectè pronunciatum.

Gehur Ben Mohamad Ben Obaidalla Abulhazemus extinctâ penitùs Regum *Ommiaditarum* familiâ, à Cordubensi Senatu Princeps Maximus eligitur. Eo ille consilio & ratione rempublicam administravit, ut Arabas rebelles præliis fregerit domueritque; nimiam quoque militum licentiam compescuerit; Regios prætereà reditus, constitutis pluribus teloniis, ubi Vectigalia exigerentur, quàm maximè auxerit. Hujusmodi autem Vectigalium Curatores, seu Decimarum Exactores Arabicè *Almoxariffazka*, dicti المشاريف الزكاء: unde Hispani nomen *Almoxarifazgo*, quod pecuniæ Regi persolvendæ Exactoris munus designat, sicut Regionis *Alxarafe* Tributum apud Arabes *Malalmoxarafa* appellari placuit. Itaque *Gehur* omnibus carus & observandus Cordubæ decessit anno Egiræ 435. Christi 1043. die 6. mensis Moharami.

Mohamad Ben Ismail Ben Abad Allakamita Abulcassemus, patriâ *Hispalensis*, origine *Emessenus*, vir divitiis affluens & Poëtica facultate præditus, Hispaniarum Rex per ea Arabicæ Conjurationis tempora à Cordubensibus creatus est: qui morti proximus in solio collocavit *Abu Amru Obad*, aliàs *Almotadhedum Billa*. Is autem patri multùm dissimilis, præliis & voluptatibus unicè deditus, omnium in se invidiam propter crudelitatem & innumera vitia concitavit; tametsi nulli Principum sive corporis elegantia, sive fortitudine atque eloquentiâ fuerit secundus. Multis etiam victoriis nominis famam ad posteros propagavit; maximisque Regibus potuisset exæquari, nisi subditis parum consuluisset. Eum Concubinas 500. habuisse, & virgines 800. corrupisse Hispani perhibent Scriptores; adduntque præterea Principem immanissimum in deliciis magis habuisse pinacothecam capitum Regum à se interfectorum, quàm pretiosorum lapidum. Cordubæ diem obiit anno Egiræ 461. acerbissimo, quem ex immatura morte filiæ suæ *Athira* dictæ cepit, mœrore confectus.

Eodem quidem anno successit in illius locum *Mohamad* filius, *Almotemedus Alalla* nuncupatus, qui & *Aldhapherus* & *Almuiedus* interdum dicitur, annos viginti novem natus. Hic patris crudelissimi vestigiis minimè insistens, summâ sapientiâ ac justitiâ Regnum administravit. Ob eximias etiam virtutes subjectis adeo carus, ut omnes maximum ex ejus interitu dolorem luctumque ceperint; sua tamen digno Principi non defuere vitia, quæ postea & ipsius regno & ipsi quidem exitio fuere. Ferunt enim eum in venerem effusum ac vino præterea & otio in primis indulsisse, aliis Regni curâ permissâ. Itaque *Alphonsi* Regis crescentem in dies potentiam veritus, *Josephum Ben Taschphin*, tunc temporis Africæ Regem, in auxilium vocavit. Is postquam ingenti cum classe ad Hispaniam appulerat, anno videlicet Egiræ 479. junctis ibi Arabum Hispanorum viribus, prælio Alphonsum Castellæ Regem superavit apud locum quemdam, nomine *Zalaca* زلاقة, Roderico Toletano *Zalla*, non procul ab urbe *Badajoz* situm. Partâ verò victoriâ, de Hispano Regno sibi vindicando cogitavit. Quare Mohamad, abdicato per vim Imperio die 21. Ragebi anno Egiræ 484. tribus post annis in oppido *Agmat* اغمات (quod Leo Africanus *Agmetum* vocitat, milliaribus plus minùs viginti quatuor Marocho distans) miserrimè periit. Fuit ille in dicendo eloquentissimus, & in scribendis carminibus suavis, ingeniosus, mirificè promptus: quod eorum nonnulla, quæ in nostro Codice occurrunt, satis superque demonstrant.

Fi-

Filios VII. reliquit, non quidem Regni sibi adempti, sed virtutis doctrinæque hæredes, *Mohametum* videlicet *Obaidalla Alraschideum*; *Abu Bakerum*; *Abdalla Almotadeum Alphatehum Abu Nasser Almamuneum*; *Abukhaledum Iazid Alradheum*; *Abu Amru Obad Serageldaulatum*; *Abu Soliman Alrabieum Tageldaulatum*, & *Abu Haschemum Almali Zaineldaulatum*: quorum primus, præter morum integritatem ingeniumque mite, Poëticâ, Musicâ & aliis disciplinis erat ornatus. Hispalis Quæstor à patre delectus, judicia summa cum fide & prudentia exercuit. Senex demum septuagenarius in oppido *Henda* in Mauritania anno Egiræ 530. postquam filios quadraginta septem susceperat, vitæ finem implevit.

Abulkaledus autem, *Iazid Alradheus* nuncupatus, à patre Præfectus *Algeziræ* constitutus est: ubi Regem Africæ *Josephum Ben Taschphin* cum Classe excepit. Inde ad urbem *Rondam* se contulit, ibique à *Caruro Lamtunio* exercitus Duce insidiis interfectus est anno Egiræ 484. Hunc, si Scriptoribus Hispanis fides adhibenda, Philosophicis disciplinis, Jurisprudentiâ, Antiquitatum Arabicarum peritiâ, atque arte Poëticâ suos fratres longè superasse pronuntiaveris.

Mohamad Ben Man Ben Somadeh ex Altigibitarum familia, *Abu Iahia*, *Almotesemus Billa* & *Aluatekus Billa* nuncupatus, Cæsaraugustæ natus est. Ibi ejus pater Præturam gessit, uti & Oscæ Consulatum Avus, qui, exortâ Arabum in Hispania seditione, Valentiam ad *Abilhasenum Abdelaziz Ben Abi Amer*, illius eâ tempestate Regem, se recepit, cui nec multò post filiam in matrimonium dedit. Itaque *Mohamad Ben Man*, extincto avo paterno, patri jam Almeriæ Regi, adhuc vivo suffectus est, annum XVIII. agens, anno scilicet Egiræ 444. Ad solium evectus, primùm *Moezaldaulat* nuncupari se voluit, mox *Almotesimi* ac *Aluateki Billa*: quæ nomina Calipharum more sibi vindicavit. Ingenio miti & magnifico in primis fuit præditus perinde ac justitia atque amore in litteras insignis. Extant illius in hocce Codice complura carmina, quibus de Poëseos principatu ipsum inter & *Almotemedum* Cordubæ Regem summis viribus certatum est. Hic *Josepho Ben Taschphin* in multis præliis comitem se præbuit, maximè in obsidione Arcis, cui nomen *Albet*, in ditione *Lorcæ*, quam Christiani collectis ingentibus copiis ocupaverant. Postremò cum *Almorabethin*, id est, Confœderari, quos Hispani *Almoravides* appellant, urbem *Almeriam* longâ premerent obsidione, præ dolore interiit anno Egiræ 484. die 4. Rabii posterioris, quum regnasset annos quadraginta, relictis duobus filiis, *Obaidalla Moezaldaulat Abu Maruan*, & *Raphildaulat*.

Eorum prior, teste ABU AMER ALSALAMITA, docto Hispalensi Scriptore, legatus à patre ad *Josephum Ben Taschphin* Regem Granatam mittitur: ubi in arctissimum carcerem inclusus, rem patri per litteras renunciavit: cujus tandem ope atque arte in libertatem assertus, Almeriæ Rex post *Almotasemi* patris obitum salutatus est. Quum autem Almoravidas armis potentes & victoriis elatos extimesceret, urbe relictâ, cum omnibus, mari trajecto, in in Africam fugit, anno videlicet 484. die 23. Schabani; inde in urbem *Beja* ad Regem *Almansorem Ben Alnas Ben Hamad Alsanhageum* se contulit, ubi litterarum studio omnino deditus, multa condidit carmina.

De altero verò Historiæ Hispanæ Scriptores, puta ABU AMRU OTHMAN *Cordubensis*, ABA ZAKARIA *Cæsaraugusta-*

tanus, & ſupra laudatus *Abu Amer* referunt, illum in urbe *Tremiſena* ſedem fixiſſe, & Poëtica facultate mirum in modum excelluiſſe ad annum uſque Egiríanum 539. quo ibidem deceſſit.

Abu Mohamad Omarus Ben Mohamad Ben Moslama Altegibi, vulgò *Ebn Alaphthas*, cognomento *Almetuakelus*, Rex urbis *Badajoz*, tùm bonis artibus, tùm opibus & felicitate apud Hiſtoricos inclytus memoratur. Sævitiam ſumma humanitate, ac mirâ comitate ſimulabat: adeo ut nemo tam humilis eſſet, cui non ad eum aditus pateret. *Baezæ* Prætor à patre creatus, rempublicam præclarè geſſit & civium diſcordias brevi ſedavit. Toleto ad tempus præficitur; mox, defuncto fratre *Iahia*, Regnum adeptus eſt. In prælio *Zalacenſi* adversùs Alphonſum Regem commiſſo, *Joſepho Ben Taſchphin* Imperatore, animi fortitudinem & rei militaris ſcientiam præ cæteris Regibus exhibuit. Inſigni partâ victoria, *Ioſeph Ben Taſchphin* cum de reditu in Africam cogitaret, *Sirinum Abu Baker* ex Almoraviditarum Ducibus unum, virum ſubdolum & Imperii cupidum, in Hiſpania Legatum reliquit. Is arceſſitis clam copiis, *Hiſpalim* & urbem *Badajoz* poſt diuturnam obſidionem in ſuam poteſtatem redegit: inde captum *Almetuakelum* Regem anno Egiræ 487. Chriſti 1094. feria 7. die 7. menſis Saphari in carcerem conjecit, flagriſque cæſum, cùm filiis *Alphadelo* & *Abbaſo*, uno ab urbe *Badajoz* milliari gladio interfici juſſit. Tragicam hujuſmodi necem ſummi Poëtæ flebili muſâ cecinere: in iis *Ebn Abdun*, cujus elegantiſſimum Poëma omnium manibus teritur. Extant quoque non inepta carmina in noſtro Codice relata, quæ *Almetuakelus*, quum in vinculis eſſet, de calamitate ſua conſcripſit.

Regiæ hujus Familiæ, quam vocant Arabes *Beni Alaphthas*, originem altiùs repetens ſimulque cauſam *Ben Taſphini* adventûs in Hiſpaniam referens Scriptor diligentiſsimus *Ben Haian*, hæc tradit: „ *Abu Baker Abdalla*, vulgò *Ben Alaphtas*, Mekanaſſæ in Mauritania natus, „ genere & eruditione clarus, quippe „ qui Hiſtoriam univerſalem ab ipſo „ conſcriptam hoc titulo, *Rerum Memoria*, voluminibus quinquaginta complexus eſt, Hiſpaniam venit, in urbe „ *Badajoz* regnante *Saburo*, vel *Sapore*, „ Almoſtanſeri Regis Egypti olim liberto: apud quem tantâ valuit gratiâ & „ auctoritate, ut brevi opibus & viribus auctus, rerum ſummâ potitus ſit: „ Vir ſanè, dum vixit, feliciſſimus, qui „ non tam fortunæ alumnus dici potuit, „ quàm partus. Rex pronuntiatus, *Almanſoris* nomen ſibi aſſumſit. Morti demum proximus, *Mohamedo* filio, qui *Almozpherus* nuncupatus eſt, „ Regnum obtulit. Is duos reliquit filios Regni, non verò felicitatis ſucceſſores, *Iahia* videlicet *Almanſor*, „ atque *Almetuakelum* dictos; ille ſiquidem ob diſcordias ipſum inter & „ fratrem exortas Regnum maximè turbulentum ſortitus eſt, in hoc nimirum ſub vitæ finem à ſe diſcordante „ fortunâ.

Ad *Joſephum Ben Taſphinum* quod attinet, hæc addit: „ Alphonſus, expugnata Toleti urbe, victoriâ elatus, multa miſcere cœpit, & majora concupiſcere. *Abulvalid Albageus*, ea tempeſtate Pontifex, veritus ne creſcentis „ in dies Imperii Chriſtiani mole Mahometana Religio obrueretur, conſilio „ convocato, de ſumma rerum deliberare conſtituit. Itaque bello ſacro indicto, litteras ad *Joſephum Ben Taſchphin* Africæ Regem miſit, ut Hiſpaniæ laboranti periclitantique ſuppetias ferret; ſimulque *Zagutum Ben Mohamad*, Malacæ Regem, verbis Senatus Cordubenſis rogavit, ut *Joſepho* „ *Ben*

„ *Ben Taſchphin* cum exercitu auxiliario „ ad Hiſpaniam aditum patefaceret, fa- „ voremque omnem præſtaret. Id *Zagu-* „ *tus* per ea ſuſpecta tempora ſibi me- „ tuens, abnuit. Quapropter à Pontifi- „ ce in Senatu crimine proditionis accu- „ ſatus, quòd ſocietatem cum Rege Al- „ phonſo ad Mahometanos opprimen- „ dos ſanxiſſet, capitis damnatus eſt. In- „ ter hæc Joſephus, ingenti compara- „ to exercitu, in Hiſpaniam trajecit: cui „ occurrunt cum peditum equitumque „ copiis Cordubæ, Granatæ, Badajoz, „ & Hiſpalis Reges. Poſitis prope ur- „ bem *Badajoz* caſtris, obvius illis fit „ Rex *Alphonſus* in loco *Zalaca* dicto, „ ubi magnis utrinque animis pugna- „ tum eſt. Victis tandem Chriſtianis, „ Alphonſus fugiens, à ſuis, ut creditur, „ ne in hoſtis poteſtatem veniret, in- „ terfectus eſt „. Hæc autem contigiſſe fertur anno Egiræ 479. Chriſti 1086. feriâ 7. die 6. menſis Ragebi. De hac feriâ, quam priſci Arabes *Aruba* dixere, extat verſus Poëtæ Hiſpalenſis Ben Giamhur: *An ignorant Chriſtiani pugnam olim editam, ipſis infauſtam, Arabibus vero fauſtam extitiſſe?* لم تعلم العجم ان
جاءت مصممة يوم العروبة ان اليوم للعرب ۞

Abdelmalekus Ben Hozail Ben Razin Geſamaldaulat, virtute multò magis quàm genere conſpicuus, Minervæ & Martis alumnus non immeritò appellandus; Poëta enim fuit inſignis, miles etiam exercitatiſſimus, qui à cæteris militibus, quos non imperio ſed auctoritate & amore regebat, nec cibo, nec veſtitu, ſive cultu diſtingui voluit. Defuncto patre, Principatum urbis *S. Mariæ* cum territorio ampliſſimo feraciſſimo, Arabibus *Sahlat* سهلة Latinis *Campus*, quod ſuperiora, & inferiora Cordubæ confinia interjacet, jure hæreditario obtinuit. Ut Regni gubernacula ſuſcepit, ditionem ſuam præſidiis munivit, novis ædificiis extructis amplificavit ornavitque, necnon opibus mirum in modum auxit. His aliiſque meritis clarus, ut & rebus domi militiæque geſtis inclytus, diem obiit anno Egiræ 496. Huic in Regnum ſucceſſit filius *Abdelmalekus*; inde ejus frater *Iahia*, à quo non ſine *Joſephi Ben Taſphin* tyranni operâ hæc Dynaſtia deleta fuit: cujus quidem Principem ferunt fuiſſe *Abu Meruan Abu Mohamad Hozail Ben Meruan*, qui, dum res Hiſpanæ bellis inteſtinis & factionibus exagitatæ graviter laborabant, quovis rapinarum & latrociniorum genere graſſatus eſt: adeo ut opibus viribuſque auctior, anno Egiræ 401. Regis nomen ſibi arrogaverit. Talis enimverò per id temporis erat univerſæ Hiſpaniæ conditio, quæ quàm longè latéque patebat, non ad unius nutum ut anteà regeretur, ſed plurium imperiis obnoxia, miſerè diſcerperetur.

Mohamad Ben Ahmad Ben Iſac Althaher Alcaiſi Abu Abdelrahman, *Tadmiri* nobili familiâ natus, variæ fortunæ vir extitit, eam quandiu proſperam ſenſit, minimè inſolens; quandiu verò adverſam, longè fortiſsimus. Litterarum haud rudem fuiſſe apparet, quum multa & ſolutâ & ſtrictâ oratione ſcripſerit, quæ Abilhasenus Ben Besam in *Tadmiri* Annalibus, *Margarita* inſcriptis, non indiligenti labore congeſſit. Ejus meminere in Hiſpaniæ Chronicis *Abu Baker Mohamad Ben Mazin*, *Abilcassemus Ben Habaisch*, *Abilvalid Ben Maical*, *Abu Baker Ben Abi Sakra*, *Abulcassemus Ben Pasqual*, *Abu Abdalla Mohamad Ben Abdelaziz Setabenſis*, Garibai, & alii ex Arabum Scriptoribus; rerum tamen ſeriem quàm altiſsimè repetens Ben Haianus, Scriptor noſter, ſic enarrat. „ *Mohamad Ben Ahmad*, vulgò *Ben Althaher*, qui magnam reliquit ſui fa- „ mam virtute magis quàm fecilitate „ partam, miles apud *Scalabæum* Alme-

riæ

„ riæ & Murciæ Regem ſtipendia me-
„ ruit; inde perſpectâ ejus fortitudine
„ & prudentiâ ab eodem Murciæ præ-
„ ficitur. *Scalabæi* Regis fortunâ dila-
„ bente, *Abu Bakerus Ben Amar* illi in-
„ fenſus & imperii cupidus, oblatâ ſibi
„ occaſione, *Ben Althaherum*, Ducem
„ fortiſsimum, ultionis ambitioniſque
„ ſocium ſibi aſciſcit. Viribus tamen
„ adhuc impar, non tantùm *Mohameti*
„ *Ben Obad* Hiſpalis Regis copias auxi-
„ liares obtinuit; verùm etiam *Barcino-*
„ *nem* contendit ad filium *Raimundi*
„ jam Principem, quicum fœdus iniit
„ numeratis aureorum decem millibus,
„ datiſque præterea utrinque obſidibus.
„ Itaque *Barcinonis* Princeps, compara-
„ to ſibi exercitu ad Murciæ obſidio-
„ nem properat, qua ſolutâ & Fœde-
„ ratis victis, *Barcinonem* revertitur. *Ben*
„ *Obad* verò in urbem *Segura* شقورة
„ ſeceſſit, ut ibi vires reciperet; mox
„ ad urbem *Jaen* cum exercitu perre-
„ xit. *Abu Bakerus Ben Amar*, illius ad-
„ ventus famâ perlatâ, ad fluvium *Bo-*
„ *lion*, Arabibus *Vadi*, vel *Guadi Bolion*
„ وادي بلون acceſſit; exaratiſque litteris
„ fœdus cum ipſo renovavit.

„ Igitur *Mohametus Ben Obad*, quum
„ *Ben Althaherum* proditorem ſibi fin-
„ xiſſet, (ſolent enim Reges caſus adver-
„ ſos hominibus tribuere, ſecundos for-
„ tunæ ſuæ) eum in vincula publica con-
„ jecit, tandemque exilio multatum, in
„ caſtellum vulgò *Montagudo* منت اقوط
„ relegavit: unde, interpoſitâ *Abi Ba-*
„ *keri Ben Abdelaziz* Regis Valentiæ
„ auctoritate exemptus, Valentiam ſe
„ recepit. Anno Egiræ 474. *Abu Ba-*
„ *kerus Ben Amar* validiſſimo equitum
„ Cordubenſium peditumque Hiſpa-
„ lenſium agmine inſtructus, iterùm
„ *Murciam* obſidione premit, miſſis
„ huc & illuc ducibus, qui Murcianis,
„ licet acerrimè reſiſtentibus, commea-
„ tu intercluſo, occupatâ priùs arce
„ *Mula* مولة, urbem ad deditionem
„ compulere. Anno denique Egiræ
„ 487. Chriſti 1094. quum Impera-
„ tor *Alphonſus*, maximo adducto exer-
„ citu, ad urbem *Valentiam* caſtra po-
„ ſuiſſet, laudatus *Ben Althaherus* an-
„ nis & virtutibus plenus deceſſit. Fe-
„ runt Valentinos poſt toleratam per
„ dies aliquot obſidionem, urbem Impe-
„ ratori tradidiſſe his nempe conditio-
„ nibus: ut in primis populi vita, & li-
„ bertas unà cum bonis ſervarentur;
„ deinde ut Prætor *Abi Ahmedus Ben*
„ *Giaphar Ben Hagiaph Almoapheræus*
„ neque fortunis, neque dignitate ullo
„ pacto deturbandus eſſet. Annuit tunc
„ Imperator; ſed anno vix exacto, *Abi*
„ *Ahmedum* tota cum familia in carce-
„ rem incluſit, verbera & mortem, ni
„ pecuniam publicam traderet, minatus.
„ Quum autem id fruſtra tentaſſet, ad
„ flammas eum cum uxore & filiis da-
„ mnavit; quibus tamen Alphonſus, una-
„ nimi Chriſtianorum & Mohametano-
„ rum deprecatione motus, pepercit.

„ Præterea *Valentia* urbs ſecundò
„ in Chriſtianorum poteſtatem venit,
„ duce *Jacobo* Barcinonis Rege, qui
„ illam obſedit anno Egiræ 635. Chri-
„ ſti 1237. feriâ V. die VII. menſis
„ Ramadani uſque ad feriam 3. die 17.
„ Saphari anni proximi ſequentis: qua
„ quidem die *Abu Giomaiel Zaian Ben*
„ *Madaphe Alkhazami* Jacobo Regi
„ ſe dedidiſſe fertur eâ conditione, ut
„ videlicet obſeſſi omnes ſuas facultates
„ intra viginti dies quò liberet, trans-
„ ferre poſſent. His ita conſtitutis, alii
„ navi urbem *Deniam*, alii ad alia loca
„ equo vecti ab urbe ad dictam diem
„ diſceſſerunt.

Mohamad Ben Roſc Abulabbas, Murciæ natus, ſummo genere, omnium ſuæ ætatis formâ præſtantiſsimus, adhuc puer *Cordubam* ſtudiorum cauſâ profectus eſt: ubi compluribus diſcipli-

nis imbutus, magnum se fore virum jam inde spem fecit. Namque Jurisconsultus fuit summus & maximè disertus. Vir ad omnes res aptus consiliique plenus semper habitus. A Rege *Abulgiaischo Mogiahedo Ben Abdalla Alamero* Majoricæ Præfectus deligitur. Ibi civium res illius auctoritate & consilio bene prosperéque gerebantur. Multos enim liberalitate, plures etiam patrocinio sibi devinxit. Quo factum est, ut omnes ab eo non solùm plurima sperarent, sed etiam timerent. Sic *Mohamad Ben Rosc* virtutibus memorabilis, nulli non carus, annos circiter quadraginta natus, diem obiit supremum anno Egiræ 440.

Abu Abdalla Mohamad Ben Meruan Ben Abdelaziz, patriâ *Cordubensis*, domicilio *Hispalensis*, doctrinâ & prudentiâ in rebus gerendis clarus: quæ sanè virtutes tot illi fortunas honoresque, etiam supra spem ac ætatem, pepererunt, ut eas multi inviderent, plures concupiscerent. *Valentiæ* Prætor bis creatus est, Regibus *Almansore Abdelaziz Ben Abdelrahman Ben Abi Amer*, & *Almochphero Abdelmaleko* ejus filio: quem ubi gener ejus *Almamunus Iahia Ben Dilnun* Toleti Rex, viribus sibi imparem animadvertit, è Valentino solio deturbavit anno Egiræ 457. quo etiam tempore *Abu Abdalla* vitam finivit.

Abu Bakerus Mohamad Ben Amar Duluazartin, gente *Hispanus*, humili genere natus in oppido *Schanabos* شنبوس in ditione urbis *Silvi*, شلب vel *Silvis*, & forsan *Silves*, cujus meminit Geographus Nubiensis *Part. I. Clim. IV. pag.* 156. Poëtica facultate, quam probè callebat, sibi aditum ad summos honores aperuit; fecitque nominis ejus claritas, ut quem rebus omnibus egentem Hispania despexerat, paulo post quasi Regem admirata sit & verita. Imperii cupidus *Almotamedum Mohamad Ben Obad*, Hispalis ea tempestate Regem & magni nominis Poëtam, adiit, apud quem maximam sibi gratiam conciliavit, cùm Poëtico certamine, tùm multis prudentiæ suæ periculis. Nam *Almotamedus* in expeditione quam adversùs urbem *Silves* parabat, illum sibi socium assumsit; inde *Hispalim* redux à consiliis elegit, atque honoribus cumulavit. Legatus posteà ad *Gallæciæ* Regem Alphonsum mittitur; tùm urbi *Silves* suo ductu atque consilio expugnatæ præficitur. Huic verò id accidit quod plurimis mortalibus, ut in prospera quàm in adversa fortuna inconsideratiùs se gesserit; suâ enim sorte minimè contentus, Regi amicitiam & honores subitò renunciavit.

Itaque *Abu Bakerus* Regiam dignitatem affectans, *Murciam* ad Regem *Scalabæum*, cujus & collega & Regni successor futurus sibi videbatur, se contulit, à quo humanissimè exceptus, vectigalium procurationi præficitur. Nec diu Regem, quâ flagrabat regnandi cupido, latuit. Quapropter exilio multatus, occultiores insidias, quas simulatione officii moliebatur, bello indicto prodidit. Bis sicut suprà dictum est, *Murciam* fame multoque milite pressit. Quemadmodum ergo ipse apud se turbulentus, sic aliis semper infensus fuit: ut nunquam pacatus vixerit. Postremò illum *Almotamedus* Rex, quem modò amicum, modò inimicum sibi esse studuit, in urbe *Segurâ* in vincula conjecit; indeque Hispalim perductum, capite plecti jussit, anno scilicet Egiræ 477. Christi 1084. feriâ 6. die 6. mensis Ragebi.

Hunc Poëtam excellentissimum, Ducem eximium, virumque ingenio & arte præ cæteris insignem gravissimi Historici, Abulthaherus videlicet *Cæsaraugustanus*, Ebn Alcassemus *Silviensis*,

ſis, Ebn Besamæus *Cordubenſis* & alii ſummis laudibus extulere. Scripſit autem plurima ſimulque ingenioſa Carmina, quorum non pauca refert in noſtro Codice Ebn Alabaræus à *pag.* 93. ad *pag.* 103.

Abu Mahamad Ben Hud Algeziami Dulvazratin, ex Aragoniæ Regibus, *Cæſarauguſtæ* natus, humanioribus litteris apprimè fuit eruditus. Rebus autem ibi afflictis, de mutanda ſede cogitavit: quapropter ad *Almetuakelum Omarum Ben Mohamad Ben Alaphtas*, *Olyſſiponis* per ea tempora Regem, ſe contulit, ubi Præfectus urbis conſtituitur; ſed ad necem conquiſitus, pluris vitam, quàm imperium, pacem quàm honores faciens, *Toletum* commigravit. Ea in urbe procul à negotiis, litterarum ſtudio totum ſe dedit. Illius multa ſatis carmina in noſtro Codice occurrunt.

Abu Iſa Ben Lebun Dulvazratin, ex Regis *Iahiæ Ben Dilnun* domeſticis atque intimis familiaribus unus, Præturam *Sagunti*, vulgò *Morviedro*, Arabibus *Murbeter* مربيطر obtinuit. Mox illam *Abi Meruano Abdelmalkeo Ben Razin*, urbis *S. Mariæ* quæ *Orientis* dicitur, cedens, Hiſpalim petiit, ubi diem obiiſſe memoratur. Tres habuit fratres, *Abu Mohamedum Abdalla* urbis, vulgò *Lorca*, Prætorem; *Aba Vahebum* Regiæ Valentiæ aulæ Præfectum; & *Aba Schageum*, *Ubedæ* Ducem, quorum vitam ipſe verſibus perſequutus eſt.

Abu Amerus Ben Alpharagius Dulvazratin, vir non minùs generis ſplendore quàm doctrinæ laude ſpectatiſsimus, Toleti Regibus, quibus jam dudum ſui majores & amicitiâ, & uſu conjuncti erant, in amore ac deliciis fuit. *Conchenſem* Præturam bis eſt aſſequutus, variis etiam functus legationibus. Claruiſſe videtur quinto ineunte Egiræ ſeculo.

Abulhaſſenus Ben Eliſa Dulvazratin, Poëtices ſtudio & conſulari dignitate nobilis, primùm *Mohamedo Ben Lebun* Regi *Lorcæ* fuit à ſecretis; eo deinde mortuo, Regni ſucceſſor. Prælio *Zalakenſi* adversùs Alphonſum Regem commiſſo interfuit, ſummam rei militaris peritiam, prudentiam, animi fortitudinem præ ſe ferens. Anno Egiræ 483. iterum Imperatore *Joſepho Ben Taſchphin*, unâ, cum *Motamedo Ben Obad* Hiſpalis Rege arcem, nomine *Elibat* اليبط, duodecimo ab urbe *Lorca* lapide diſtantem obſedit, eripuitque Chriſtianis, Alphonſo Rege turpiter fugato.

Harizus Ben Hakem Ben Akaſcha, & animi magnitudine & virtute bellica floruit, nulli ſanè ſecundus. Interfecto *Abilvalido Ben Gehur* Cordubæ Rege, cujus Harizus partes tempore belli civilis ſequutus erat, inter alios deprehenſus, in carcerem conjicitur. Inde captâ fugâ, ad *Almamunum Ben Dilnun* Regem ſe recepit, quo bellum hortante, collectis copiis, *Cordubam* invaſit; Regem *Abadum Almotamedi Obaditæ* filium occidit, ejuſque caput fixum geſtari juſſit in pilo, atque Hiſpalim ad Almamunum deferri. Is *Cordubam* ſtatim contendit, ubi poſt menſes ſex anni videlicet Egiræ 469. diem obiit. Suffecto in illius locum filio *Iahia*, cum hic per ætatem necdum maturus regno eſſet, ſummæ rerum tutoris nomine præfuit Harizus, qui ubi Regem *Almotamedum* ultionis cauſâ adveniſſe intellexit, timore perculſus, urbe relicta, fugæ ſe dedit. At *Almotamedus* equo citato illum inſequutus, lanceâ perfodit; indeque corpus ſimul cum cane ad ignominiam cruci affligi juſſit, Cordubenſibus conſpiciendum, feris & volucribus lacerandum. Filium *Ahmedum* nomine reliquit, virum doctrinâ & in rebus gerendis prudentiâ præditum, quem *Iahia*, Almamuni filius, meritorum *Harizi*

ejus

ejus patris haud immemor, *Calatrabæ* præfecit. Verùm *Almotamedus* Rex hunc etiam inultum ægrè ferens, eum in oppido *Meſtaſa* مسطاسة fortè *Monteſa*, interfici curavit; idque contigiſſe proditur anno Egiræ 480.

Abu Obaid Abdalla Ben Abdelaziz Cordubenſis. Hic acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus; fuit enim tùm rei militaris peritus, tùm Poëta inſignis. Multa ejus ſunt præclarè geſta, multa ingenioſa carmina, quorum ſpecimen occurrit in noſtro Codice. Regno pulſus *Mohamedum Ben Man* Almeriæ Regem adiit, apud quem ſummo in honore fuit. Plura bella felici Marte geſsit; majora etiam fortitudinis edidiſſet exempla, ſi fortuna ei conſtantiùs adfuiſſet. Pari ſe virtute præbuit, quum juſſu Regis *Almotamedi* bello perſequeretur eos, qui defecerant, Regiam ſibi dignitatem arrogantes. Illius pater, cui nomen *Abdelaziz Albekri*, Princeps fuit, teſte Ebn *Haiano*, *Huelvæ* & inſulæ *Saltes*, (de qua conſule Geographum Nubienſem *pag.* 155.) Illo duce, *Almotamedus* urbem *Niebla*, quam *Ebn Iahia* tenebat, in ſuam poteſtatem redegit. Ejuſdem conſilio & operâ *Almotamedi* filius, *Abadus* nuncupatus, *Cordubæ* conſtituitur Rex. *Hiſpalis* obſidione liberatur. *Mohamad Ben Abdalla*, Carmonis Dux, bello ſuperatur. Illius obitum Scriptor Alphatehus Ben Abdalla refert ad annum Egiræ 456. ejus verò filii *Abu Obaid* ad annum 487.

Abu Abdelmalek Ben Meruan Ben Abdelrahman Alnaſeri, Hiſpaniarum Regis pronepos, Poëta celeberrimus fuit, quippe qui plura condidit carmina egregia, quorum non pauca exhibet noſter hic Codex. Is, ut Scriptores referunt, à puero ſimul cum puella quadam, quam ſibi pater ad voluptatem emerat, educatus, amore cum ætate pariter increſcente, illam adeo inſanè jam adultus deperire cœpit, ut impotens animi ac cæco quaſi furore percitus, omne ſatiandæ libidini tempus opportunum exquireret: quod malè fauſta ſors nimio citiùs obtulit. Patrem enim in lecto cum puella cubantem nactus, eum, ſubito irruens impetu, nec opinum trucidavit, atque illa ſic tandem potitus eſt. Quamobrem in carcerem contruditur, ubi ſceleris pœnam XVI. annorum ſpatio luit. Inde emiſſus totidem annos vixit. *Cordubæ* tandem obiiſſe traditur anno Egiræ 400.

Alcaſenus Ben Abraham Ben Edris Alhaſni, Regia *Alhaſnitarum* ſtirpe ortus, *Cordubam* incoluit, ubi Rethoricâ & Poëtica facultate mirum in modum excelluit. Bellum Civile Cordubenſe verſibus non infelici vena perſecutus eſt: cujus Hiſtorici carminis partem potiorem deperiiſſe dolent, inter Scriptores Hiſpanos *Ben Haianus* & *Alhomaidæus*.

Ahmad Ben Mohamad Ben Abha Alhemdani, vulgò *Ben Alſchomor*, origine *Perſa*, patriâ *Illiberitanus*, politioribus litteris maximè excultus, adeoque elegans & diſertus. Iis ergo aliiſque virtutibus ſibi aditum ad ampliſſimos honores in Cordubenſi Aula patefecit. Etenim *Abdelrahmanus Alnaſerus*, tunc temporis Hiſpaniarum Rex, cui ſemper in deliciis fuit, illum à conſiliis ſibi elegit, Caſtellique *Alhama* in *Illiberis* ditione Præfectum conſtituit.

Lebi Ben Obaidalla Ben Omiah, vulgò *Ebn Alſchaliat*, genere *Cordubenſis*, litterarum ſtudio pernobilis. Ejus laudes *Ebn Abilhasain*, Poëta Cordubenſis in librum congeſſit quem *Similitudines* inſcripſit. Hunc etiam memorat *Ebn Haianus*, ejus patris res geſtas, referens in *Hiſpaniæ Annalibus*, ubi hæc prodit: „ *Obaidalla*, vir factioſus & im„ perii cupidus, ingenti ad bellum con-

„ citâ

„ citâ multitudine ab Imperatore *Ab-*
„ *dalla Ben Mohamad Ommiadita* de-
„ fecit. Hinc conſilium à viribus petit,
„ hinc ſceleri ſcelus addit. Itaque inito
„ fœdere cum *Omaro Ben Haphſuno*
„ ejuſdem ingenii viro ſibique affinitate
„ conjuncto, bellum Imperatori indixit,
„ quem ſi nunquam ſuperavit, haud
„ parum certè afflixit. Ille in præcipuis ſu-
„ perioribus urbis *Jaen* locis, quæ Arabes
„ corruptè vocitant *Sumenter* شمنتار,
„ id eſt *in ſummo monte*, occupatis, iiſ-
„ que prætereà validiſſimis præſidiis mu-
„ nitis, urbem *Cazlona* قسطلونه, alia-
„ que oppida adjacentia in ſuam rede-
„ git poteſtatem. Quo factum eſt, ut
„ omnia ibi tanquam imperii arbiter gu-
„ bernaret, omneſque ei parerent. Nec
„ pauca ubique cùm ad militiam, tùm
„ ad publica commoda extruxit ædificia,
„ quæ laudati Scriptoris ætate adhuc ex-
„ tabant. Fortunâ tandem, ut ſolet, al-
„ ternante, deſerto Principatu in ur-
„ bem *Hueſcar* ad *Ebn Haphſun* ſe re-
„ cepit. Quum autem *Abdelrahmanus*,
„ Mohamedi filius, ad ſolium eſſet eve-
„ ctus, *Obaidalla* potentiſſimi Imperato-
„ ris viribus reſiſtere ſe non poſſe arbitra-
„ tus, in illius gratiam redire curavit.
„ Quare rebus compoſitis, Imperator
„ urbis *Jaen* Præturam ab ipſo expeti-
„ tam ei lubens conceſſit, ut nimirum
„ Granatenſes, quorum fidem parùm
„ tutam miniméque conſtantem fue-
„ rat expertus, *Obaidallæ* auctoritate ac
„ prudentiâ compeſcerentur.

Muſa Ben Mohamad Ben Said Ben Hedaier Cordubenſis. Hujus ſi patrem ſpectes, vir fuit magno ingenio præditus, tùm Viziri dignitate ac bellicâ virtute ſpectatiſſimus: à quo *Muſa* filius non modò virtutum ornamenta, ſed etiam honorum acceſſionem quaſi hæreditario jure accepit. Namque, *Abdelrahmano Alnaſſero Ledinalla* Imperatore, varia in Cordubenſi Aula munera adminiſtravit, eidem primùm à libellis, deinde à conſiliis, tùm à ſecretis delectus. Poſtremò illi uni totius Imperii cura demandata. Quanti autem eundem fecerit, vel illud magno eſt argumento, quòd poſt ejus mortem Imperator alium neminem in conſilium adhibuerit. Is prætereà, teſte Ebn Haiano, carmina ex tempore factitabat, quibus vel præſtantiſſimus Poëta vix meliora conſcripſiſſet.

Ahmad Ben Abdelmalekus Ben Schahid, vulgò *Diluazratin*, vir tùm genere, tùm doctrinâ haud ignobilis, eodem *Abdelrahmano* Imperatore, provinciarum Præfectus, necnon Magiſter equitum creatus fuit; expeditionem quoque *Cantabricam* ſuſcepit. Hujus proavorum ſeriem reſque præclarè geſtas *Alrazæus* fuſiùs perſequitur; *Alhomaidæus*, etiam Hiſpanorum Annalium conditor, aliquot ejus refert carmina. Filium reliquit nomine *Abdelmalekum Abu Meruan*, qui imperitante in Hiſpania *Heſchamo Ben Alhakemo*, Toleto præfuit. Carmen edidit, quo Regi Heſchamo victoriam de *Galebo* urbis *Medina Celi* Principe relatam maximè gratulatur: cujus quidem initium in noſtro Codice occurrit.

Abdelvahab Ben Mohamad Abu Vaheb Toletanus, à Rege Abdelrahmano hujus nominis tertio ærarii & provinciarum Præfectus deligitur; inde Viziri dignitatem apud eundem obtinuit. Clariſſimam de eo mentionem fecit *Abu Bakerus Alzebaidæus* in *Grammaticorum Bibliothecâ*, ubi illum inſignem Grammaticum, ſimulque ſermonis Arabici peritum appellat; idque ex eo potiſſimùm liquet, quòd ipſe in frequentiſſimo amicorum conventu, dum per tempus licebat, ſubtiliſſimas Grammaticæ quæſtiones proponeret, eaſque ingenioſè atque eruditè expediret. Hujus autem genus altiùs repetit Abu Bakerus

Alrazævs rerum Hiſpaniarum vetus ac diligentiſſimus Scriptor, cuius en verba: „ *Abdelſalamus* Quæſtor munus obiit „ in urbe *Illiberi*, Hiſpaniarum Rege „ *Abdelrahmano* hujus nominis primo. „ Filios habuit duodecim, quorum natu „ maximus nomine *Abdelrahuph* To„ leto lociſque adjacentibus annos ſep„ tem præfuit. Hinc Regibus *Abdelrah*„ *mano* Alhakemi filio, & *Mohamedo* „ hujus *Abdelrahmani* filio, ad Viziri „ dignitatem evectus eſt. Eundem ho„ norem, quandiu vixit, obtinuit: inte„ gerrimæ fidei & magnæ prudentiæ „ teſtimonium. Hujus verò filius, *Ab*„ *delvahabus* nuncupatus, præſidiariis lo„ cis præficitur, imperantibus ſupra lau„ dato *Mohamedo*, ejuſdemque filiis „ *Almondero* & *Abdalla*: qui tandem „ cum *Hiſpalis* Præturam exerceret, de „ vita deceſſit, filio, cui nomen *Moha*„ *medus*, relicto: qui à virtute majorum „ minimè deflectens, urbis *Jaen* Præ„ turam obtinuit, ubi diem obiit ſu„ premum.

Gehur Ebn Obaidalla Ben Abi Abda Abulhazamus. De eo diſſerens laudatus *Abv Bakervs Ahmedvs Ben Mohamad Ben Mvsa*, vulgò *Alrazævs*, Hiſpanis *Rasis*, in Libro *Genealogiarum*, hæc prodit: „ Illius proavum „ *Haſan Ben Malek* Damaſci natum, „ in Hiſpaniam veniſſe anno Egiræ 113. „ ibique, quum *Abdelrahmanus Ben* „ *Moavia* Ommiadita rerum ſummâ in „ Hiſpania potitus eſſet, eidem à ſecre„ tis fuiſſe; inde exercitûs Hiſpalenſis „ Ducem creatum *Murcianam* Provin„ ciam (Arabibus *Bagiana* باجة di„ ctam) conſilio & fortitudine Abdelrah„ mani imperio ſubjeciſſe; cumque tan„ dem *Hiſpali* diem obiiſſe, ubi cor„ pus magnifico tumulo conditum ja„ cet....... *Gehur* verò *Ebn Obaidalla* „ fuiſſe Prætorem, Quæſtorem, Con„ ſulem atque Regiæ militiæ Ducem, „ Imperatore Abdelrahmano hujus no„ minis tertio, *Alnaſero Ledinalla* nun„ cupato „. Varia hujus carmina, quæ illum magni nominis fuiſſe Poëtam oſtendunt, in noſtro Codice extant.

Abdelrahman Ben Badr Ben Ahmad, Hiſpaniarum Regis *Abdalla* libertus, Poëta non imperitus, ut Epigrammata non pauca litteris commendata abundè teſtantur. Miles fuit prudens, temporibus ſapienter inſerviens, fortis manu, animo maximus, vita clemens patienſque, ut non ſolùm amicorum injurias libens tulerit; ſed etiam erga victos incendiis ac cædibus ſæpiùs pepercerit. Pleraque geſta & quæ proſpera ei ceſſerunt, non magnitudini quidem copiarum, ſed conſilio, quo tunc omnes ſuperabat, ſanè tribuenda. Quoties pugnavit, etſi copiis inferior, ſuperior tamen prælio diſceſsit; nunquam manum conſeruit, niſi priùs hoſtes locorum anguſtiis clauſiſſet: quod & regionum gnaro, & conſiliis callido ſæpiùs accidit. Quare majoribus rebus præeſſe cœpit. Nam, ſub *Abdelrahmano* hujus nominis tertio Hiſpali præfectus eſt; inde ſupremam Viziri dignitatem conſequutus. Hæc *Alrazævs*.

Iſmael Ben Badr Ben Zaiad Abu Baker Cordubenſis, imperitante Abdelrahmano, cui cognomen *Alnaſerus*, Hiſpalis Præfecturam ad quinquennium habuit. Vixiſſe fertur uſque ad initium imperii *Alhakemi* Alnaſeri filii. Illum Poëtam fuiſſe præſtantiſsimum *Ebn Alpharedvs Hiſpanus*, illius ævi Scriptor, teſtatur; idque vel ex illius carminibus patet, quorum aliqua eruditus Auctor noſter hîc memoriæ prodidit, Epigrammata nimirum quatuor, quorum primum de *Alnaſeri* obitu, ſecundum de Regis *Alhakemi* creatione, tertium de immatura ejus Filii morte, quartum de Mori dono quod ad amicum miſit.

Obai-

Obaidalla Ben Ahmad Ben Jali Ben Vaheb Cordubensis, vir fortissimus maximoque consilio, *Toleto* & *Badajoz* urbibus præfuit. Supremum exercitûs Ducem sibi eum delegit Rex *Abdelrahmanus*, aliàs *Alnaserus*, qui Obaidallam & bello strenuum & sibi multis locis fidelem expertus erat. Primùm qualis esset apparuit in bello quod Rex adversùs Christianos mense Saphari anno Egiræ 327. gessit. Namque hostibus partim interfectis, partim fugatis, insignem retulit victoriam. Hoc prælium Arabum Scriptoribus maximè celebratum, vocitari solet *Fossæ Prælium* وقيعة الخندق quod videtur esse factum quum *Legio* urbs Mohametanorum obsidione premeretur. Eam victoriam idem *Obaidalla* elegantissimis versibus, qui nostro in Codice leguntur, descripsit.

Giaphar Ben Othman Almoshaphi Abulhassenus, vulgò *Ben Kasilat*, Hispali Barbarorum genere ortus, domi militiæque prudentiâ, consilio, auctoritate ac rei militaris peritiâ clarissimus. Hujus originem & infelicem exitum paucis descripsit AHMAD ALRAZÆUS in *Hispaniæ Annalibus*, cujus verba Latinè reddita hujusmodi sunt. „ *Othmanus pater Giaphari*, Alnasero Rege, apud quem „ multis magnisque meritis valebat, „ *Majoricæ* præfuit. Hinc *Alhakemus* filius in locum ejus suffectus, illum Cohortis Prætoriæ Ducem creavit, moxque à secretis sibi delegit: quo in „ munere diem obiit, *Giapharum* filium, quem, dum in vivis erat, Cordubensem in Aulam induxit, relinquens „ sui haud dissimilem. Hic igitur, *Heschamo* Alhakemi filio ad solium evecto anno Egiræ 366. Christi 976. feriâ 2. die 5. mensis Saphari, multis „ honoribus, amplissimisque ab eo Rege cumulatur. Officinæ enim Monetariæ Præses fuit, tum Ærario præpositus, denique supremus Imperii „ Moderator. In rerum statu felicissimo „ constitutus, de opibus augendis, suisque ad honores aulicos promovendis „ cogitare cœpit, ad hoc impellente „ ambitione, suique amore adhortante: „ quæ quidem vitia à viris fortunatis „ abesse vix possunt. Unde brevi factum est, ut ejus fratres cæterique „ consanguinei, totâ spectante Hispaniâ, „ nec minùs admirante, præcipua Regni munera obierint. Quæ res opportunam Duci *Abu Amero*, viro infesto „ & invido, ad illum perdendum ansam „ præbuit; isque illius mortem maturavit, ac re verâ proditionis apud Regem accusatur; ubi enim sævit invidia, armatur & calumnia. Quare in „ publica vincula conjicitur, deinde comburi vivus jubetur: quæ acta anno „ Egiræ 372.

Giaphari mortem aliter refert EBN ALPHAREDUS, qui eum in carcere strangulatum scripsit. Nos verò à sententia ALRAZÆI accuratissimi Historici, cui plurimùm de rebus Hispanis credimus, non esse discedendum existimamus. Codicis nostri Auctor non pauca illius carmina repræsentat, quæ cùm ejus eloquentiam, tùm Artis Poëticæ peritiam satis demonstrant.

Mohamad Ben Abdalla Ben Abi Amer Almoapheri, Aulæ Cordubensis Præfectus, vulgò *Almansor*. Venio nunc ad fortissimum virum, in quem natura simulque fortuna suas opes effudisse videntur. Fuit enim ille in primis animo magno & corpore, imperatoriâque formâ, ingenio etiam & consilio maximo: adeo ut illum non tàm magnitudine rerum gestarum quàm disciplinâ militari enituisse dixeris; tantus quippe dux extitit, ut suæ ætatis parem sibi habuerit neminem. Multùm verò in bello versatus, sæpe exercitibus præfuit, ferè nunquam victus ab acie discessit. Quinquaginta & ultra, teste BEN

Haiano, prælia ab ipſo ſtrenuè patrata enumerantur.

Sed ab initio eſt ordiendum. Ferunt, inter alios rerum Hiſpanarum Scriptores, laudatus Ben Haianus & Alhomaidæus, Almanſorem hunc in *Inſula Viridi*, quam Arabes *Algezirat Alkhadra* الجزيرة الخضراء vocant, patre nobiliſſimo eſſe procreatum, labente Egiræ anno 327. Adoleſcentulum ſtudiodiorum causâ *Cordubam* ſe contuliſſe, ubi politioribus litteris excultus, Reginæ uxoris *Alhakemi*, nomine *Alſobha* الصبح, res rationeſque procurandas ſuſcepit. Intereà *Alhakemo* mortuo, ſuffectoque in ejus locum filio, nomine *Heſchamo*, annos XII. nato, mater turbulentum per ea tempora Regnum intuens, filiumque propter ætatem rebus adminiſtrandis imparem eſſe animadvertens, ejus curam *Almanſori* viro probatæ fidei & ſummæ auctoritatis demandavit: qui ſic moderatus eſt regnum, ut *Heſchamum* nomine dumtaxat imperare crederes. Itaque rebus jam compoſitis, Imperioque prorsùs pacato, *Almanſor* omne ſtudium vireſque omnes ad Chriſtianos debellandos, qui Regni confinia quotidie vexabant, convertit. Quare maximis copiis coactis, non minùs tamen conſilio ac prudentiâ cum illis conflixit. Hinc hoſtium ſemper retardavit impetum eoſque multis præliis ſuperavit; nec minori arte atque fortunâ urbes oppugnavit. In victos ac rebelles pari clementiâ & ſeveritate uſus eſt; nam cedentes lædi vetuit; neque vulnerari quemquam juſſit, niſi qui prior impugnaſſet; neminem jacentem ſpoliavit; nil attigit niſi arma quibus indigebat, & res ad victum neceſſarias. Cæterum urbes vi captas ferro incendiiſque vaſtabat; adeo tamen continens, ut prædâ in duas diviſâ partes, alteram militibus impertiri, alteram in bonum publicum cedere juberet, nihil ſibi præter gloriam reſervans, quam virtutis & laboris ampliſſimum eſſe præmium ducebat. Princeps planè fortunatus, multis victoriis nominis famam ad poſteros propagavit; ſuiſque ita carus, ut pro tantis meritis *Defenſoris* cognomentum, Arabicè *Almanſor*, ſibi pepererit. Poſtremò bellum gerens adversùs *Galleciæ* Regem, qui *Toletum* oppugnatum audacter venerat, in morbum incidit, quo in dies ingraveſcente, curru ad urbem *Madinat Selim*, vulgò *Medina-Celi*, invectus fuit, ubi deceſſit anno Egiræ 392. Chriſti 1001. die 25. Ramdani. Corpus militari honeſto funere, comitante toto exercitu, tumulo donatum eſt, hoc ſuperaddito Epitaphio:

Qualis ille fuerit, geſta docent, non ſecùs ac ſi ipſum in iis cerneres.

Alter Hiſpaniæ Defenſor ſimilis, crede mihi, nunquam extiterit.

اذاره تنبيك عن اخباره ۞
حتي كانك بالعيان ذراه ۞
ذالله لا ياذي الزمن بمثله ۞
ابدا ولا يحمي الثغور سواه ۞

Eum imperitaſſe annos XXV. multa ſcripſiſſe carmina, atque duos reliquiſſe filios Imperatoriæ dignitatis ſucceſores, quorum alter *Abdelmalekus*, *Abdelrahmanus* alter dictus, auctor eſt Ebn Haianus, qui in *Hiſpaniæ Annalibus* res illius geſtas fuſiùs perſequitur.

EGIRÆ SÆCULUM V.

Solimanus Ben Alhakem Ben Soliman Ben Abdelrahman Alnaſeri Ledinalla, nuncupatus *Abu Aiub Almoſtain Billa*, Cordubæ Rex, Regiâ *Ommiaditarum* ſtirpe ortus, quem non minùs rei militaris peritia quàm litterarum doctrina commendat. Utriuſque maxima dedit experimenta; nam & bella proſpero Marte geſſit, & carmina, quorum aliquot in noſtro codice occurrunt, ſecundo Apolline condidit. Extinctis *Alamai-*

mairitis, videlicet *Almansore*, *Abdelmaleko* & *Abdelrahmano*, penès quos summa imperii erat, quique suâ virtute *Heschamum* Regem ab inimicorum insidiis tuentes, ad extremum usque sustentare conati sunt; Regnum, aliàs pacatum, inter seditiones bellumque civile labare cœpit, cuius concitator fuisse traditur *Almohdi Mohamad Ben Hescham Ben Abdelgebar Ben Abdelrahman Alnasseri Ledinalla*, qui imperii cupidus omnia miscere studuit, pluresque Principes sibi adjungens, Heschamum Regem de solio dejecit; atque ita occupato Regno, die 25. Gemadi posterioris, anno Egiræ 399. *Almohdi* nuncupari voluit. Hic ubi ad solium evectus est, in populum sævire cœpit, Tyranni, non Regis mores imitatus. Quod Barbari, quorum factio per id temporis quàm maximè valebat, ægrè ferentes, *Solimanum* Regem salutarunt. Itaque ille, collectis ingentibus copiis, quibus *Sanctius* summo cum imperio præerat, Cordubam oppugnare statuit. *Solimano* Almohdeus cum exercitu Cordubensi obviam it ad locum *Cantisch*, vel *Cantos* قنطيش: ubi fusus, cæsis viginti militum millibus, *Toletum* se recepit. Interim Solimanus *Cordubam* victor ingressus, & anno 400. die 15. Rabii prioris Hispaniarum Rex, nomine *Aldhapherus*, renunciatus est. *Almohdeus* verò viribus denuò collectis, adjunctis etiam Christianorum copiis, *Cordubam* oppugnat. Illi occurrit *Solimanus*, castraque ad *Acabat Albacar* عقبة البقر, qui *Mons præaltus boum* Latinè sonat, à *Corduba* decem ferè leucis dissitum, constituit: ubi signis collatis acriter utrinque certatum. Et quamvis diù anceps prælium fuit; superior tamen *Almohdeus* discessit, ac victo turpiterque fugato Solimano, *Cordubam* occupavit. Verùm lætitia in luctum brevi conversa est; nam Nigris Barbarisque in urbem immissis, duce *Vadheho Alscalabeo*, interfectus est; *Heschamus* autem *Almovaiedus*, qui sibi metuens, domi per ea tempora latitabat, in Imperium restitutus. Quamobrem indignans *Solimanus*, loca diripere & omnia igne cædibusque, nullo sexûs, aut ætatis discrimine, vastare cœpit; nec priùs quievit quàm *Cordubam* expugnavit die 11. Schevali anno Egiræ 403. Ibi rerum summâ potitus, toti Hispaniæ jura dedit ad annum usque quadringentesimum septimum, quum *Ali Ben Hamud*, vir fortissimus & Regi *Heschamo* familiarissimus, cujus necem ulcisci studebat, prælio *Solimanum* superavit, eumque unà cum patre *Hakemo* & fratre, nomine *Abdelrahmano*, feriâ primâ, die 23. Moharrami, anno 407. manu sua interfecit.

Abdelrahmanus Ben Hescham Ben Abdelgebar Ben Abdelrahman Alnaseri, vulgò *Abulmethreph*, *Almostaderus Billa* dictus, Regis *Almohdei* frater, Princeps insignis moribus & litteris clarus, ut ex carmine, quod in nostro Codice legitur, satis patet. Porrò hic, teste *Ben Haiano*, everso imperio, quod familia *Hamuditica* in urbe *Corduba* tenebat, omnium consensu Rex constituitur anno ætatis suæ XXIII. & Egiræ 414. quo ipso anno insidiis Barbarorum, qui illum inopinantem adorti sunt, interfectus esse traditur, postquàm dies tantùm XLVII. regnasset.

EGIRÆ SÆCULUM VI.

Ahmad Ben Alhassain Ben Casa Abulcassemus, origine *Græcus*, patriâ *Hispanus*, in urbe *Silves* natus, (*Silves*, ut tradit Geographus Nubiensis *pag.* 156. distat ab urbe *S. Maria* XXVIII. milliariis) Poëta non ignobilis; sed ingenio & arte percallidus, primùm mercaturam exercuit, inde facultatibus distributis, in loca secreta secessit, ubi pie-

pietatem ſimulans, inſidiaſque animo volutans, complures quos habuit ſocios ad arma capienda pellexit: quorum ductor factus, prope *Almeriam* diſcurrere viſus eſt; inde parvâ manu collectâ, humiliora atque infirmiora loca occupavit. Auctis demum viribus, anno Egiræ 539. arcem *Myrtilim* munitiſſimam, hodie *Mertola*, circumſedit, eamque poſt menſem expugnavit. Ubi autem res hæc ex rumore ad *Almoraditarum* المريدين (ſunt quidam Mahometani Monachi) aures pervenit, cum clamore & cantu, veluti ſolent, catervatim accurrunt, eumque ſibi ſummum Antiſtitem eligunt. Hinc eodem duce, *Eboram*, *Silves* atque *Hiſpalim*, anno videlicet Egiræ 541. Chriſti 1146. in ſuam poteſtatem redegerunt. Illius autem nimiam crudelitatem ac ambitionem averſati, ad *Almohaditas* deſciſcere ſtatuerunt. Quo factum eſt, ut ille ne ſolus miſerè interiret, Principis *Urracæ*, Regis filii, auxilium implorare ſit coactus, qui *Ahmedo* cum militibus & armis præſtò fuit. At à ſuis Civibus, nempe *Silvienſibus*, bis victus, anno Egiræ 546. deſperatis tandem rebus, veneno ſibi mortem conſcivit. *Silvienſium* Annalium Scriptores tradunt *Ahmedum* hunc factionem in Hiſpania jam extinctam cum ſuis auctoribus, nomine *Almolthamin* الملثمين, omnium primum excitaſſe maliſque artibus promoviſſe. Sed hoc loco diligenter obſervandum eſt, *Almolthamin* eoſdem eſſe ac *Almoraviditas*; atque ita inde dictos, quòd eorum mulieres Amazones bellicoſæ velatâ facie cum viris pugnarent.

Mohamad Ben Omar Ben Almonder Abulvalid, ſimiliter *Silvienſis*, generis nobilitate ac doctrinâ clariſſimus, necnon formâ pulcherrimus. Puer *Hiſpalim* ad ſcientias, quæ ibi eâ tempeſtate maximè florebant, ſibi comparandas miſſus eſt: ubi humanioribus litteris & Juriſprudentiâ excultus, ad urbem *Silves* patriam rediit, ſtatimque Senatûs Silvenſis à ſecretis electus fuit. Verùm ille non multo poſt dignitate abdicatâ, tugurium, ut contemplationi liberiùs vacaret, in loco *Rabat Alrihanat* رباط الريحانة, aliàs *Arrifana*, aut *Arrihana*, ad maris litora, non procul ab urbe *Silves* ſibi extruxit. Intereà *Ahmedi* ſupra memorati, civis ſui famâ percrebreſcente, ſocium ſeſe illi adjunxit. Quo & magiſtro & duce, audaciâ etiam comite, complures arte ſeduxit; nec impari fortitudine complures prælio vicit fuditque. Enim verò profligato Duce *Abi Mohamedo*, *Eboram* occupavit; interfectis Almoraviditis, Arcem, nomine *Margec* حصن مرجق, hodie *Mergecar*, in *Silvenſi* territorio ſitam, ad deditionem coegit; *Hiſpalim* quoque, pulſis Almoraviditis, expugnavit. Partâ victoriâ, urbis *Silves* Prætor creatus, Mahometo, vulgò *Samiel*, *Begæ* Principi, qui novæ Monarchiæ progreſſus ſiſtere, eamque evertere conabatur, bellum perpetuum indixit. Eſt ſanè ſupra fidem, quot labores in expeditionibus pertulerit, quot pericula ſubierit, non ſuis, ſed *Ahmedi* commodis inſerviens, quem Hiſpaniarum Regem conſtituere maximè ſtudebat. Itaque anno Egiræ 539. ingenti cum exercitu fluvium *Anam* tranſmiſit, caſtriſque apud oppidum *Huelva* poſitis, eo potitus, copias ad urbem *Niebla* traduxit: quam tandem expugnavit, fuſis *Almoraviditis*, qui, arcibus confidentes, victori ſeſe tradere noluerunt. Hinc *Hiſpalim* repetens, munitiſſimas illius Arces *Hoſn Alcaſar*, & *Tholiatha* حصن القصر وطلياطة, videlicet *Tablada*, occupavit, donec ad Arcem *Hoſn Alzaher*, hodie *Peñaflor*, pervenit. Quum autem in oppido *Athriana* اطرياناة (hodie *Triana*) verſaretur, in ejus conſpectum venit exercitus, cui *Abi Zacharia Iahia Ben Ganiat* imperabat: quem ſtatim

tim

tim sibi socium adjungens, *Cordubam* oppugnaturus contendit. Postquàm verò conatus prorsùs inutiles animadvertisset, illam obsidione solvere statuit, moxque ad arcem nomine *Frangulos* فرنجولش, nunc *Frexenal*, se recepit, ubi spem cunctando maximè alebat: quæ certè eum minimè fefellit, ut rei eventu comprobatum. Nam Senatus Cordubensis, *Ahmedo Ben Abdelmaleko* Rege pulso, interfectoque ejus Viziro *Ebn Schankho*, imperii summam illi detulit, quod gratum acceptumque habuit. Verùm is *Mohamad*, quippe ingenio & usu callidus, sibi metuens, duodecim post diebus fugâ saluti consuluit. Accidit autem ut quum adversùs *Aba Mohamad Ben* Vizirum rebellem bellum gereret, ab eo victus, in carcerem conjectus fuerit: ubi luminibus orbatus perstitit, donec ab *Almohaditis* in libertatem vindicatus est. *Selam*, vulgò *Salè*, profectus, anno Egiræ 558. decessit. Varia & selecta illius carmina in hoc Codice occurrunt.

Ali Ben Omar Ben Adha Abulhassenus, vulgò *Ben Alschomor*, clarissimis parentibus anno Egiræ 492. *Almeriæ* natus est. Hic, ut memoriæ proditum est, divitiis & honoribus posthabitis, virtutem coluit, operamque studiis ita dedit, ut Poëta & Jurisconsultus egregius haberetur. Quamobrem omnium consensu *Almeriæ* Judex constituitur: quo munere quum fungeretur, ab *Ebn Hamdaineo*, *Cordubæ* dudum Rege, rogatus est ut, suâ interpositâ auctoritate, Almerienses ad ejus partes pertrahere conaretur. Id *Ali* ubi obtinuit, collectis copiis, *Almoraviditas*, qui Almeriam urbem habebant, inde expulit; eorumque terga premens, alios interfecit, alios turpiter fugavit. Inter hæc *Almoraviditæ* tempori consulentes, collectis denuò viribus, duce *Ali Ben Abi Bakr Ebn Phanu*, Josephi *Ben Tasphini* pronepote, *Ali* & *Ahmedum Ben Hud* Granatæ Regem debellarunt; & sibi occurrentem *Ben Abi Giaphareum* Judicem *Murciæ*, qui *Ali* ejusque asseclis auxilio venerat, omnino profligarunt. Deinde exercitum *Granatam* versùs rapientes, illam occupavere. Quo factum est, ut *Ben Hud*, Rex *Granatæ*, ad urbem *Jaen* se contulerit; *Ali* verò cum suis, ut in tuto esset, in urbem *Almankeb* المنكب, (quæ vox *tractus*, vel *locus terræ elatior* Latinè sonat); inde in Castellum *Beni Baschir* حصن بني بشير se receperit. Verùm paucis interjectis diebus, *Ahmedus Ben Hud* copiis auxiliariis refectus, Granatensibus quoque pecuniâ corruptis, per portam *Morur* مورور, nempe *subobscuram*, aditu sibi patefacto, *Almoraviditas* ejecit, rerumque *Granatæ* potitus est: unde post dies decem ad oppidum *Casbat Alhamra*, قصبة الحمرا, id est *Arcem rubram*, secessit, hostium insidias veritus. Ea siquidem erat per id temporis Hispaniarum Imperii conditio, ut nusquam pax regnaret; nemo securus ageret, omniaque armis ac dissidiis partim labefactata, partim eversa cerneres. *Ali* autem, de quo sermo, veneno sublatus est anno Egiræ 551. quum *Granata* Almohaditarum imperio esset obnoxia.

Abu Abdelmalekus Meruan Ben Abdalla Ben Abdelaziz, genere, bellica virtute, doctrinâ pernobilis, *Valentiæ* anno Egiræ 505. natus esse traditur. Is quum *Valentiæ* Prætor esset, rumor percrebuit *Abulgiaphareum Ben Hamadain* à Senatu Cordubensi Hispaniarum Regem renunciatum feriâ 7. die 5. Ramdani, anno Egiræ 538. Christi 1143. Inopinata rei novitas magnam curam injecit, nec levem incussit metum. Quapropter ne in discrimen sua salus vocaretur, socium periculi, bellique adjutorem sibi asciscendum ipse duxit. Nihil ergo cunctatus, fœdus & amicitiam cum *Abu Mohamedo Ben Gania*, Duce fortissi-

si-

ſimo, ſed ſibi olim infenſiſſimo, iniit: qui templum ingreſſus, vehementiſſimam ad populum habuit orationem, Valentinos cohortans ad arma pro Almoraviditis capienda, ſimulque accepta beneficia referens, quòd ſcilicet illi univerſæ Hiſpaniæ periclitanti magna cum claſſe adfuiſſent; quòd urbem quoque Valentiam Chriſtianis eripuiſſent. Hæc ubi dicta, vulgus quod naturâ impatiens & ad tumultus pronum eſſe ſolet, ad arma conclamat, inſolitoque ſtrepitu ac terrore implet urbem. *Abu Abdelmalekus* intereà maximo undique collecto exercitu, *Sætabim* ad munitam urbem ſe contulit, ac præſidia in oppido *Loxa*, الولجة Arabicè dicto, collocavit: quod contigiſſe ferunt anno Egiræ 538. die 18. Ramdani. Die autem 3. menſis Schevali ejuſdem anni à militibus præſidiariis Rex *Valentiæ* ſalutatus eſt. Quo factum, ut Almoraviditæ jam decepti loca viciniora occupaverint, alia expilaverint, agroſque latè incendiis vaſtaverint; alii verò imperandi cupidi, exercitu conſcripto, varias urbes ſubegerint. Nam *Murciâ* potitus eſt *Ebn Abi Giapharæus Mohamad*; urbem *Sætabim* armis obtinuit *Abu Mohamad Ben Gania*; tùm *Majoricam* ſubegit *Aiad*; pariterque *Almeriam* civitatem *Abdalla Ben Mardanis*; poſtremò urbem *Niebla* ipſe *Ali Ben Giober* ſibi vindicavit. Eodem fermè anno *Mohamad Ben Maimon* ingentibus copiis *Hiſpalim* circumſedit: quâ tandem expugnatâ, maxima civium pars trucidati; reliqui fugâ ſibi ſalutem quæſiere. Motis inde caſtris, *Sætabim* obſidione cinxit; at hujus oppidi defenſores quàm optimè inſtructi munitique, impetum hoſtium tribus menſibus ſuſtinuiſſe perhibentur: quibus exactis, oppidum obſeſſoribus pandere coacti ſunt. Tùm verò miſerabilis ubique ſtrages plurimâ ſimul atque horrenda mortis imagine. Quod ubi *Abu Abdelmaleko*, qui *Murciæ* agebat, nunciatum eſt, incredibile dictu quantum id illi timoris attulerit, partim quòd ſe Regno expulſum videret, partim etiam quòd milites ab ipſo deficerent: adeo ut quò tandem ſe verteret, prorsùs neſciret. Quare peditum manu parvâ comitatus, *Colberam* قليبر confugit; inde ementito habitu *Hiſpalim* tranſiit, ubi ſtatim atque innotuit, compede vinctus ad munitiſſimam Valentiæ Arcem *Motronios* مطرنيش, hodie *Montroy* dictam, relegatur. Poſtremò tercentum aureorum millibus ſeſe redemit; & *Marochum* urbem tutum ſibi fore locum ratus, eò conceſſit, ibidemque obiit anno Egiræ 578.

Abi Abdelrahman Mohamad, vulgò *Ben Thaherus*, ineunte anno Egiræ 539. quum bello inteſtino univerſa Hiſpania quàm maximè arderet, foventibus ubique arma Antiſtibus & Prætoribus, litterarum ſtudio & bellicâ virtute cœpit inclareſcere. *Murciæ* parentibus & genere, & dignitate conſpicuis natus eſt. In omnibus rebus ſingulari fuit prudentiâ & induſtriâ; nam peritus Juriſconſultus fuit & Poëta inſignis; tantumque in Antiquitatum ſtudiis progreſſum fecit, ut nihil facilè reperias neque de veterum, neque de recentiorum Arabum rebus, quod eum latuerit. Ab adoleſcentiâ carmina condidit, quorum aliquot in noſtro Codice videre licet. Tot tantiſque bellis diſtrictus, nonnihil tamen temporis indulſit litteris. Hiſpanam Hiſtoriam ſcripſit, quam ad ſuam uſque perduxit ætatem: ubi de Hiſpaniæ Regum ſerie, de regimine tùm civili, tùm militari, de bellis adversùs Chriſtianos atque Mahometanos geſtis; uti etiam de urbium oppidorumque numero, quorum, illis in Hiſpania imperitantibus, fundamenta jacta ſunt.

Anno

Anno ergo 539. die 15. Schevali *Abu Mohamad Ben Alhageus*, per ea tempora *Lorcæ* Prætor & civis, *Murciæ* Regem conſtituit *Ben Hamdaineum*, quem paucis poſt diebus *Abdalla Ben Fetuh Alzogri* الثغري, id eſt *ex Hiſpaniæ Bæticæ confinibus originem ducens*, depulit, & *Saipheldaulatum Ebn Hud* intruſit. Hic quoque à Murcianis, decimo vix expleto die, Regno depulſus eſt, ſuffecto *Abu Giapharæo Mohamad Ben Abdalla Alkhoſchneo*, profeſſione Juriſconſulto, ſed invito, qui unum duntaxat annum regnaſſe traditur: quo tempore is *Abu Abdelmaleko Ben Abdelaziz* ſupra memorato *Sætabim* Ab Almoraviditis occupatam obſidenti, vires ſuppeditavit; quumque *Granatam* oppugnaret, lethali accepto vulnere, occubuit. Sed de geſtis hactenus memoratis variat Hiſpalenſis Scriptor *Ahmedus Ben Saheb Alsalat*, quem audire te minimè pigeat. En illius verba:

„ Quum *Abdalla Ben Fetuh Alzogri* Dux
„ *Conchæ* كونكة eſſet; ac *Ben Hamdai-*
„ *næum* viribus auctum eſſe intellexiſ-
„ ſet, ſeſe illi ſocium adjunxit, ut ei,
„ ſi contingeret, Regnum Murcianum
„ traderet: quod quidem propoſitum
„ ſæpius tentavit, aſſequi nunquam va-
„ luit. Intereà dum animo pericula illius
„ rei varia volveret, *Abu Giapharæus*,
„ cui Regnum à Murcianis ultrò obla-
„ tum erat, *Murciæ* Rex ſalutatus eſt
„ anno Egiræ 539. die 16. Schevali. Is
„ ad ſolium evectus, maximo compara-
„ to exercitu, Almoraviditas qui *Orihue-*
„ *lam* اوريولة occupaverant, aggreſſus
„ eſt, urbemque datâ fide ſubjecit; et-
„ ſi poſteà in eoſdem per ſummam in-
„ juriam adeo ſævit, ut omnes uno die
„ interfecerit.... Anno tandem ſubſe-
„ quente, die 5. Saphari *Granatam* ver-
„ sùs exercitum ducens, ab Almoravi-
„ ditis, itinere intercepto, peremptus
„ eſt. In ejus locum Murciani *Abi Ab-*
„ *delrahmanum Ben Thaherum* die 27.
„ Rabii prioris ſuffecerunt, bellumque
„ eo duce in Almoraviditas renova-
„ runt. Quod dum paratur, *Ben Ham-*
„ *dainæus* Murcianis bellum indixit: in
„ quo profligatus, in urbem *Orihue-*
„ *lam* ad Principem *Zanunum* ſe rece-
„ pit, quicum inito fœdere, bellum au-
„ dentiùs repetit; ſed iterum ſuperatus,
„ ad dolos ſe convertit. Itaque ut Mur-
„ cianorum animos ad ſe alliceret, pe-
„ cuniâ, quæ omnia una poteſt, eos
„ corrupit & largis promiſſis accendit.
„ Quo factum eſt, ut civium com-
„ plures ſui conſilii habuerit fautores:
„ quorum tandem ope & arte intruſus,
„ proditionis inſcio *Abi Abdelrahmano*
„ Rege, *Murciam*, ſubmiſſis furtim
„ militibus armatis, occupavit; idque
„ eodem anno die 10. Gemadi prio-
„ ris. Is etiam non multo poſt apud
„ *Baſithum* بسيط, vulgò *Albazete*, id eſt
„ *Campum*, bellum gerens, interfectus
„ eſt. Ei *Abu Mohamad Ben Aiad* in
„ regnum ſucceſſit, obtrectante *Abd-*
„ *alla Ben Fetuho*, qui Regis Alphon-
„ ſi copiis adjutus, *Murciam* non pa-
„ rum vexavit. Verùm prælio victus,
„ anno 542. die 7. Ragebi cecidit. Ex
„ eo tempore *Abu Mohamad Ben Aiad*
„ quieſcere tantiſper cœpit, donec in
„ pugnâ adversùs Chriſtianos ſuſceptâ
„ telo confoſſus, anno Egiræ 542. die
„ 22. Rabii prioris interiit, poſtquàm
„ annum unum, menſes novem & vi-
„ ginti dies regnaverat. *Abi Abdelrah-*
„ *manus Ben Thaherus*, ubi mortem
„ illius famâ accepit, in ſpem certam
„ adductus eſt recuperandi Regni; at
„ ſpe cecidit, ſimul ac *Abi Abdalla*
„ *Mohamad Ebn Mardanis*, virum
„ opibus & armis potentiſsimum, in-
„ tellexit Regem fuiſſe renunciatum.
„ Deſperatis itaque rebus, Marochum
„ petiit, ubi diem obiit anno 574 „.

Abdalla Ben Khaiar Algiani Abu Mo-

Mohamad, ex urbe *Jaen* جيان Poëta egregius, Prætor, imperitantibus Almoraviditis, provinciam obtinuit *Feſſam*: ubi tandem factus eſt captivus ab Almohaditis, qui anno Egiræ 540. die 14. menſis Dilcadat Mauritaniam & maximam Hiſpaniæ partem imperio ſuo adjecere. Verùm paucis poſt diebus, perſpectâ illius integritate ac doctrinâ, ab iiſdem non ſolùm è vinculis eximitur, ſed etiam in priſtinam dignitatem reſtituitur. Quamobrem plura in grati animi monumentum edidit carmina, quibus Almohaditarum laudes concelebrat. Eorum nonnulla in Codice noſtro leguntur. Illum autem deceſſiſſe ferunt apud *Dertoſam*, Arabibus *Tortoſam*, in oppido *Camarola* قمرلة vergente anno Egiræ 553.

Akhil Ben Edris Abulcaſſem Alrondi in urbe *Ronda* رندة natus eſt, generis nobilitate, doctrinæ ac liberalitatis laude clarus. Almoraviditarum tempore Scribæ munus apud Principem *Abu Giapharæum Ben Hamdainæum* obtinuit. Captâ ab *Ebn Gania* urbe *Cordubâ*, ad patriam ſuam reverſus eſt, ubi Quæſtor creatus; civium tamen invidiâ, abdicato munere, aliò migrare cogitur. At illi ſceleris haud multo poſt dedere pœnas. Nam *Abalgamræus* tunc urbium, *Xerez* & *Arcos* شريش ☼ اركش, nomine Regis *Ben Hamdainæi* Præfectus conſtitutus, munitam in primis *Rondæ* Arcem cum reliquis præſidiis expugnavit, civiumque bona diripuit. Tandem Regium ſibi nomen arrogans, ampliſsima vectigalia imperavit. Intereà *Akhil* nullum in patria locum ſibi tutum cernens propter *Abalgamræi* potentiam, ad *Malacæ* Regem *Abilhakemum Ben Haſnum* tranſiit; inde *Marochum* petiit, ubi eum *Abu Giapharæus Ben Athia* Prorex adeo ſuâ cepit humanitate, ut ipſum nemo in amicitia antecederet. Ejus etiam operâ Akhilus *Cordubæ* & *Hiſpali* præfuit, ubi anno Egiræ 561. è vita exceſsit. Hujus in noſtro Codice occurrunt Poëmatia in ſupra memorati Proregis laudem, quorum ſinguli versùs in litteram *Mim* deſinunt.

Ahmad Ben Joſeph Abu Giaphar Alkhazamita, vulgò *Ben Hud*, Cæſarauguſtanus, Regia ſtirpe ortus, Poeta non contemnendus, ut ex illius carminibus, quæ Codex hic complectitur, ſatis liquet. De eo Scriptor noſter ſermonem inſtituens, ejus majorum ſeriem & præclarè geſta non indiligenter deſcribit. Cujus verba hîc ſubjicere operæ pretium duximus.

„ Ex hac ſtirpe, quæ ab Hiſtoricis „ *Beni Hud* vocitatur, Reges qui Orientalem *Aragoniæ* partem habuere, prodierunt. Eorum auctor & princeps „ extitit *Abu Aiub Solaiman Ben Mohamad*, *Almoſtain Billa* nuncupatus, qui „ primùm *Ilerdæ* لاردة Principatum obtinuit; mox, interfecto *Mondero Ben Iahia Altagibæo* Cæſarauguſtæ Rege, „ Aragoniæ Regnum nactus eſt anno „ Egiræ jam declinante 430. Verùm „ excitatâ ibidem ſeditione, ut ſaluti „ conſuleret, fugâ arreptâ, ad Arcem „ *Rodæ* Judæorum, Arabicè *Rothat Alihaud* روطة اليهود, confugit; ibique ad „ anni ſubſequentis initium permanſit. „ Quo ſedato tumultu, rebuſque compoſitis, Cæſarauguſtam rediit, ubi „ quum annos octo regnaſſet, diem „ obiit, Regni Succeſſorem relinquens „ *Abu Giapharæm Ahmedum*, filium „ natu maximum, virum longè fortiſſimum armiſque exercitatiſsimum. Is „ ubi ad ſolium eſt evectus, de recuperanda *Burtina* (hodie *Balbaſtro*) „ بربشتر, cogitare cœpit. Quamobrem „ exercitu maximo ſibi comparato, urbem circumſedit, eamque Chriſtianis eripuit. Partâ victoriâ, appellari „ voluit *Almoctaderus*; & anno 474. fato

„ fato functus est. Huic statim in Imperium successit filius *Abu Amerus Joseph*, cognomento *Almutamenus*, qui „ anno 478. decessisse fertur.

„ Suffectus in illius locum filius *Abu Giapharæus Ahmed*, dictus posteà *Almostainus Billa*, qui bellum adversùs Christianos gerens, prope *Tudelam* تطيلة occubuit feriâ 1. die 1. Ragebi, anno 503. Christi 1109.

„ Tùm Regnum delatum est ad ejus filium *Abdelmalekum Abu Meruan*, aliàs *Omaldaldaulat*; iis tamen conditionibus, ut cum Christianis nec fœdus iniret, nec societatem excoleret: quas ille in posterum servare non potuit, quum populi animos in Almoraviditas maximè propendere animadvertisset. Quare in Arcem *Rodæ* ad tempus sese recepit; quumque *Mohamedum Ben Alhagæum* Almoraviditam, *Valentiæ* Prætorem, à Cæsaraugustanis Regem sibi delectum esse intellexisset; legatum ad Christianos misit, illorum opem implorans, simulque suam iis operam & Regnum offerens. Quamobrem Christiani, collectis ingentibus copiis, adjunctoque sibi Rege *Abdelmaleko*, Cæsaraugustam obsedere: quæ tandem post multorum mensium prælia ad deditionem coacta est, idque anno Egiræ 512. Christi 1118. feriâ 4. die 4. mensis Ramdani.

„ Mortuo *Abdelmaleko*, anno videlicet 524. successit filius *Abu Giapharæus Ahmad Saipheldaulat*, cognomine *Almostanserus Billa*, postremus hujusce stirpis Rex: qui, ut sibi media *Toleti* urbs in ditionem traderetur, *Rodam*, ubi Regiam fixit sedem, *Alphonso* Regi *Raimundi* filio cessit; atque hæc acta quidem sunt anno 534. Christi 1139. *Almostanserus* autem, Imperio Almoraviditarum jam declinante, anno Egiræ 539. rerum *Cordubæ* civium conniventiâ potitus est, fuso fugatoque *Ben Hamdainæo*, qui ut in tuto esset, in Arcem, nomine *Fornahuelos*, se recepit. Sed vix dum expletis diebus XII. Cordubenses, mutato consilio, primarium *Almostanseri*, seu *Saipheldaulati* Vizirum interfecere. Itaque *Almostanserus* populi furentis audaciam metuens, urbem *Jaen* petiit, eamque non multò postquàm erat castra metatus, profligato *Ebn Giozeo* tunc temporis Prætore, in suam potestatem redegit. Mox ingenti sibi comparato exercitu, *Granatam* ingressus est, quam intra paucos dies, exortis inter cives dissidiis, jam captam deseruit. Inter hæc *Ebn Aiad* Murciæ Prætor, vir per ea tempora potentissimus & Almoraviditis maximè infensus, *Almostanserum* in *Valentiæ* & *Murciæ* Regnum induxit; Rexque fuit salutatus anno Egiræ 540. feriâ 5. die 18. mensis Ragebi: quicum tandem quàm velocissimè ad *Sætabis* subsidium, quam Alphonsus Rex vi, fame multoque milite obsidebat, contendit. Illis maximo cum exercitu occurrit *Alphonsus* apud locum *Albasith* البسيط, vulgò *Albazete*, ubi signis collatis certatum est, magnaque tàm à Christianis, quàm à Mahometanis edita fortitudinis exempla. Victi tandem Arabes terga dedere; illorum verò Dux *Almostanserus* fugiens, à duobus amicis suis, ne in hostis potestatem veniret, interfectus „. Hoc prælium Mahometanis fatale commissum esse ferunt eodem anno supra memorato, nempe 540. Christi 1145. die 20. mensis Schabani.

Ahmad Ben Com Abulabbas in urbe *Baeza* بياسة illustri genere natus, ejusdem Præturam adeptus est. Is bello civili invalescente, loco cedere coactus,

Marochum ut tutiorem ſedem ſibi delegit. Ibi unis litteris, quas ſuas vocabat delicias, omnino indulgens, *Baezæ* Hiſtoriam verſibus perſecutus eſt.

Mohamad Ben Hamdainæus Althalabæus, vulgò *Alpholpholi*, Cordubenſis, frater patruelis *Abi Giapharæi Hamdainæi*, Cordubæ aliarumque urbium Regis (cujus non ſemel à nobis facta eſt ſupra mentio) magnus profectò vir, ſed varius in omni vitæ genere fuit; nam ut virtutibus eluxit, ita obumbratus eſt vitiis. Idem, quum tempus poſceret, patiens, caſtus, continens & comis; idemque, datâ occaſione, in vitia contraria effuſus: adeo ut omnes in uno homine tantam morum diſſimilitudinem admirarentur. *Murciæ* Præfectus à fratre patrueli conſtitutus eſt; illoque duce, *Ebn Abi Giapharæus*, omnium Arabum & manu fortiſſimus & conſilio præſtantiſſimus cum triginta peditum millibus, quos viritim legerat, apud *Granatam* fuſus atque interfectus eſt. Is denique, ubi fratris patruelis adverſam expertus eſt fortunam, mutatâ ſede, in *Marochum* urbem migravit: ubi carmina ſcripſit, quorum ſpecimen exhibet Codex noſter.

Ahmad Abu Giapharæus Ben Abdelrahmanus, vulgò *Allocſchi* الوقشي, nobili familiâ in oppido *Allocſch* الوقش ortus eſt. Hic & litteris & armis fuit excellentiſſimus. Conſtat enim inter omnes, qui de eo ſcripſerunt, eximium extitiſſe Poëtam & ſummum Imperatorem. *Granatæ*, *Jaeni*, dein *Murciæ* præfuit, ubi turbidis illis temporibus rempublicam conſilio & prudentiâ magis quàm auctoritate adminiſtravit. Dux delectus, tribus præliis interfuit, nempe *Granatenſi*, quod Arabes vocant *Alſabikat* السبيكة, id eſt *effuſum*, quòd nimirum Almohaditis multorum ſanguine ea conſtiterit victoria, ab ipſis de *Mohamedo Ben Sadæo* relata anno Egiræ 557. Chriſti 1161. feriâ 5. die 28. Ragebi; *Cordubenſi*, quum Almohaditæ *Cordubam* occupavere, illudque ad veſperas feriæ primæ die 12. menſis *Schevali* ejuſdem anni; & *Murciano*, quo certatum eſt in agro *Algelab* الجلاب dicto non procul à Murcia, ubi bis ſingulis annis mercatus habebatur celeberrimus: quod quidem accidit anno Egiræ 560. feria 7. die 8. menſis Dilhagiat. Ejus carmina non pauca de vario rerum argumento in noſtro Codice legas, atque in his Poëma ſatis ingenioſum de ſex Leonibus duabuſque Tigribus in theatrum publicum productis, & globo ſingulari opere artificioque perfecto ludentibus. Supremum denique diem obiit *Malacæ* anno 574.

Ahmad Ben Mohamad Almakhzumi Abu Bakerus Hiſpanus, ex peninſula *Xucar* شقر, vir genere, doctrinâ & pietate clariſſimus. Plura & elegantiſſima illius carmina in noſtro Codice leguntur. Hic quum vires Regis *Abi Abdalla Ben Mohamad Ben Sadæi* conſeneſcere videret, ut ſupra innuimus, auctor fuit, ut *Valentia* in Almohaditarum poteſtatem veniret: cujus Præturam ad tempus geſſit, urbemque trium menſium ſpatio à Duce *Abulhagiagæo Ben Sadæo* obſeſſam acerrimè propugnavit anno Egiræ labente 566.

Naphis Ben Mohamad Arrabi, vulgò *Ebn Comuca*, nobilis *Bagdadenſis*, Poëta non ignobilis, bello civili ad Hiſpaniam appulit, ubi humaniſſimè exceptus, Prætor *Inſulæ Viridis* creatur. Poëma, cujus initium Codex noſter habet, edidit *De interitu fortiſſimi Ducis Omari Alraſchidæi*, qui contigit anno Egiræ 584.

Abdelrahmanus Ben Abrahim Abulcaſſemus Alkhazragæus, ortu *Granatenſis*, qui fuit audaciâ in primis armatus, accitis Barbaris, *Marochum* invaſit; quum-

quumque urbem agrosque ferro & igne popularetur, per Barbarorum insidias interfectus est anno Egiræ ferè sexcentesimo. Is Poëta extitit suopte ingenio disertissimus, ut ex versibus aliquot, qui in nostro Codice occurrunt, facilè patet.

Mohamad Ben Saied Rai Abdeluahab Abu Bakerus Valentinus, genere, doctrinâ & fortitudine conspicuus, patrem nactus est *Bæticæ* Ducem potentissimum, cujus virtutem nominisque gloriam cum amplissimis fortunis hæreditario jure accepit. Pater, ut Scriptores tradidere, imperitantibus Almohaditis, cum collega *Ali Abilcassemo*, vulgò *Ben Casi*, copiis navalibus & terrestribus summo cum imperio præfuit. Hispalim quam obsidione cinxit, ad deditionem coegit, victis fugatisque Almoraviditis, qui ad urbem *Carmonem* confugerunt: quod evenit anno Egiræ 541. Christi 1146. feriâ 5. die 12. mensis Schabani. Ejus autem filius multa bella gessit. Almoraviditas eò compulit, ut locorum angustiis clausi, plures fame quàm ferro interirent. Adversùs Christianos, quos infesto animo persequebatur, bis fortunâ duce pugnavit apud *castellum Alphath* قصر الفتح; quod anno 587. mense Gemadi priori illis eripuit, postquam annos 32. in eorum fuerat potestate. Quod prælium carmine persequitur, cujus primi versus in nostro Codice leguntur: adjectis etiam paucis aliis versibus, quos illius uxor peritissima Poëtria gratulabunda cecinit.

EGIRÆ SÆCULUM VII.

Abu Zaid Abdelrahmanus Almegiahed. Hic ejusque pater multis nominibus apud Mahometanos inclaruere. Nam pater Prætor Africæ fuit, & rerum gestarum gloriâ Dux inclytus; filius verò paternæ virtutis haud degener, gloriam suam cum Imperii accessione longè latéque propagavit. Etenim Hispaniam ingressus, provinciam obtinuit *Badajoz*; inde *Marochum* profectus, prælioque victus, occubuit anno 625. complura relinquens carmina, quorum aliquot diligentissimus Scriptor in hocce Codice maximè laudat.

Abu Omar Ali Ben Abi Musa patriâ *Cordubensis*, Regni *Giennienfis* Prorex, tum provinciæ *Begianæ*, (de qua Geographus Nubiensis ad *pag.* 152.) demùm anno Egiræ 638. Agminis equestris Præfectus creatus est. Plura edidit carmina, quorum nonnulla in nostro Codice occurrunt.

Abrahim Ben Edris Ben Abi Isac Ben Giame, ortu *Valentinus*, Poëta disertissimus, *Septæ* præfuit anno Egiræ 621. fratre *Abilhassenо Ali* Bæticæ Proconsule: quicum ad *Tartessum*, vulgò *Tarifa*, prælio superatus occubuit anno 626. die 6. mensis Ramdani.

Abdalla Ben Moheb Ben Vazir Abu Mohamad Hispalensis, vir bonarum Artium studiis clarus, provinciam obtinuit *Alcacerum* قصر الفتح territorio amplissimam. Eam *Alcaserum* Scriptor noster vocat, id est *Clavis Castrum*; Geographus verò Nubiensis *pag.* 153. ut supradictum est, appellat *Alcasserum Ben Abi Danes*, قصر المنسوب لا بن ابي دانس; aitque in eâ contineri *Eboram*, *Badajoz*, *Sarissam*, *Emeritam*, *Cantaratassaif*, & *Coriam*. Itaque *Abdalla* dum magna moliebatur, expugnato à Christianis *Alcacero* die 11. Gemadi prioris anno Egiræ 614. victus captusque fuit post ingentem Arabibus cladem illatam. Eo enim prælio multa Mahometanorum millia cecidere; complures etiam capti, alii admodum pauci turpiter fugati. Ille non multo post arte & fugâ libertati consulens, ad suos rediit: dein *Marochum* petiit, ubi Præturam ad tempus gessit. Cæterùm Princeps infelicissimus *Mohamedo Ben Jo-*

ſepho *Ebn Hud* Regi, cui *Almetuakelus* cognomentum, Hiſpalenſium inſidiis traditur; & ab eodem è prælio Emeritenſi redux cum fratre *Aba Amru Abdelrahmano* interficitur, anno ſcilicet Egiræ 627. Multa edidit carmina, quorum ſpecimen extat in noſtro Codice, in primis verò Poëmation occurrit elegantiſſimum *De Columbæ Gemitu*, quem audivit præteriens *Vadilhamam* وادي الحمام, quod oppidum Latinè ſonat *Columbarum Vallem*, atque, ut apertè teſtatur Auctor, urbes interjacet *Arcos* & *Medina-Celi*.

Abrahim Ben Mohamad Ben Sananid Abu Iſac Alanſaræus ex urbe *Segura* شقورة, vir pernobilis & Poëta inſignis, qui cum Scriptor noſter alternis non ſemel verſibus ſe contendiſſe tradit. Ille urbi *Badajoz* adhuc adoleſcens præfuit; & patre demortuo, Regni *Jaenenſis* Præturam eſt adeptus. Claruit anno Egiræ 616. ejuſque aliquot carmina idem Auctor, ut amicus, collecta ad poſteritatis memoriam in Codicem hunc retulit.

Iaia Ben Ahmad Ben Iſa Abulhaſin Alhkazragita, in civitate vulgò *Denia* دانية, nobiliſſimâ familiâ natus eſt; ibique ad annum uſque vigeſimum cùm virtute, tùm doctrinâ eruditus, magnos in litteris progreſſus fecit. Etſi verò arte Poeticâ ac Rhetoricâ fuit maximè excultus, ut ex illius carminibus in noſtro Codice videndis planè liquet; ſolutæ tamen orationi magis indulſit. *Sætabim* inde profectus, ejus Præturam à Rege *Almetuakelo Mohameto Joſephi* filio *Ben Hud* obtinuit. *Deniæ* etiam præfuit, donec eam Chriſtiani in ſuam poteſtatem redegerunt, anno videlicet Egiræ 641. Chriſti 1243. die 1. menſis Dilhagiat: qui & *Sætabim*, auſpice Comite Barcinonenſi, expugnavere ſub finem menſis Saphari, ineunte Egiræ anno 644. poſt traditam ſibi certis conditionibus *Valentiam*, nempè anno 636. Chriſti 1238. die 17. Saphari feriâ 3. Verùm Arabes Valentini in eadem urbe jam ſubditi ac tributarii anno 645. Chriſtianæ dominationis impatientes, Valentiâ excedere coacti ſunt. Atque hæc, de quibus hactenus Scriptor agit, ætate ſua accidiſſe teſtatur.

Aziz Ben Abdelmalek Ben Khethab Abu Bakerus, ortu *Murcianus*, Poëta, idemque Rhetor inſignis, *Murciæ* præfuit, Rege *Almetuakelo Ben Hud* ſupra memorato, qui collectis copiis in quodam loco *Eſcuria* الصخورية, qui vulgò vocitatur *Eſcurial* الصخور, naturâ validiſſimo ſeſe munivit. Etymon verò hujus vocis videſis in *Tom. I.* noſtræ hujus Bibliothecæ *pag.* 20. *Num.* LXXX. Quum autem omni pacto ac ratione Regnum affectaret, temporum momenta & civium favorem nactus, anno Egiræ 625. die 1. Ramdani in *Murciam* urbem irruit: qua captâ, viribuſque auctus, Hiſpaniam ferè totam Occidentalem, ſi *Valentiam* excipias, ſubegit: Princeps ſanè fortitudine, munificentiâ, amore in litteras maximus, nullique, ſi mitiùs cum ſubditis egiſſet, poſthabendus. Periit tandem in *Almeriæ* arce feriâ 5. die 27. Gemadi prioris, anno Egiræ 635. Chriſti 1237.

Quum hoc loco nominis *Eſcurial* rurſus Etymon attigerim, neutiquam poſſum Diſſertationem ſilentio premere, quam *Rmus. P. Martinus Sarmiento* ex Ordine Benedictino, vir ſummi ingenii, immenſæ lectionis, omnigenæ ac reconditioris doctrinæ, multis nominibus mihi cariſſimus, in primiſque obſervandus, de eodem etymo, atque obiter de *Aranjuez* & *Balſain* vocabulorum origine Hiſpanè conſcripſit. Eam communis Amicus & Collega meus *D. Joannes Yriarte* Latinè à ſe redditam, & quò hîc inſeri commodiùs poſſet, contractam mecum perhumaniter communicavit.

mu-

municavit. Etsi verò doctissimus Pater à nobis apertè, quod *incolumi licuit semper amicitiâ*, dissentit; tamen ejus Dissertationem, utpote quæ rerum Hispanarum eruditione, etymologicis investigationibus, exquisitâ denique omnis antiquitatis notitiâ commendetur; maximéque ad hujus nostræ Bibliothecæ nomen illustrandum attineat, operæ pretium esse existimavi orbi litterato libenter impertire.

RMI. P. MARTINI SARMIENTO

De nominis *Escurial*, atque obiter de *Aranjuez* & *Balsain* vocabulorum origine

DISSERTATIO.

Nisi à Rege Philippo II. *S. Laurentii* Monasterium prope vicum, qui jam olim *Escurial* appellabatur, conditum esset, nemini, credo, nemini venisset in mentem ejus appellationis originem perscrutari. At ubi primùm locus is splendidissimo illo ædificio nobilitari cœpit, simul verborum indagator quisque ejus nominis etymon, & quasi genus certatim exquirere, aperire, comprobare.

Inter alios Sebastianus de Covarrubias in suo *Linguæ Castellanæ Thesauro*, verbo *Escurial* triplicem adducit hujus vocis originem: primam quidem à vocabulo *Escoria*, unde tùm locum illum, tùm cæteros cognomines asserit *Escuriales* appellatos, quippe ferrariis officinis proximos; idemque alibi nomen *Escorial* locum interpretatur, quò ex id genus officinis congeritur *Scoria*. Alteram refert à nonnullis propositam, qui vocabulum existimant corruptum è voce *Escoleal*, quasi *Esculetum*, id est locum *Esculetorum* (lege *Esculorum*). Tertiam denique trahit ex Arabica voce quæ, interprete Tamarid, *domum splendidam* sonat. Sed in primam originem propendet Covarrubias, quæ ut omnium maximè obvia, ita videtur esse apud omnes acceptissima.

Ego verò multis abhinc annis & primum & postremum hujusmodi etymon, tanquam minùs commodum & à re prorsùs alienum, abjiciendum ratus, alterum illud maximè proprium germanumque duxi, quo nomen *Escurial*, sive *Escorial* ab *Esculo* deducitur, arbore apud Hispanos frequentissimâ & multinomine; siquidem *Quexigo*, *Carvallo*, sive *Carvajo*, ac vetusto etiam sermone *Mar-Hojo* nominatur, à *foliorum* videlicet *latitudine*; est enim re verâ Quercus *latifolia*.

Quæ nos ad hanc sententiam amplectendam impulere, multa sunt. Ac primum ipsius loci natura, cùm *Escurialis* solum gignendis *Esculis* sit aptissimum; atque ibi, ut supra laudatus Auctor in eadem voce testatur, *multæ crescant Ilices*; cæterùm verò minimè constet ferrariam officinam prope vicum illum olim extitisse, à cujus *Scoriâ* nomen mutuaretur.

Ab eodem etymo non minùs suapte naturâ abhorrent loci alii cognomines. In Diœcesi Abulensi ad exemplum occurrunt vici duo, alter *Nava Escorial*, alter *Barrio de Nava Escorial*: quorum si expendas vocabula, non bene *Navam*, id est *Planitiem*, cum *Scoriâ* convenire, optimè verò cum *Esculis* facilè dignoscas.

Præterea in Libro *De Venatione*, quem Rex Alphonsus xi. sæculo XIV. conscribi jussit, Regni Castellæ sylvæ, sive saltus vario ferarum genere copiosi quàm accuratissimè recensentur, complura legere est loca nomine *Escorial* insignita; nulla tamen adjunctâ de *Scoriæ* cumulis, vel aggeribus mentione.

Huc ad amplissimam argumenti confirmationem accedit, quod pleraque in

in Hiſpania locorum, vicorum, oppidorum nomina à rebus ad Hiſtoriam naturalem pertinentibus petita ſint, maximè à Plantis, aut potiùs Plantarum locis adnaſcentium copiâ: adeo ut nulla ferè ſit vel Arbor, vel Herba paulò notior, quæ nomen alicui loco feciſſe non glorietur; ac proinde novum quoddam Geographiæ genus, nempe *Botanicæ*, exiſtat. Horum autem quàm frequentiſſimè alia exeunt in AL, ut *Frexenal*; alia in AR, ut *Eſpinar*; alia in EDO, EDA, IDO, ut *Robledo*, *Freſneda*, *Carvallido*; alia demum in OSO, & OSA, qualia ſunt *Sobroſo*, *Hinojoſa*, atque hujuſmodi ſexcenta.

Quis igitur vocabulum *Eſcurial* his annumerandum, quis ad alicujus horum ſimilitudinem derivatum eſſe non videt? Etenim quemadmodum *Frexenal*, oppidi nomen, ortum habet ex neutrali terminatione Adjectivi *Fraxinalis* corruptè deducti à *Fraxineus*, quod proximè deſcendit à Latino *Fraxinus*, Hiſpanè *Freſno*: ita vocabulum *Eſcurial* aptè deduxeris à neutrali quoque terminatione Adjectivi *Eſculialis*, ſeneſcente jam Latinitate, derivati ab *Eſculeus*, quod proximè etiam exiſtit è Latino *Eſculus*, Hiſpanè *Quexigo*, ſive *Carvallo*; id autem hac ratione, hoc ordine. Primùm videlicet L in R mutatâ, de *Eſculeale* fit *Eſcureale*; tùm E in I converſâ, *Eſcuriale*; extremâ deinde litterâ E ſublatâ, *Eſcurial*; U denique mediâ in O commigrante, hodiernum *Eſcorial* omnino conflatum apparet. Quæ quidem ut clariùs pateant, totum vocabuli ſtemma ſuis quaſi gradibus ſecundùm Etymologiæ, ſeu verborum, ut ita dicam, Genealogiæ canonas diſtinctum hoc loco repræſentamus.

ESCULUS,
ESCULEUS,
ESCULEALE,
ESCURIALE,
ESCURIAL,
ESCORIAL.

Sed nequid fortè dubii de hujuſmodi originatione, aut fiduciæ in *Scoriæ* argumento poſitæ reliquum ſit, viſum eſt huc adjungere alia voci *Eſcurial* cognata vocabula, nempe *Eſcuredo*, *Eſcoredo* & *Eſcorido*, quibus aliquot etiam loca celebrantur. Hæc enim non apertè minùs quàm ſincerè ab *Eſculetum* veniunt, quod apud Latinos locum *Eſculis* frequentem, apud Hiſpanos *Quexigal* planè ſonat; ſiquidem exitus in ETUM proprius omnino eſt nominum apud illos loca arboribus conſita ſignificantium: teſtes *Lauretum*, *Pinetum*, *Populetum*, &c.

Allatis hactenus rationibus ſatis, ut videtur, comprobatâ de Latino vocis *Eſcurial* etymo ſententiâ noſtrâ, ad Arabicum ſeſe convertat diſputatio.

Equidem id ſemper exiſtimavi, tenuique ſemper, noſtratium verborum origines, ubi eas Latina Lingua, Hiſpanicæ parens, ultro præbet, nequaquam eſſe ab exteris & peregrinis petendas. Nihil itaque mirum, ſi Arabica ejuſdem vocis originatio minùs arridet, quam ſupra laudatus COVARRUBIAS, TAMARID auctore, memorat; quum & rei & rationi planè ſit abſona. Quid enimverò (ut Arabicum fundamentum ab eo prætermiſſum omittamus) excogitari poteſt ineptius, quid abſurdius quàm à *Splendore Domûs* etymon ducere, non à loci naturâ, ſive ingenio, ubi Domus extructa, unde Domus nomen invenit? Hoccine veriloquium dixeris, annon veriùs ex poſtfacto hariolationem?

Aliud porrò etymon in *Bibliothecæ Arabico-Hiſpanæ Eſcurialenſis* priori volu-

lumine, *pag.* 20. eidem vocabulo attribuit ex voce itidem Arabicâ *Escuria*, quæ *locum Scopulis plenum* designat, carissimum nobis caput *D.* MICHAEL CASIRI, Maronita, vir cùm variarum linguarum, ac in primis Arabicæ, quippe nativæ, peritiâ, tùm multiplici disciplinarum atque eruditionis genere præstantissimus.

Quod sanè, quamquam satis ingeniosum, neque absonum rei; haud perinde tamen (ut ingenuè profitear) bene natum mihi videtur, atque alia longè plurima quibus ille celeberrimum opus illustravit.

Igitur Clarissimo Scriptori cæterisque nomen *Escurial* ex Arabico fonte haurire laborantibus etsi satis habeo adhibitas supra sententiæ nostræ rationes opponere; unum adhuc non minori pondere argumentum aliis superadditum velim hîc expendere ne graventur.

In *Asturum* interiore Provincia, quò neque Arabum dominatus, neque sermo pervasit, extant in tractu *de Castropol* vici duo, item in regione *La Pola de Siero* unus, quibus ab omni vetustate nomen est *Escurial*. Unde quid aliud rectè colligas, nisi hujusmodi appellationem nullatenus Arabicam esse; imò prorsùs origine Latinam, ut à Nobis est modò enucleatum?

His quidem verbis Disputationem absolvere jam paranti ecce aliorum Regiis ædibus insignium locorum succurrunt nomina, *Aranjuez* videlicet ac *Balsain*, quorum alteri Arabicum, alteri Hebræum genus apud memoratum supra COVARRUBIAM adscribitur; tametsi non minùs quàm ipsum *Escurial* Latina sint. Quamobrem hæc obiter in Romanam quoque civitatem libet asserere.

Quod ad prius attinet vocabulum, nemo nescit Romanos olim nomen *Ara*, vel *Aræ* plurimis locis imponere solitos, ob *aras* scilicet alicui deo ibidem consecratas. Hinc *Ara Jovis*, *Ara Herculis*, *Aræ Apollinis*; *Aræ Flaviæ*, *Murtiæ*, *Sextianæ*. Quin etiam ejusmodi nomina, præpositione *Ad* appositâ, usurpare moris fuit, quemadmodum *Ad Septem Aras*, pluraque *Ad Aras* nudè prolata demostrant; ut locos prætermittam *Ad Dianam*, *Ad Herculem*, *Ad Jovem* compendii gratiâ vocitatos.

His itaque positis, quid, quæso, affirmare vetat, in eo loco qui nunc dicitur *Aranjuez*, olim à Romanis *Aram Jovi* ad flumen Tagum fuisse positam, sicut ad Rhodani & Araris confluentem posita est *Ara Lugdunensis*? adeoque ab iisdem locum illum *Ad Aram Jovis* nomine designatum? Quod quidem nomen, ut cuivis Artis Etymologicæ non imperito patebit, per hosce inflexionis gradus *Aran Jovis*, *Aran Jueves*, *Aranjueus* ad hodiernum usque vocabulum *Aranjuez* tandem pervenit.

Illud verò adversùs Arabicam ejus originem non parum profectò valeat, quod vicus quidam, nomine *Aranguiz*, longè sanè ab Arabum in Hispaniis ditione remotissimus inveniatur.

Hactenus de *Aranjuez*; nunc ad *Balsain* vocabulum accedam, quod jam citatus COVARRUBIAS Hebræum esse, *Congregationem aquarum* interpretatus, contendit. Sanè si priscum sincerumque hujus loci nomen paulò attentiùs inspiciatur, statim ejus appareat, & quasi in oculos incurrat Latinitas. Quodnam autem illud fuerit, apertè constat è supra laudati ALPHONSI Regis *De Venatione* Libro III. ubi *Cap.* IX. *De Saltibus ad Segoviæ territorium pertinentibus*, *fol.* 53. hæc legas Hispanica: *Val Sauin es un muy Real monte de Osso, e tambien de Puerco.* Id ergo nominis *Val Sauin*, sive *Valsabin*, ut ibidem *fol.* 54. averso emendatiùs exaratum, nullo negotio quivis intellexerit è duabus ortum esse Latinis vocibus, nimirum

Val-

Vallis & *Sapinus*: ita ut *Vallis Sapinorum* antiquitùs fuisse meritò censeatur. *Sapinus* porrò genus est arboris, *Abies* scilicet mas, vel fœmina, Hispanis, interprete NEBRISSENSI, *Pinsapo*, tanquam *Pinu* & *Sapino* in unam vocem coalitis; apud Gallos vulgò *Sapin* vocitatum. Quæ verò magis loco *Balsain* conveniat quàm asserta modò appellatio? Quippe cujus solum arboribus hujusmodi alendis optimum, earumque sit vel hodie multò feracissimum. Igitur hoc, quod nunc obtinet ille vocabulum, ex Latino illo primigenio *Vallis Sapinorum* sic rectè, ni fallor, defluxerit: *Val de Sapinos*, *Val Sapin*, *Val Sabin*, *Val Savin*, ac postremò *Valsain*, littera V notatum, non B, quâ per injustissimam hujusmodi litterarum commutationem scribi solet.

Atque hæc omnino sunt quæ de Etymo vocis *Escurial*, nobis tantùm proposito, dicenda censuimus, quæque inde in *Aranjuez* & *Balsain* nomina excurrente oratione, visum est disserere. Neque verò hujus nos pœnitet excursionis; cùm eo maximè pertineat, ut primum illud Etymon ampliùs confirmetur, allataque supra fulciatur planè sententia de non trahendis nostratium verborum originibus ab exteris peregrinisque linguis, quoties è Latina suppetunt: quam quidem in hac triplici vocabulorum originatione prosperè cessisse nobis gratulamur.

Hactenus *Rmi. P. Martini Sarmiento* Dissertatio: jam verò quam exorsi sumus narrationem, pertexamus.

Aziz igitur Imperii cupidus, *Murciâ* occupatâ, Rex renuntiatus est die 4. Moharami, anno Egiræ 636. At ille, utpote qui mallet se metui quàm diligi, victus ab *Abu Giomaiello Zaianæo Ben Modaphe Ben Sado Algezami*, interfectus est eodem anno, feriâ 1. die 26. Ramdani. Unde facilè intelligas nullum esse tutum Imperium, nisi benevolentiâ munitum. Ex nobilissima *Azizi* stirpe non pauci prodiere viri clarissimi, quos inter eminet *Ahmedus Ben Khethab*, vulgò *Alkhazenus*, cujus liberalitatem & magnificentiam summis extollunt laudibus BEN HAIANVS & ABV BAKERVS AHMAD, cognomento EBN ALCASCHA, in *Hispaniæ Annalibus*. Utrumque audiamus.

„ BEN HAIANI verba hæc sunt: „ Quum *Almansor Mohamad Ben Abi* „ *Amerus* ad prælium *Barcinonense*, quod „ vigesimum & tertium est, *Cordubâ* „ profectus esset, iter ad Orientale Hi„ spaniæ latus instituit; atque exerci„ tum per loca *Granatæ*, *Bazæ* بسطة, „ *Tadmiri* تدمير ducens, *Murciam* per„ venit: ibi eum Vir splendidissimus, „ nomine *Ahmedus Ben Khethab*, Re„ gio apparatu excepit, suisque sumti„ bus per dies XXIII. unà cum ejus „ exercitu exquisitissimis variisque epu„ lis aluit, ac necessaria quæque suppe„ ditavit. *Almansor* tantam *Ahmedi Ben* „ *Khethab* liberalitatem ac munificen„ tiam admiratus, quum illum qui „ numerosissimum exercitum suis fru„ ctibus & lautè & largè alere posset, „ privatum esse hominem doleret, Re„ gemque fieri ex animo optaret, in „ grati animi significationem hospiti suo „ liberalissimo tributa partim remisit, „ partim levavit.

Scriptor alter, id est ABV BAKERVS BEN ALCASCHA, eandem rem describens, hæc refert: „ *Almansor* ad Barcinonen„ sem expeditionem jam rediens, quam „ anno Egiræ 374. (Christi 984.) feriâ „ 3. die 12. mensis Dilhagiat susceperat, „ rat, copias viâ militari *Granatæ*, *Ba*„ *zæ*, & *Lorcæ Murciam* trajecit; ibi„ que XXIII. dierum intervallo splendi„ dè & lautè unà cum exercitu à viro „ magnifico *Ahmedo Ben Khethab* exci„ pitur. Quo quidem tempore nemo si-

„ ve

„ ve miles, ſive Dux aſſem unum in uſus „ ſuos impendit. Talis autem erat menſæ apparatus, ut nec pretioſas dapes, „ nec conquiſitiſſimos cibos deſiderares; „ ea etiam illius erat varietas, ut ſingulis „ diebus variæ epulæ, quas & gula „ excogitavit, & munificentia oſtentare „ re potuit, apponerentur. Atque eò „ hoſpitis luxuries profuſa devenit, ut „ in balneo, ad quod *Ben Khetabus* „ Almanſorem cum proceribus invitavit, „ vit, exquiſita aqua roſacea ad lotio- „ num uſum effunderetur.

Mohamad Ben Ali Ben Ahla Abu Abdalla, patriâ *Murcianus*, Præfectus *Lorcæ*, litteris in primis clarus, ut ejus carmina in noſtro Codice relata teſtantur. Obiit *Murciæ* anno Egiræ 645. anno videlicet ab illius obſidione quinto.

Mohamad Ben Sobaie Ben Joſeph Algezamæus, ortu *Valentinus*, Poëta non contemnendus *Deniæ* præfuit, Rege *Valentiæ* per id temporis *Giomaiello Zianæo*, ejus fratre patrueli. Vivere deſiit *Tuneti* anno Egiræ 653. die 28. Rabii poſterioris.

Said Ben Hakemus Abu Othman Alcoraſita originem duxit ex oppido *Thabira* طبيرة, vulgò *Tabera*, quod in Algarbiorum Regno viſitur, nobilitate generis, dignitate ac Poëtica laude ſpectatiſſimus, anno Egiræ 627. die 15. menſis Saphari in inſulam *Majoricam* ميورقة trajecit: ubi Dux ejus renunciatus, ad annum 631. regnaſſe fertur. Chriſtianorum tamen ea tempeſtate tributarius fuit. Varia carmina edidit, quorum ſpecimen in noſtro Codice invenias.

Atque hæc ſummatim excerpta & latinè converſa in lucem proferenda curavimus, rati laborem noſtrum, qui certè haud exiguus fuit, uno tantùm ſuperſtite & quidem mendoſo exemplari, ad hæc argumento libri perarduo, hominibus Hiſpanis non minùs acceptum quàm utilem fore: maximè quum Scriptor ſit Hiſpanus, ortu nempe *Hiſpalenſis*, atque optimi ævi, optimæ notæ Hiſtoriographus, qui Regum, virorumque illuſtrium Hiſpanorum vitas deſcribit ac memoranda illorum geſta, tùm etiam ſcripta & apertiùs & accuratiùs refert. Hinc Hiſpanicæ Geographiæ, aliarumque rerum memorabilium copioſiſſimi fontes recluduntur: hinc facilis patet aditus ad Hiſtoriam Hiſpanam illuſtrandam, augendamque. Equidem ego illud unum exploratiſſimum ſemper habui, ſi quis eruditus Excerpta hujuſmodi Hiſtorica, quæ non pauca in Bibliotheca noſtra reperias, in unum congereret, ſuoque ordine diſtribueret; Hiſtoriam rerum Arabico-Hiſpanarum, omnium quæ hactenùs prodiere, abſolutiſſimam ſimulque accuratiſſimam fore.

Ad Scriptorem verò noſtrum ut redeamus, dictio ejus eſt puriſſima & lectiſſima; ſtylus elegans, preſſus, gravis & ſententiis conſperſus. Eo in opere, quod in ſeptem diviſit Centurias, agit cùm de *Hiſpaniæ* & *Mauritaniæ* Regibus, tùm de utriuſque Principibus, Ducibus, Præfectis, Prætoribus, Imperii Moderatoribus, qui ſcriptis inclaruere. Eorum vitas, ætates, patrias, mores, dignitates, fortunas, bella geſta, victorias, & lectiora carmina fuſiùs refert, adjectis paſſim notis criticis, & Scriptorum ſententiis levi fundamento innixis nervoſiùs confutatis. Illorum verò Principum, quorum opera Poëtica deperiiſſe conſtat, vitas in extrema Codicis parte deſcribit, eâdem omnino Centuriarum ſervatâ ſerie. Porrò nos horum atque illorum geſta ingeniique monumenta, utpote ad rem Hiſpanam pertinentia, miſſis *Mauritaniæ* Principibus, recenſere conati ſumus.

MDCL.

Codex litteris Cuphicis exaratus, &

& principio & fine mutilus, quo continetur Hiſtoria Regum Africæ in partes tres diviſa, hoc titulo: *Paſcua læta Camelorum* (1), ubi ſeries geſtaque Regum ex familia *Abdelvad*, qui in Regno *Telmeſſano*, vulgò *Tremiſſeno*, rerum potiti ſunt, recenſentur. De iis Regibus nulla extat apud Scriptores Latinos memoria, ſi Leonem Africanum excipias, penès quem & hæc leviſſima eſt. Præterea Hiſtoria hæc quam Auctor anonymus ad annum Egiræ 776. perducit, de Arabibus Ante-Mahometanis, Mahometanis, aliiſque qui Africam incoluere, diſſerit.

MDCLI.

Codex litteris Cuphicis anno Egiræ 1000. exaratus, principio mutilus. Continet is Anonymi Hiſtoriam Africæ ejuſque Deſcriptionem, necnon expugnationem, hoc nimirum titulo: *Prælia Africana reſque geſtæ Mohameti, Abu Bakeri & Omari* (2). Ibi urbes & oppida quàm plurima reperias, quæ apud Leonem Africanum minimè occurrunt. Accedunt ad calcem Arcana Phyſices plura ſcitu digna, ab ipſo Auctore in uſus ſuos fortaſſe collecta.

MDCLII.

Codex litteris Cuphicis exaratus, cùm anni notâ, tùm præfatione carens, in quo habetur Opus Hiſtoricum, præter Calipharum ſeriem moreſque, Annuli Signatorii originem & uſum complectens, inſcriptum *Commentatio Annularis* (3): auctore *Mansore Ben Mohamad Ben Hazma* (4) *Africano*, qui tertiò Egiræ ſæculo vixiſſe traditur.

Annuli ſignatorii uſum Arabes Mahometani à Mahometo Pſeudo-propheta accepere: qui uſus poſteà ad alias nationes Orientales traductus eſt, quæ in Litteris, Diplomatibus cæteriſque inſtrumentis publicis Sigillum nomen exprimens, non Chirographum adhibere ſolent.

MDCLIII.

Codex nitidè exaratus in urbe *Hiſpali* anno Egiræ 639. quo continetur Hiſtoria verſibus cóndita, *Omari Ben Mohamad* Regis *Badajoz*, ex ſtirpe *Beni Aphthas*, res tragicas perſequens: auctore *Ben Abdun Abi Mohamad Abdelmagid* (5), nobiliſſimo Poëta *Hiſpano* (6); adjectis etiam Commentariis *Abdelmaleki Ebn Abdalla*, vulgò *Ebn Badrun Hadramita Hiſpalenſis*. Idem operis memoratur in Regiæ Bibliothecæ Pariſienſis Catalogo, *Cod. MCDLXXXVI.* ubi Hiſtoriam hanc, vel Poëma de veteribus Perſiæ Regibus & Calipharum rebus geſtis agere falsò ſtatuitur; quum ſolùm ibi ad Poëmatis argumentum exornandum adverſi complurium Regum caſus aptè atque eruditè referantur.

De *Omari* calamitatibus, necnon de genere *Beni Aphthas* clariſſimus Scriptor *Ben Khathibus* in *Bibliotheca Arabico-Hiſpana* agens, hæc ferè narrat. „ *Omarus Ben Mohamad Ben Abdalla Ben Mohamad Ben Moſlama*, „ vulgò *Ben Alaphthas*, *Altagibæus*, patriâ *Pacenſis*, origine *Meknaſita*, Algarbiorum Rex, *Almetuakelus Alalla*

(1) *Titulus* : كتاب نجعة الرواد في ذكر ملوك بني عبد الواد ۞

(2) *Titulus* : فتوحات افريقية وغزواة محمد ابو بكر وعمر ۞

(3) *Titulus* : ۞ شرح الخاتم

(4) *Auctor* : منصور بن محمد بن هزمه ۞

(5) *Auctor* : بن عبدون ابي محمد المجيد ۞

(6) *Initium* : ۞ الدهر يفجع

Finis : ۞ احب العبد اوكره

„ *la* nuncupatus, proavum habuit virum nomine *Abdalla*, cognomento *Ben Alaphthas*, in loco quodam *Phahs Albellota*, فحص البلوط dicto, fortè *Encinaralla* non procul à *Corduba*, natum. Qui & si nullo generis splendore clarus, virtute tamen & prudentiâ ad amplissimos honores aditum sibi aperuit; *Saburus* enim, *Lusitaniæ* tunc temporis Rex, rerum summam ei credidit, suorumque liberorum tutelam. At Abdalla simul ac Rex è vita excessit, liberis ejus expulsis, Regnum Regiumque nomen usurpat. Morti jam proximus in solio collocat filium *Abu Bakerum Mohamad*, dictum *Almodhpherum*, Principem prudentiâ, eruditione, fortitudine præstantissimum, & egregii operis Historici, cui titulus *Memoria*, in Tomos quinquaginta distributi conditorem. Huic tandem in Imperium successit ejus filius *Omarus*, qui tragicæ historiæ amplam sanè præbuit materiam.

„ Is *Josepho Ben Tasphino* urbem *Granatam* obsessuro se comitem adjunxit anno Egiræ 483. cujus inde potentiam pertimescens, furtim ex acie recessit. Timorem cumulavit subditorum Lusitanorum ab eo defectio, qui Almoraviditis *Ulyssiponam* & *Santarem* aliaque oppida, Rege ipso absente vel invito, dediderunt, excepta urbe *Badajoz*, quæ per ea tempora Regum Lusitanorum sedes erat. Huc Omarus, ut in tuto esset, se contulit; periculumque ibi haud dubio propulsasset, nisi à suis proditus fuisset. Quare Almoraviditarum Imperator, urbe captâ, illum unà cum filiis in publica vincula conjecit; mox publicatis bonis, è carcere eductum coram interfectis filiis crudelissimæ necis supplicio mactavit anno Egiræ 487. In tanti Principis casum non defuere insignium Poëtarum carmina; omnium tamen longè celeberrimum est Ben Abduni Poëma „: cujus non paucos versus, perinde atque Omari Regis etiam aliquot, apud *Bibliothecam* Ben *Alkhathibi* proximè laudatam invenias.

MDCLIV.

Codex litteris Cuphicis exaratus *Granatæ* anno Egiræ 683. feriâ 5. die 26. Gemadi prioris, foliis constans 175. In eo Historia Josephi Patriarchæ partim solutâ, partim strictâ oratione occurrit, quæ in XVI. dividitur capita, & *Splendor Ephod* (1) inscribitur: auctore OMARO BEN *ABRAHIM* BEN OMAR *ALAVASSÆO* (2), qui illam secundùm Mahometicas & Rabbinicas Traditiones conscripsit, veris falsa immiscens (3): hanc Historiam *Erpenius* Latinè reddidit.

MDCLV.

Codex elegantibus litteris, & anni notæ & præfationis expers, quo continetur Historia Regum Persarum, inscripta *Schah Nameh* (4), id est *Codex Regius*, quam ex Persico sermone in Arabicum vertit *ABILPHATH ISA* BEN *ALI* BEN *MOHAMAD Hispahanensis* (5), jussu Regis *Aladeli Abu Bakeri* ex Aiubitarum stirpe. Historiam hanc, quæ veterum Persiæ Regum mores & bella complectitur, triginta versuum millibus Persicè perse-

(1) *Titulus* : زهر الكمام

(2) *Auctor* : تاليف عمر بن ابرهيم بن عمر الاوسي

(3) *Initium* : اعلموا ——— *Finis* : الواحد الغفار

(4) *Titulus* : شاه نامه

(5) *Auctor* : ابي الفتح عيسي بن علي بن محمد الاصفهاني

quutus est *MANSOR BEN ALHASENUS ALPHARDAUSÆUS* (1), Poëta nobilissimus; eamque *Abulcassemo Mahmudo Ben Sebekteghino*, primo *Gaznevidarum* Regi, nuncupavit. Quanto verò in pretio id operis apud Persas, Arabasque sit habitum, vel ex eo colligi potest, quòd laudatus Rex *ALPHARDAUSÆUM* triginta aureorum millibus donaverit. In eo elaborando annos se impendisse triginta, summamque ei manum anno Egiræ 384. imposuisse testatur in præfatione Auctor, qui anno ejusdem Æræ 411. in urbe *Thus*, ut memoriæ proditum est, decessit. Illius meminit *HERBELOTIUS* in *Bibliotheca Orientali*; triaque hujus Historiæ extant exemplaria in Regia Bibliotheca Parisiensi.

MDCLVI.

Codex nitidis litteris exaratus anno Egiræ 1012. die 13. Dilcadat, Tomus nimirum sextus Historiæ Regum Persarum Persicè conscriptæ, cui titulus *Hortus Deliciarum* (2), ubi de *Tamerlani* & posterorum rebus gestis ad *Abusaidum* usque *Mohameti* filium & Tamerlani nepotem, regionis trans *Oxum* sitæ Imperatorem: auctore viro celeberrimo *KHOVAND EMIR*, vulgò *MIRCHOND* امير خواندن, patriâ *Ariensi*, cujus Descriptionem Tomus ejusdem operis XII. & ultimus continet. Hujusmodi Historia, quæ omnium accuratissima est, ab orbe condito ad annum Egiræ 875. pertinet. Illius Tomi primus, secundus & sextus recensentur in Regia Bibliotheca Parisiensi Catalogo, *Cod. LVIII.*

MDCLVII.

Codex nitidè pariter exaratus, anni notâ carens, quo continetur *Alexandri Magni* Historia Persicè condita, quæ inscribi solet *Escandar Nameh* (3), sive Poëma de rebus illius gestis, quo multa vel omnino fabulosa, vel fabulis proxima occurrunt: auctore *NEZAMI Persa*. Hujus autem operis tria referuntur exemplaria in Regiæ Bibliothecæ Parisiensis *Codd. CCXXX. CCLXXX. CCLXXXI.*

MDCLVIII.

Codex non inscitè exaratus, absque anni notâ, in quo Anonymi Historia Turcicè conscripta, *Khairedini*, خير الدين, vulgò *Barbarossæ*, Piratæ celeberrimi res gestas complectens, in duos Tomos distributa, quorum primum exhibet noster Codex. (4)

Barbarossa, qui & *Hariadenus* vulgò dicitur, gente *Græcus*, ortu *Mytilenensis*, Pirata nobilis, mox Archithalassus à *Solimano* hujus nominis primo Turcarum Imperatore electus est. Hic anno Egiræ 940. Venetis fusis, multas Christianis arces quas in Peloponneso habebant, eripuit; *Tunetum* deinde occupavit, ingenti Hispanis illatâ clade. Qui tamen, Præfecto classis Andrea Doria, victo Barbarossâ & classe Turcicâ procellis disjectâ, illud recuperarunt. Barbarossa verò nunc victor, nunc victus, *Constantinopoli* tandem decessit anno Egiræ 953.

MDCLIX.

Codex pereleganter exaratus, anni notâ & Auctoris nomine prætermissis, quo continetur Historia *Caliphar*um, aliorumque Regum seriem resque gestas complectens, cui titulus *Dynastiarum*

(1) *Auctor*: نظم منصور بن الحسـ ـــــن الفردوسي ✿

(2) *Titulus*: روضة الصفـــــــــا ✿

(3) *Titulus*: سكندر نامـــــــه ✿

(4) *Initium*: سادير ذواريـــــــخ ✿

Finis: ارسال اولنـــــــدي ✿

rum Annales (1), ab anno Egiræ 541. ad annum 744. deducta. Hujus Historiæ bipartitæ Pars tantùm altera hocce Codice comprehenditur. Eſt autem Epitome ex probatiſſimis Scriptoribus excerpta, quam ſtyli elegantia, dictionis proprietas & ſententiarum delectus in primis commendant.

MDCLX.

Codex haud imperitâ manu exaratus die 12. menſis Dilcadat, anno Egiræ 733. principio mutilus, continens Hiſtoriam *Calipharum*, aliorumque virorum tùm bellicâ virtute, tùm doctrinæ laude præſtantium, initio ducto ab anno Egiræ 235. ad annum uſque 270. Auctoris nomen latet.

MDCLXI.

Codex litteris Cuphicis *Granatæ* exaratus die 27. Gemadi prioris, anno Egiræ 773. Chriſti 1371. qui Anonymi Hiſtoriam in capita LVI. diſtributam complectitur, ubi de Regibus *Beni Merinis*, qui in Hiſpania & Mauritania rerum ſunt potiti, fuſiùs agitur. De iis poſteà, Deo adjuvante, quum de Hiſtoria Hiſpana tractabimus, plura diſſeremus. Id autem Hiſtoricum opus, ut ex notâ ad libri calcem adſcriptâ liquet, abſolutum eſt die 5. menſis Ramdani, anno 715.

MDCLXII.

Codex litteris Cuphicis, abſque anni notâ, quo continetur opus Hiſtorico-Poëticum in partes ſex diſtributum, inſcriptum *Supplementorum Summa* (2), ſeu *Appendix*: ubi inſigniorum Poëtarum vitæ, mores, ſcripta uberiùs cum notis criticis recenſentur: auctore *Abi Ali Ismail Ben Alcassemo Bagdadenſi* (3), qui ſexto Egiræ ſeculo in urbe *Granata* claruiſſe traditur. (4)

MDCLXIII.

Codex litteris Cuphicis exaratus, anni notâ carens idemque mutilus, ubi Hiſtoria adeſpota occurrit, in quâ de Veteris & Novi Teſtamenti Patriarchis & Prophetis, maximè de Chriſto Domino & Apoſtolis, necnon de Mahometo, idque ſecundùm Alcorani Traditiones diſſeritur.

MDCLXIV.

Codex haud ineleganter exaratus die 9. menſis Ragebi, anno Egiræ 884. Chriſti 1479. quo continetur Bibliotheca, ſeu Hiſtoria litteraria Doctorum Mahometanorum clariſſimi nominis, Tomis tribus comprehenſa & litterarum ſerie diſtributa, cui titulus *Claſſes Majores* (5): auctore *Tageddino Abi Nassero Abdelvahab Alnasareo*, vulgò *Alsobki Egypti* Præfecto (6). Hic autem Codex primum operis Tomum tantummodo complectitur; ſecundum verò extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Cod. DCCCLX.*

MDCLXV.

Codex litteris Cuphicis exaratus die 3. menſis Schabani, anno Egiræ 805. principio mutilus, conſtans foliis 656. Is continet Dictionarium Hiſtoricum Scien-

(1) *Titulus* : تاريخ الدول ۞
(2) *Titulus* : ذيل الذيل ۞
(3) *Auctor* : ابي علي اسمعيل بن القاسم البغدادي ۞
(4) *Initium* : لما رايت العلم انفس بضاعة ۞
Finis : وخزي مويد ۞
(5) *Titulus* : الطبقات الكبري ۞
(6) *Auctor* : تاج الدين ابي نصر عبد الوهاب الانصاري السبكي قاضي مصر ۞

Scientiarum, Alphabeti ordine digeſtum, cui titulus *Apum Opes* (1). Ibi de Scientiarum & Artium origine & progreſſu, de earum Inventoribus, Scriptoribuſque diſſeritur; plura etiam Proverbia occurrunt, ad eaſdem videlicet pertinentia: auctore MOHAMAD ABU ABDALLA ALLAKHAMITA *Granatenſi* (2), qui ſe huic operi finem impoſuiſſe teſtatur die 15. menſis Ragebi, anno Egiræ 793.

MDCLXVI.

Codex litteris Cuphicis *Cordubæ* exaratus, anni notâ & præfatione carens, conſtanſque foliis 146. in quo habetur Bibliotheca univerſalis, inſcripta *Doctorum Arabum Claſſes* (3): auctore ABRAHAMO BEN ALI BEN PHARHUN ALIAMARÆO *Hiſpano* (4), qui ſuam ſe Bibliothecam abſolviſſe profitetur *Meccæ* anno Egiræ 761. die 5. menſis Schabani. Ibi Arabes, qui litteris in Mahometano Imperio maximè floruere, cum editorum Librorum Catalogo recenſentur. Prætereà in fine reperias Bibliothecarum Indicem, unde ſuam Auctor collegit: qui ſic ſe habet:

1. Bibliotheca Hiſpana *ABI ABDALLA MOHAMAD BEN ROSCHD Murciani.*
2. Bibliotheca Hiſpana, quam *ABI ABDALLA BEN HAMAD Septanus* edidit, titulo *Summa.*
3. Bibliotheca Hiſpana *KALAPHI BEN PASQUAL*, inſcripta *Munus.*
4. Bibliotheca Hiſpana *ABI ABDALLA MOHAMAD BEN ALABAR Valentini*, inſcripta *Supplementum.*
5. Bibliotheca Hiſpana *BEN ZIRI Cordubenſis*, titulo *Donum.*
6. Bibliotheca Hiſpana *ABI ALABBAS* ex urbe *Niebla.*
7. Bibliotheca Hiſpana *ABI BAKERI BEN ALARABI Hiſpalenſis*, cui titulus *Analecta.*
8. Bibliotheca Hiſpana univerſalis *ABI ABDALLA BEN ALKHATHIBI.*
9. Bibliotheca Hiſpana *ABI ABDALLA*, vulgò *ALMARAKSCHI*, inſcripta *Appendix.*
10. Bibliotheca Juriſconſultorum *Cordubenſium*, quam *AHMEDUS BEN ABDELBERI*, civis *Cordubenſis*, evulgavit anno Egiræ 338. (a)

Co-

(a) كتاب الطبقات لابي عبد الله محمد بن رشد المرسي ۞
كتاب اختصار المدارك لابي عبد الله بن حماد السبتي ۞
كتاب الصلة لخلف بن بشكوال الاندلسي ۞
كتاب التكمله لابي عبد الله محمد بن الابار البلنسي ۞
كتاب الصلة لابن الزبير الاندلسي ۞
كتاب ابي العباس اللبلي ۞
كتاب العواصم لابي بكر بن العربي الاشبيلي ۞
كتاب الاحاطة لابي عبد الله بن الخطيب الاندلسي ۞
كتاب الذيل لابي عبد الله المراكشي الاندلسي ۞
كتاب تاريخ فقها قرطبة لاحمد بن عبد البر القرطبي في سنة ثلثماية وثمان وثلثين ۞

(1) *Titulus*: ملك النحــــــل ۞
(2) *Auctor*: تاليف محمد ابو عبد اللــــه اللخمي الغرناطي ۞
(3) *Titulus*: طبقات علما العــــرب ۞
(4) *Auctor*: تاليف ابراهيم بن علي بــن فرحون اليعمري الاندلسي ۞

MDCLXVII.

Codex litteris Cuphicis exaratus horis pomeridianis feriæ 6. die 20. mensis Ramdani, anno Egiræ 712. Christi 1312. Eo continetur Descriptio Bibliothecarum, quæ numero septuaginta in variis Hispaniæ urbibus ad publicum usum tunc temporis patebant, titulo *Index Litterarius* (1): auctore *Abi Bakero Mohamad Ben Khair Ben Khalipha Hispano* (2). Is eruditam hanc lucubrationem, perlustratis priùs Bibliothecis, aggressus, eam ad annum Egiræ 520. perduxit: cui & Auctorum Catalogum aptè inseruit, quorum vel scripta in iis Bibliothecis patebant, vel quibus ipse privatim usus est. Porrò Scriptores *Cordubenses*, quos ibidem recenset, ad 150. *Almerienses* ad 52. *Murciani* ad 61. *Lusitani* ad 25. *Malacitani* ad 53. enumerantur, præter *Granatenses*, *Hispalenses*, *Valentinos*, aliosque, qui multiplici eruditione & scriptorum famâ varia Hispaniæ loca nobilitarunt.

MDCLXVIII.

Codex litteris Cuphicis malè descriptus die 1. Rabii prioris, anno Egiræ 895. Christi 1489. idque in Regia urbe *Granata*, quem ex foliis hinc inde dispersis, corrosis ac miserè laceris collectum, in unum quàm diligentissimè coegimus & compingendum, ne pretiosissimi voluminis fragmenta omnino perirent, curavimus.

Opus quod is olim, cum integer & incolumis esset, totum complexus fuisse videtur, est nimirum Bibliotheca Arabico-Hispana in XI. tributa Partes, ac titulo *Granatensis Encyclica* (3) insignis, quam *Mohamad Ben Abdalla Ebn Alkhathib Granatensis* anno Egiræ 763. emisit. Nunc verò Partem illius VII. eamque mutilam, ac Partes VIII, IX, X, & XI, tantummodo continet, ducto initio à littera م, nempe à nomine *Mohamad*. Egregium sanè multiplicis ac reconditioris doctrinæ penus, publica luce meritò donandum. Quapropter quæcunque ibi memoratu digniora visa sunt, servato archetypæ narrationis ordine, in compendium contracta, hîc repræsentare conabimur; ab Auctoris tamen vitâ ab ipso conscriptâ, quæ in fine Codicis legitur, exordiendum rati.

MOHAMAD BEN ABDALLA Vita, Operumque Recensio.

„ *Mohamad Ben Abdalla Ben* „ *Said Salemiensis*, cognomento *Lessaneddinus*, *Granatensis*. Familia no„ stra ex Syria originem duxit, priùs *Be*„ *ni Aluazir*, posteà *Beni Alkhathib* di„ cta. Mutatâ sede in Hispaniam traje„ cit, ubi in oppido *Loxa* domicilium „ fixit. Inde *Cordubam*, tùm *Toletum*, „ tandem *Granatam* incoluit. Divitiis „ affluxit benè multis, cultissima ac „ amplissima habuit prædia; viros litte„ ris, bellicâ virtute ac civilium rerum „ administratione peperit spectatissi„ mos. Nam, ut ad propiora accedamus, Avus meus equitum Dux fuit; „ Pater verò præterquàm quod studia „ litterarum exercuit, urbis *Granatæ* „ præfecturam obtinuit: ubi tandem „ vir optimus atque honestissimus non „ sine civium omnium mœrore supre„ mum obiit diem feriâ 2. die 7. Gema-

(1) *Titulus* : فهرست كتب وتواليف ۞
(2) *Auctor* : ابي بكر محمد بن خير بن خليفة الاندلسي ۞

(3) *Titulus* : الاحاطة في تاريخ غرناطة ۞

„ madi posterioris, anno Egiræ 741. Interea ego carissimo parente orbatus, „ Regem nactus sum indulgentissimum, *Abdallam* scilicet, Granatæ „ Regis *Abilhagiagæi* filium, qui non „ solùm bona mea mihi jam publicata „ restituit; sed etiam summis me auxit „ beneficiis atque honoribus. Etenim „ ille mihi præter omnem expectationem à Secretis electo totius Imperii „ summam detulit. Illud etiam mirari „ subit, quod idem & se & domum Regiam ad meum unius arbitrium ac „ nutum fingere voluerit: maximum „ profectò Regis erga me & benevolentiæ & fidei argumentum.

Hîc Præceptores, quibus usus est in litterarum humaniorum disciplina necnon in Philosophiæ, Mathematices, Medicinæ ac Jurisprudentiæ studiis recenset. Cætera persequitur Scriptor *Abu Abdalla Ben Khaldum* in *Vitis Virorum illustrium*: ubi de nostro Ben Alkhathibo hæc refert. „ *Mohamad Ben* „ *Abdalla Ben Alkhathibus* summo „ genere *Granatæ* natus est die 25. „ mensis Ragebi, anno Egiræ 713. vir „ omni scientiarum genere excultissimus, sed in primis Chronographus „ omnium præstantissimus, ut luculenta „ ejus Scripta mox recensenda planè „ demostrant. Apud complures *Granatæ* Reges gratiâ & auctoritate maximâ valuit, summisque perfunctus est „ honoribus; sed sub vitæ finem aliam „ prorsùs fortunam expertus est. Nam, „ Rege *Ebn Alahmaro*, proditionis accusatus, in carcerem conjicitur, ubi „ non multo post interfectus fuit, anno videlicet 776. complura ingenii „ sui monumenta posteris reliquens, „ quorum hæc series:

„ De Regum *Granatæ* Historia Liber, titulo *Plenilunii Specimen*. De Hispaniæ Imperatoribus ac Regibus Liber, *Vestis holoserica acu picta* inscriptus. De Arte Rhetorica, titulo *Manuductio*. De Poësi, cui titulus *Incantamenta*. De Viris Hispanis doctrina „ & pietate claris, opus in VIII. Partes „ distributum, inscriptumque *Herbæ* „ *odoratæ*. De Amoribus Pars duplex. „ Carminum Collectio, *Vena dives* inscripta. De Carminum delectu. De „ *Malacæ* & *Salæ* præstantia. De Peste vitanda. Quæsita Medica. De „ *Theriaca*. Tractatus de Medicina, in „ duos Tomos digestus, cui titulus *Regius*. *Diadema gemmis exornatum*, de „ *Granatæ* & Regum laudibus. Opus „ posthumum Bibliothecæ Hispanæ quadripartitum, cui titulus *Analecta*. De „ Seminibus. De Arte Veterinaria ac de „ Equorum præstantia. De Fœtus generatione. De Sanitate servanda & curanda in quatuor anni tempestatibus. „ Poëma de Medicina. Poëma de Alimentis. Poëma de Regimine Politico. „ De Vizirorum munere. De Regno „ servando. Historia *Granatæ* Voluminibus XV. comprehensa. Tractatus „ de Animi constantia, inscriptus *Butyrum probatum*. De nimia Regum licentia coercenda. De cultu & præstantia Legum. De æquo & recto Judicio. De Regis clementia. De Amicitia, ac de Linguæ moderamine. Appendix ad Bibliothecam Hispanam. „ De Sententiarum delectu, opus scilicet de politioribus Litteris, inscriptum „ *Aurum putum*. De Arte militari, titulo *Tessera*. Opus Historicum tripartitum, de *Ben Nasseri* videlicet Dynastia, titulo *Seculi res nova & elegans*. Bibliotheca Arabico-Hispana in „ Partes XI. distributa, quæ *Encyclica* „ inscribitur, cum Appendice. De Historiæ utilitate & multiplici eruditione. De Musica. Opus de Monarchia, „ cui titulus *Hortus Regum*, in Partes XXX. divisum, arboribusque decem eleganter distinctum, perpetuâ

„ ea-

„ earumdem servatâ allegoriâ, & ad Monarchiæ partes ingeniosè accommodatum: opus quidem singulare, quod à nemine hactenus susceptum legimus. (a)

EXCERPTA
EX BIBLIOTHECÆ
ARABICO-HISPANÆ
PARTE VII.

Mohamad Ben Ahmad Ben Abi Khaithama, vulgò *Aba Alhassan*, *Granatensis*, Grammaticus & Rhetor insignis, necnon Theologus gravis. Edidit Commentarios in *Codicem Traditionum* apprimè doctos atque utiles. Obiit die 28. Gemadi prioris, anno Egiræ 540. Christi 1145.

Mohamad Ben Ahmad Ben Alhadad, cognomento *Aba Abdalla*, ex oppido *Guadix* (vocabulo ex *Guadi* & *Acci* conflato) *Almeriam* incoluit, ubi Regibus *Beni Samadeh* in amore & deliciis fuit. Rhetor, Poëta, idemque Musicus suo ævo celeberrimus, ut ex editis ejus operibus patet. Nam præter multa ac varia Carminum genera, in hominum manus dedit Tractatus duos, alterum de *Arte Poëtica*, alterum de *Musices Disciplina*. Ejus haud pauca in hocce Codice occurrunt carmina multiplicis argumenti, quæ inter Epigramma legitur de cujusdam puellæ Christianæ, nomine *Leonoræ*, quam deperibat, venustate. *Granatæ* obiit anno Egiræ 561.

Mohamad Ben Abraham, vulgò *Abulcassemus*, apud Arabas verò *Ebn Almuaini* nomine clarior, *Cordubensis*, doctrina, auctoritate, opibus, & editis scriptis clarissimus. *Granatæ* Cancellarii munere functus est. „ Ibi edidit *Granatæ* Annales; Opusculum *De Proverbiis* „ quæ

(a) اللمحة البدرية في الدولة النصرية ۞ الحلل المرقومة ۞ الطريقة ۞ والسحر ۞
ريحان الكتاب في اسفار ثمانية ۞ كتاب المحبة في سفرين ۞ كتاب الصيب
مجموع شعري ۞ معيار الاختيار ۞ كتاب مفاضلة مالقة وسلا ۞ رسالة الطاعون ۞
المسايل الطبية ۞ سفر في عمل الترياق ۞ اليوسفي في الطب سفرين ۞ التاج المحلي
في سفر ۞ نفاضة الجراب في اربعة اسفار ۞ البيزرة في سفر ۞ البيطرة سفر جامع
لما يرجع اليها من محاسن الخيل ۞ رسالة تكوين الجنين ۞ الوصول لحفظ الصحة
في الفصول ۞ رجز الطب ۞ رجز الاغذية ۞ رجز في السياسة ۞ كتاب في
الوزارة ۞ رسالة في مقامة السياسة ۞ كتاب الاحاطة في خمسة عشر سفرا ۞
الزبدة الممخوضة ۞ الرد علي الاباحية ۞ سر الزريعة في تفضيل الشريعة ۞ كتاب
تقرير الشبه وتحرير الشبه ۞ في اللطف الموجود في اثر الوجود ۞ ابيات الابيات في
الخوان ولفظ الصوان ۞ ذيل للصلة ۞ تخليص الذهب في اختيار عيون الكتب
بالاديبات ۞ جيش التوشيح ۞ طرفة العصر في دولة بني نصر ثلاثة اسفار ۞ الطبقات
في الاحاطة احدي عشر جزا مع ذيل ۞ كتاب الكتيبة الكامنة في التاريخ ۞
في الموسيقا ۞ بستان الدول يحوي ثلاثين جزا ويشتمل علي شجرات عشر فيها
فنون السياسة يضاف اليها باحسن نوع وهو موضوع غريب ما سمع بمثله ۞

„ quæ in consuetudinem venere; Opus „ de varia eruditione, titulo *Balteum*; „ Tractatus duos de Philologia singularissimos: prior *Prati Odores*, posterior *Flos Juventutis* inscribitur (a). *Marochi* supremum obiit diem anno Egiræ 564.

Mohamad Ben Abraham Ben Ali Ben Bacchus, aliàs *Aba Abdalla* dictus, origine *Murcianus*, ortu *Granatensis*, domicilio *Malacitanus*. Bonarum Artium in Regio *Granatensi* Collegio publicus Professor fuit; stylum comtum, concinnum ac pressum, Hispanis usitatissimum, & coluit & verbis scriptisque maximè provexit: de quo argumento egregium edidit Opus, *Corona* inscriptum. *Malacæ* decessit die 28. Moharami, anno Egiræ 752. ubi honorificè sepultus est, addito Epitaphii ornamento, quod Scriptor noster unà cum variis ejusdem carminibus refert.

Mohamad Ben Abraham Ben Salem Aba Abdalla, vulgò *Albius*, ex *Almeria*, vir pietate & doctrinæ laude inter suos clarus & apud Reges in primis gratiosus. Complura scripsit, è quorum numero sunt: „ Compendium operis, cui titulus *Margaritæ consertæ*, „ de Grammaticæ præceptis; item Opusculum Fabulas complectens, *Hortorum Voluptates* (b) inscriptum. Fato functus est die 28. mensis Ramdani, anno Egiræ 749. Duo illius Poëmata noster hic Codex repræsentat.

Mohamad Ben Edris Ben Ali Aba Abdalla, cognomento *Ebn Faragius Alkohol*, ex Peninsula, vulgò *Xucar*, جزيرة شقر, Poëta omnium suæ ætatis præstantissimus, dictione nitidus, & sententiis mollis idem & acutus. In utroque genere summa cum laude scripsit, ut argumento sunt varia ipsius carmina, quæ passim refert. Scriptor noster *Ebn Alkhathibæus*. Obiit in patria sua feriâ 2. die 2. Rabii prioris, anno Egiræ 634. Christi 1236.

Mohamad Ben Mohamad Ben Ahmad Alansaræus Aba Abdalla, vulgò *Ebn Algenanus*, *Murcianus*. Quum puer esset, vix octavum ætatis annum attingens, ingenio, morum elegantiâ & oris honestate facilè omnes superabat. Jam adultus, eruditione, eloquentiâ & carminum fundendorum facilitate nulli secundus extitit: adeo ut viri Principes ejus familiaritate sæpiùs delectarentur, & eruditionem simul admirarentur. Captâ à Christianis *Murciâ* anno Egiræ 640. Christi 1242. ad urbem *Orihuela* se contulit; inde *Septam* arcessitus, varia tùm strictâ, tùm solutâ oratione conscripsit, quorum specimen elucet in nostro Codice. E vita demum excessit in Africa anno Egiræ 650.

Mohamad Ben Mohamad Ben Ahmad Ben Salvator, vulgò *Aba Abdalla*, *Almeriæ* natus, genere, dignitate ac variâ eruditione spectatissimus. Classi præfuit, & carmina edidit, quorum aliqua in nostro Codice occurrunt. Obiit tandem *Marochi* anno Egiræ 755.

Mohamad Ben Mohamad Ben Giapharæus Aba Abdalla, vulgò *Albelbanus*, ex *Almeria*, ubi Quæstor fuit. Proconsul quoque in urbe *Marchena* مرشانة constitutus est. Doctrinam morum integritati adjecit; Grammaticus enim

(a) توالیفه تاریخ غرناطه ✿ كتاب في الامثال السايرة ✿ كتاب في الادب الوشاح المفصل ✿ ريحان الاداب ✿ ريعان الشباب ✿

(b) مختصر الدرر المنظومة في النحو وكتاب فيه حكايات تسمي دوحة الجنان ✿

enim fuit peritus, & Poëta disertus atque acutus. „ Edidit Poëma elegantissimum „ de *Theologia*; aliud *de Rhetorica* scitè „ aptéque elaboratum; similiter Tra- „ ctatum de Peste, cui titulus *Recta Intentio* (a). Obiit die 28. Dilcadat, anno Egiræ 764.

Mohamad Ben Mohamad Ben Harballa Aba Abdalla ex *Guadix*, vir ingenio miti, prudentiâ, rerum Civilium administrandi peritiâ & Poëtica facultate prætereà ornatus. Varia edidit carmina, quorum aliqua refert Scriptor noster, utpote ejus sodalis amicusque dulcissimus.

Mohamad Ben Mohamad Ben Abrahim Ben Isa Aba Abdalla Malacitanus, Rhetor & Poëta non ignobilis, ut ejus variæ lucubrationes sive strictâ, sive solutâ oratione testantur. *Malacæ* Quæsturam ad triennium obtinuit. *Segelmessæ* fato concessit die 12. mensis Saphari, anno Egiræ 716.

Mohamad Ben Massud Ben Khalasat Aba Abdalla Ben Abilkhassal ex *Xucar*, *Cordubam* & *Granatam* coluit: vir omni scientiarum genere excultissimus; nam Poëta fuit & Rhetor egregius, Philosophus, Theologus, Jurisconsultus atque Historicus præstantissimus. Id luculenta ejus scripta demonstrant, quæ quia omnium manibus teruntur, Auctor noster minimè recensenda duxit; tametsi nonnulla ejusdem tùm Rhetorica, tùm Poëtica fragmenta referat. Hic natus anno Egiræ 465. interfectus est anno 540. feriâ 7. die 12. mensis Dilhagiat, Christi 1145. ab Almoraviditis *Cordubæ in via Pharaonica, non procul ab Area Abana juxta portam Abdelgebar* بدرب الفرعوني بقرب رحبة ابان قرب باب عبد الجبار ۞

Mohamad Ben Mophadelus Ben

Mohibæus Aba Bakerus ex urbe *Silves*, genere & eruditione spectatissimus. Prætor provinciam obtinuit *Almeriam*, ubi anteà studiorum curriculum absolverat. Multa edidit carmina. *Septæ* tandem in prælio cecidit anno Egiræ 645. die 1. Gemadi posterioris.

Mohamad Ben Obaidalla Ben Khothab Algaphekæus Murcianus, Rhetor disertus, Poëta nobilis, necnon Theologus & Jurisconsultus insignis, *Granatæ* Cancellarius fuit. Obiit in urbe *Tremisseno* die 10. Moharami, anno Egiræ 686. Christi 1287. Hujus in nostro Codice occurrunt varia carmina, Poëma nempe *De Dei Providentia*; alterum *De Juventute*; alterum *De Pœnitentia*; ut & Epistola ad Amicum *Ben Khamaies*, quem de suo adventu in urbem *Hispalim* certiorem facit, ejus magnificentiam & opulentiam uberiùs celebrans; quamvis de nimio æstu & pulvere acerbè queratur.

Mohamad Ben Abdalla Ben Levi Abi Abdalla, vulgò *Ebn Alsaiegh*, *Almeriæ* nobili genere natus est. Studiorum causâ *Granatam* missus, ita in omni liberali doctrina processit, ut cum paucis sit comparandus. *Almeriæ* Quæstor electus, aliquid otii litteris semper concessit. Deinde, ubi tempus nactus est, *Cairum* properavit, ut ibi *Ben Haianum* virum per ea tempora clarissimum audiret. Fuit in dicendo eloquentissimus, in scribendo verò & eruditus & accuratus. Poëmata bene multa edidit, quorum illud elegantissimum est, quod de *Bello Granatensi* condidit, cujus initium hoc in Codice legitur. *Granatæ* decessit anno Egiræ 705.

Mohamad Ben Abdalla Ben Phathis Aba Abdalla Malacitanus, præterquàm Medicinæ peritiâ, politiori-

(a) ذوالبيفة رجز في علم الكلام فصيح ۞ واخر في الادب اجاد فية ۞ كتاب في الوبا سماه باصلاح النية ۞

bus litteris inclaruit, omnibus carus & jucundus. Morte tandem immaturâ extinctus est anno Egiræ 711.

Mohamad Ben Abdelrahman Ben Abrahim Lakhamita Dulvazratin Aba Abdalla, origine *Hispalensis*, in urbe *Ronda* claro genere natus est anno Egiræ 660. feriâ 2. die 21. Rabii prioris (juxta Tabulas Gravianas feriâ 1. quod discrimen diligenter in nostro Auctore notandum est). Is summam doctrinam summæ virtuti adjecit. Nam puer ingenio docili sic erat præditus, ut non solùm quæ à præceptore tradebantur, celeriter arriperet; sed etiam quàm firmissimâ memoriâ teneret. Quo factum est, ut cum ætate litteræ quoque in illo crescerent: ad quarum studium condiscipulos exemplo suo sæpiùs inflammabat. Itaque ætate & scientiarum peritiâ adultus, litteras ubique promovit, eruditisque viris sua auctoritate ac liberalitate favit. Historiam Hispanam, quam penitùs habuit cognitam, Voluminibus IV. explicuit: ubi omnia de Regum præclarè gestis, de Principum vitiis ac studiis, de Hispani Imperii mutationibus, de clarissimarum Familiarum origine, ac de Viris denique tùm doctrinâ, tùm bellicâ virtute conspicuis perscripta sunt: adeo ut quisquis eam legerit, non multùm alias illorum temporum historias desideret. Poëtica etiam facultate, ne ejus expers esset suavitatis, maximè excelluit. Etsi nobilissimâ ortus familiâ, comitatem severitati, gravitatem facilitati semper conjunxit: ut difficilè statuas eumne amici magis vererentur, an amarent? Ad hæc etiam accessit rei militaris, quam egregiè callebat, scientia. Nam Imperator electus à Rege Granatæ *Abu Abdalla* ex stirpe *Beni Nasseri*, urbem vulgò *Quesada* قيجاطة obsedit, ad quam expugnandam strategemate usus est. Exercitum per noctem è loco movit, simulatâ fugâ: quod ubi excubiæ animadvertere, id obsessis nunciarunt. Hi Arabas à Christianorum copiis auxiliaribus fusos fugatosque rati, urbe destitutâ, incauti ad prædam accurrunt. Quo factum, ut primum agmen urbem occupaverit; postremum verò Christianos à tergo sit adortum. De hac victoria laudatus Imperator perelegantem *Granatæ* Regi scripsit epistolam, quam unà cum variis carminibus exhibet noster Codex. Ex insidiis tandem anno Egiræ 708. interfectus est. Cujus in laudem pulchrum edidit Epicedium *Abu Bakerus Ben Sirin*, huic ipsi Codici insertum.

Mohamad Ben Abdelrahim, vulgò *Bamati*, ex urbe *Guadix*, Poëta acutus & elegans, ut ejus carmina variis de rebus conscripta, atque in nostro Codice relata testantur. Hic anno Egiræ 817. adhuc in vivis erat.

Mohamad Ben Abdelmalek Ben Thophilus, cognomento *Abu Bakerus*, similiter ex urbe *Guadix*. Nullum doctrinæ genus est, in quo non fuerit is exquisitè versatus; Grammaticus enim erat insignis, Rhetor disertus, idemque lepidus & acutus Poëta. Philosophiæ, Medicinæ & Jurisprudentiæ studiis Matheseos & Historiæ peritiam pari felicitate junxit. *Granatæ* publicè Medicinam professus est, de qua duo volumina edidit. Duo item illius Poëmata leguntur in nostro Codice, alterum *De Simplicibus Medicamentis*; alterum *De expugnatâ urbe*, vulgò *Cabezon* قفصة. Decessit Marochi anno Egiræ 581. ubi honorificè, Rege funus comitante, sepultus est.

Mohamad Ben Abdelaziz Ben Aiasch Altagibi Aba Abdalla in oppido *Purchena* برشانة, anno Egiræ 550. nobili stirpe natus est. *Granatæ* bonis Artibus cæterisque liberalibus disciplinis eruditus, magnam sui nominis famam

apud

apud viros doctos adeptus eſt: qui omnes illius in dicendo copiam, facilemque carminum condendorum rationem cum nitida dictione & ingenii acumine mirabantur: hinc apud Reges *Almohaditas* ſummos promeruit honores. Nam *Almanſore* Rege, ad ſupremam Viziri dignitatem evectus eſt: quo quidem tempore non ſuis, ſed & aliorum commodis inſerviit. Nemo enim ad eum acceſſit, qui ampla ejus beneficia non fuerit expertus. Aliorum injuriarum immemor, beneficiorum verò inſigniter memor fuit. Præceptores habuiſſe fertur, in litteris humanioribus *Abi Abdalla Ben Hamidæum*; in Dialectica *Abulcassemum*; in Jure Civili *Ebn Homaischæum*. Edidit Tractatum *De Logica*; *Epiſtolas familiares*, & Librum *Poëmata* complectentem: quæ opera eo ſunt in pretio, ut in omnium manibus verſentur. Aliquot ejuſdem carmina noſtro in Codice occurrunt, ut & Epiſtola *Mahadia* المهدية urbis Deſcriptionem complectens, quam ipſe *Almoraviditis* eripuit. Hic etiam *Marochi* deceſſiſſe traditur anno Egiræ 618. die 15. Ragebi, Chriſti 1221.

Mohamad Ben Ali Ben Mohamad Alhamdani Abulkassemus, vulgò *Ebn Alborak*, ex urbe *Guadix*: ubi die 25. Ramdani, anno Egiræ 596. obiiſſe memoratur: vir pietate, ſcriptiſque editis clariſſimus, ut ex eorum Catalogo mox referendo patebit, quæ quidem ſunt:

„ Opus de Poëtica, *Cogitationum* „ *Pulchritudo & rerum memorabilium* „ *Spectaculum* inſcriptum; Opuſculum „ *De Amicitia & Societate*; Tractatus „ *Mythicus*; Opus de nitido Sermo„ne, titulo *Hortus Arboribus conſitus*; „ Lectiora tùm ſtrictâ, tùm ſolutâ ora„tione Scripta; Poëma *De Menſis Ramdani præſtantia*; aliud *De Mahometi laudibus*; Hiſtoria *Regum Moaviditarum*, ſeu *Ommiaditarum* res geſtas complectens; Annales Hiſpaniæ, „ *Unionum ſeries* inſcripti. (a)

Mohamad Ben Ali Ben Khatemat Alansaræus Aba Abdalla ex urbe *Almeria*, Poëta nobilis, cujus aliquot lectiora carmina in hoc noſtro Codice invenias. Hic *Granatæ* die 3. Rabii prioris, anno Egiræ 750. Chriſti 1349. peſte, quæ tunc temporis in Hiſpania maximè graſſabatur, extinctus eſt.

Mohamad Ben Isa Aba Bakerus, vulgò *Ben Cuzman* بن قزمان, ortu *Cordubenſis*, quem & generis ſplendor & eximia Poëtices peritia ſatis ſuperque commendant. Præluxit tamen in eo ad amatoria carmina ludenda ingenium ſingulare: quod genus ita feſtivè, eleganter, argutè tractavit, ut nihil ſupra. Plurimos ejus verſus, perinde ac Rhetoricas orationes duas in Regia *Granatenſi* Academia habitas, hoc in Codice legas. *Cordubæ* interiit die 28. Ramdani, anno Egiræ 555.

Mohamad Ben Galeb Arasiphi Aba Abdalla, ortu *Valentinus*, domicilio & ſtudiis *Granatenſis*, Poëtarum facilè princeps habitus eſt. Tria illius Poëmata, & Epigrammata duo in noſtro Codice occurrunt, in quibus & verborum elegantia & ſententiarum fulgor inter ſe mirificè decertant. Deceſſit

Ma-

(a) بهجة الافكار وفرجة التذكار في مختار الاشعار ۞ مقالة في الاخوان ۞ مجموع في الالغاز ۞ روضة الحدايق في تاليف الكلام الرايق ۞ منتخب نظم ونثر ۞ في فضل رمضان ۞ في ذكر محمد ۞ مصنف في اخبار معاوية ۞ تاريخ الاندلس الدر المنظم ۞

Malacæ die 19. Ramdani, anno Egiræ 572. ubi ejus Sepulcrum visendi studiosorum frequentiâ celebratur.

Mohamad Ben Cassem Alcarschita Malacitanus, civitatis *Granatæ* incola, Rhetor & Poëta eloquentissimus, *Fessam* se contulit, ubi Artem Medicam exercuit, deinde Nosocomii Præfectus electus est. Calligraphiâ & latrunculis ludendi peritiâ celeberrimus; homo tamen summè iracundus: adeo ut omnes ab ejus commercio & familiaritate abhorrerent. Plura illius acutè dicta, quemadmodum Epigramma in Scriptoris nostri laudem recensentur. Natus *Malacæ* anno Egiræ 703. *Fessæ* obiit anno 757.

Mohamad Ben Solaiman Ben Alcasira Abu Bakerus Cordubensis, unus ex præcipuis *Josephi Ben Tasphin* Consiliariis, apud quem ob eloquentiæ suavitatem gratiâ & auctoritate multùm valuit, *Granatam* non semel adiit. *Cordubæ* obiit die 24. Gemadi posterioris, anno Egiræ 480. Christi 1087. Extat in nostro Codice cùm illius Poëma in laudem *Ben Abadi* Cordubæ Regis, tùm Epistola ad *Josephum Ben Tasphinum* Regem pereleganter conscripta.

Mohamad Ben Joseph Ben Abdalla Altamimæus Almozenus, vulgò *Aba Althaherus*, *Cæsaraugustanus*, vir singularis eloquentiæ, Patri jure comparandus. Hic ad *Alhariræi* imitationem Academias linguæ Arabicæ, Rhetorices, & Poëtices *Cordubæ* instituit; sermonesque Academicos evulgavit, quos *Consessus Cordubenses* مقامات القرطبية inscripsit: ubi Ars bene dicendi, scribendique traditur. Non pauca illius carmina in nostro Codice invenias. Decessit *Cordubæ* ad vesperas feriæ 3. die 21. Gemadi prioris, anno Egiræ 538. Christi 1143.

DE SCRIPTORIBUS vel origine, vel domicilio Hispanis.

Mohamad Ben Hassenus Almorani, patriâ *Fessanus*, domicilio *Cordubensis*, tùm genere, tùm doctrinæ laude clarissimus, edidit opus de Arte Poëtica præstantissimum, perinde ac varia Poëmata, quorum duo exhibet noster Codex. *Granatæ* vitâ functus est anno Egiræ 748.

Mohamad Ben Mohamad Almoradæus, vulgò *Ebn Alaschab*, origine *Cordubensis*, ortu *Tunetanus*, cùm paterni generis splendore, tùm ingenio & doctrina conspicuus. Hunc pater, qui *Tuneti* per ea tempora dignitate, auctoritate & opibus maximè florebat, omnibus disciplinis, quibus puerilis ætas impertiri debet, erudivit, optimum sic filium dignumque sui hæredem habiturus. Nec eum spes fefellit; nam tantos ille progressus in studiis fecit, ut paucos ei pares *Tunetum* civitas tulerit. *Granatæ* tandem obiit anno Egiræ 735. ubi variæ eruditioni honorum accessionem adjunxit. Aliquot illius carmina, quæ in nostro Codice leguntur, elucent præclarissimi ingenii quasi specimina.

Mohamad Ben Mohamad Ben Almalekus Aba Abdalla Alansaræus, patriâ *Marochanus*, domo & studio *Granatensis*, quem sanè & sua laus & parentum gloria maximè commendant. Illius enim pater *Marochi* Præturam obtinuit, quam anteà ejusdem avus, vir nobilis & eruditus, consequutus erat. *Malacæ*, vel apud *Malacam* interfectus est die 6. mensis Dilcadat, anno Egiræ 743. Hujus elegantissimum Epigramma cum aliis delectis carminibus in hoc ipso Codice legere est.

Mohamad Ben Omar Ben Mohamad Ben Khomais Tremissenensis, Chrono-

nographus, ſed in primis Rhetor & Poëta laudatiſſimus. *Granatam* venit anno Egiræ 703. ubi ſeditione in Vizirum, nomine *Abdalla Ben Alhakemum*, excitatâ, lanceâ confoſſus interiit anno Egiræ 708. cujus corpus ad ignominiam inhumatum jacuit extra Portam *Alphojarin* باب الفخارين, quæ vox *Figulos* exprimit. Illius in noſtro Codice occurrunt Orationes Rhetoricæ duæ, varia etiam Poëmata, quorum primum in ſyllabam MA deſinens, agit de *Verno Tempore*; ſecundum in ſyllabam LAK, de *Matrimonio*; tertium in ſyllabam AIN, de *Scientiarum præſtantiâ*; quartum in litteram ALEPH, de Viziri *Aba Abdalla* ſupra memorati laudibus, quod apud Arabas maximo eſt in pretio; quintum in litteram GIN, ejuſdem argumenti: miſſis brevitatis gratiâ aliis ibidem relatis.

Mohamad Ben Omar Almolaikaschita Abu Abdalla Tunetanus, vir pernobilis, ac valde comis urbanuſque, Rhetoricâ & Poëtica facultate apprimè eruditus, *Granatam* anno Egiræ 718. ſe contulit: ubi *Africæ* Hiſtoriam conſcripſit V. voluminibus comprehenſam, præter alia multa & varia tùm ſolutâ, tùm ſtrictâ oratione elucubrata, quorum ſpecimen Codex hic noſter exhibet. Deceſſit *Tuneti* anno Egiræ 740.

Mohamad Ben Ali Ben Rageh Aba, Abdalla Tunetanus anno Egiræ 750. *Granatam* petiit, ubi ob ſingularem Arabicæ linguæ peritiam & Poëſeos ſuavitatem maximo à viris eruditis plauſu, ſummo honore ab ipſo Rege exceptus eſt. In Academicorum album relatus, elegantiſſimum Poëma pro gratiarum actione coram legit: cujus aliquot verſus in noſtro Codice referuntur, uti etiam Poëma, quo Scriptoris noſtri in urbem *Malacam* adventus celebratur; ſimiliter & illud, quod, dum *Valentiæ* ageret, in ejus Regis laudem edidit. Septuagenario major *Granatæ* obiit anno Egiræ 765. die 3. menſis Schabani, ſepultuſque extra Portam, quam vocant *Bab Albira* باب البيرة, inde fortè dictam, quòd ad urbem *Illiberim* duceret, quæ milliaribus IV. *Granatâ* diſtat.

Mohamad Ben Ali Ben Omarus Alabdarita etiam *Tunetanus*, ſed origine *Sætabenſis*, Rhetor & Poëta inſignis, patrem habuit cùm genere, tùm dignitate ſpectatiſſimum, quippe qui Viziri munere apud *Tuneti* Regem per annos plures functus eſt. Quo mortuo, declinantem jam fortunam animadvertens, ſibique metuens, *Cairum* ſeceſſit anno Egiræ 747. Scriptor noſter, qui cum eo frequentius habuit litterarum commercium, varia ejus Carmina ac Epiſtolas in hocce Codice refert; eumque anno Egiræ 764. adhuc in vivis fuiſſe teſtatur.

Mohamad Ben Iehia Ben Abdalla Alarphi Abu Cassemus Septanus, urbis *Granatæ* incola, olim *Septæ* Prætor, bonis artibus ac ſtudiis expolitus, nec Medicinæ ignarus, ut ex editis illius Scriptis planè liquet, duoque pariter Poëmata teſtantur, in hoc Codice videnda. Hic Auctoris noſtri tempore floruit, anno Egiræ videlicet 765.

Mohamad Aba Abdalla, vulgò *Aamakud Feſſanus*, domicilio *Granatenſis*, magni nominis Poëta, cujus carmina non pauca in noſtro Codice occurrunt. Is etiam Auctoris noſtri ætate, quicum arcta ſimulque jucunda erat amicitia conjunctus, vixit.

Mohamad Ben Ahmad Ben Harb Alkalebita, patriâ & ſcholâ *Granatenſis*, origine verò *Alboragelenſis*, vulgò *Alpuxarrenſis*, id eſt *Arcium incola*. Hic præter linguæ Arabicæ peritiam litterarumque politiorum ſtudia, plurium diſciplinarum cognitionem eſt adeptus; Theologus enim erat apud ſuos exi-

eximius, utriusque Juris Doctor, Historicus accuratissimus, idemque Alcorani & Traditionum Interpres insignis. Multa ac varia edidit opera, quorum catalogus in nostro Codice talis attexitur.

„ Opus de Jure Canonico, inscri-
„ ptum *Lumina Legis*; Commentarius in
„ opera canonica Doctoris, vulgò *Mos-*
„ *leme*, titulo *Castigatio*; Liber Con-
„ troversiarum forensium duplex; Juris
„ Canones secundùm Scholarum qua-
„ tuor placita, videlicet *Malakiticæ*,
„ *Schapheiticæ*, *Hanaphiticæ* & *Hanba-*
„ *liticæ*, tomis III. comprehensi; Tra-
„ ctatus Theologicus, cui titulus *Facilis*
„ *Methodus*; alter Dogmaticus, inscri-
„ ptus *Lumina clara & perspicua*; De
„ utili & inutili *Alcorani* Lectione; De
„ *Musica Sacra*; *Bibliotheca Orientalis*;
„ Excerpta *Historiæ* lectiora. (a)

Granatæ obiit die 7. Gemadi prioris anno Egiræ 741. Christi 1340. Hujus aliqua etiam carmina in nostro Codice occurrunt multiplicis argumenti, perinde ac præclara ejusdem elogia.

Mohamad Ben Ahmad Ben Pharagius Ben Schocral Aba Abdalla, patriâ *Tarsensis*, domicilio *Granatensis*, studio *Almeriensis*, Philosophus, Medicus, Jurisconsultus insignis, Bibliothecæ Regiæ *Granatensis* Præfectus. Hic anteà in eadem Granatæ urbe Bibliopolæ artem exercuit; inde Phrygionem, tandem Pharmacopolam egisse traditur. Accidit autem, ut illi Diplomatis cujusdem Regii furtum imputaretur: quare in montes *Hipponis*, vulgò *Bona*, relegatur. (*Bona* spectat ad *Belad Alunnab* بلاد العناب, id est ad *Zizyphorum Regionem*, quibus maximè abundat.) Ibi senio & mœrore consumtus, anno Egiræ 732. interiit.

Mohamad Ben Geber Dilnun, vulgò *Ebn Alromalia*, domicilio *Granatensis*, Jurisconsultus disertissimus, rerum memoriâ sermonisque facilitate clarus. Is in itinere peregrinationis Meccanæ anno Egiræ 605. extinctus est.

Mohamad Ben Mohamad Ben Bisch Alabderita, domicilio pariter *Granatensis*, Grammaticus insignis, varia edidit carmina in nostro Codice videnda. Natus anno Egiræ 680. obiit *Granatæ* anno 753.

Mohamad Ben Mohamad Alnemri Aba Abdalla, *Granatæ* incola; vir etsi cæcus, inter Oratores tamen ac Poëtas summos jure numerandus: cujus rei argumentum est Poëma elegantissimum de Uxoris suæ obitu. *Granatæ* decessit die 19. mensis Schabani, anno Egiræ 730.

Mohamad Ben Ali Ahmad Alkhulani Aba Abdalla, domicilio *Granatensis*, in disciplina Juris, id est Legibus Hispaniæ noscendis interpretandisque, scientiâ, usu, auctoritate claruit. Scripsit librum de Verborum ad Jus Civile pertinentium significatione. Præterea magni nominis Grammaticus extitit: eamque Artem in Regio Granatensi Gymnasio publicè docuit. *Granatæ*

(a) كتاب الانوار السنية في الكلمات السنية ۞ كتاب في تهذيب صحيح مسلم ۞ كتاب الدعوات مجلدين ۞ كتاب القوانين الفقهية في مذهب الملكية الشافعية الحنفية والحنبلية في ثلاثة مجلدات ۞ كتاب تقريب الوصول الي علم الاصول ۞ كتاب النور المبين في قواعد عقايد الدين ۞ كتاب في القراة نافع وغير نافع ۞ المختصر في لحن العامة ۞ فهرسته كبيرة اشتملت علي جملة من اهل المشرق ۞ الاذكار المخرجة من صحيح الاخبار ۞

tæ obiit anno Egiræ 754. feriâ 2. die 12. mensis Ragebi, Christi 1353.

Mohamad Ben Sad Ben Lebi Aba Abdalla, origine *Cordubensis*, Jurisconsultus simulque Poëta insignis, qui sibi & litteris tantum vixit; nec pauca edidit opera. *Marochi* natus esse traditur die 12. Saphari, anno Egiræ 722.

Mohamad Ben Said Ben Ali Alansari Aba Abdalla, aliàs *Altharraz*, *Granatæ* incola. Interpres Alcorani celeberrimus, emisit egregium Commentarium in Opus *Traditionum*, ab *Abilphadhl Aiad* olim editum, in quo præter immensam Auctoris eruditionem, summum reperias stili nitorem atque elegantiam. Decessit *Granatæ* die 3. mensis Schevali, anno Egiræ 645. Christi 1247.

EXCERPTA
EX
PARTE VIII.

Mohamad Ben Ahmad Ben Ali Algassani Aba Alcassemus, vulgò *Ebn Haphid Alamin*, *Malacitanus*, Jurisconsultus insignis, in Collegio Malacitano Grammaticam primùm, deinde Jurisprudentiam prælegit; Tractatusque eruditos, alterum de *Religionis Mahometanæ Legibus*, alterum de *Juris Institutionibus* elucubravit; de *Ficu* verò anteferenda *Palmulæ* Commentarium. Obiit *Tariphæ* anno Egiræ 732. in maximo Monasterio. الكانية العظمى بطريق; ibi enim erat celeberrimum Monachorum *Suphitarum* Cœnobium, amplissimis reditibus instructum.

Mohamad Ben Joseph Ben Ali Ben Haian Athireldinus, vulgò *Aba Haian*, Grammaticorum sui ævi facilè princeps, necnon Jurisconsultus clarissimus, *Granatæ* natus est anno Egiræ 652. ubi optimarum Artium studiis operam dedit. Ob inopiam rei familiaris *Cairum* se contulit; ibique Rhethoricam docuit: adeò ut magnam sui nominis famam apud viros eruditos sit consequutus. Ad ejus scripta quod attinet, multa sunt: ex quibus recensentur Commentarii in *Opera Canonica Ben Maleki*, tomis XIII. comprehensi; Commmentarius in *Alcoranum* uberrimus; Grammaticæ *Turcicæ* Institutiones; pluraque Carmina, quorum aliquot in nostro Codice legas. *Cairi* decessit anno Egiræ 745.

Mohamad Ben Ahmad Ben Davd Aba Abdalla, vulgò *Ebn Alkamad*, anno Egiræ 638. in oppido *Velez* بلش natus est, ubi & anno 712. vitâ functus est: vir sanè multiplici eruditione, doctarumque scriptionum copiâ per universam Hispaniam celeberrimus. Hujus in hoc Codice nonnulla leguntur carmina; fitque simul mentio de opere quodam Theologico & Canonico, cui titulus *Sufficiens*, quod intercidisse laudatæ Bibliothecæ Auctor dolet.

Mohamad Ben Mohamad Ben Ali Almadhagi Aba Abdalla, nobili loco in oppido *Velez* natus anno Egiræ 688. Ibidem anno 734. die 10. mensis Schabani decessit. Is primam ætatem Poësi, reliquam aliis liberalibus disciplinis impertivit: quarum tanto flagravit studio, ut maximam temporis partem vel legendo, vel scribendo impendere consuesceret. Tantus ad hæc illi amor librorum, ut iis undique conquirendis comparandisque patrimonium effuderit amplissimum: è quorum ingenti numero publica postmodùm conflata est Bibliotheca.

Mohamad Ben Ahmad Alracvthi Aba Bakervs Murcianus. Is Philosophiæ, Medicinæ, Mathematicarum Artium, Arithmeticæ præsertim ac Musicæ, studiis variarum linguarum peritiam adjecit. Quamobrem illum, captâ à Christianis *Murciâ*, eorum Rex tan-

tanti fecit, ut publicum Gymnasium condiderit, ubi Christianos ille, Mahometanos atque Judæos disciplinas linguasque pariter edoceret. Quum autem aliquando ab eodem Rege ad Christianam Religionem amplectendam alliceretur, lepidè quidem, sed indoctè prorsùs atque impiè respondisse fertur: *Uni Deo vix ego sum par colendo; quid si colendi plures?* Obiit demum *Granatæ*, relictis compluribus ingenii sui monumentis.

MOHAMAD BEN ABRAHAM BEN MOHAMAD ALAVASI, vulgò BEN ALDABAG, *Hispalensis*, qui non modò humaniorum litterarum doctus, sed permagni etiam nominis Theologus extitit & Jurisconsultus. In Regio Granatensi Collegio Jurisprudentiam, Theologiam verò in Collegio *Azræ Filii* dicto prælegit. Erga omnes comem se gerebat & facilem. In explanandis utriusque Scientiæ placitis perspicua & eleganti utebatur oratione; ad quæsita quæque de re Chronologicâ idem paratissimè respondebat. Vitæ finem implevit in urbe *Ronda* anno Egiræ 668. feriâ 6. die 1. mensis Schevali, Christi 1269.

MOHAMAD BEN ABRAHAM BEN AHMAD ALAVASI, vulgò ABA ABDALLA EBN ALRACAM, *Murcianus*, vir summus & incomparabilis. Nam Medicus fuit peritissimus, Arithmeticus, Astronomus, Geometra insignis. Medicinam *Granatæ* multos per annos professus est; ac de omnibus hujusmodi aliisque disciplinis complures edidit libros, qui etiam hodie, inquit Scriptor noster, omnium manibus teruntur. Ex iis quorumdam Indicem accipe: „ *De Morborum Curatione* Libri XII. *Tabulæ Astronomicæ* correctæ, atque ad Hispanum cœlum „ diligenter accommodatæ; De Variis „ *Instrumentis Mathematicis*, partim „ emendatis, partim inventis: quæ omnia novis observationibus ab Auctore „ illustrata II. voluminibus continentur. „ De universa Theologia, cui titulus „ *Cogitationum Primitiæ*; Historia *Animalium*, ubi de eorum proprietatibus agit, pluribus tomis comprehensa; *Poëmatum* Libri III. „ (a). Jam verò senior *Granatæ* decessit die 21. mensis Saphari, anno Egiræ 715.

MOHAMAD BEN GIAPHAR BEN KHALAPH BEN HAMID, vulgò ABU MOHAMAD ALCORTHOBI, origine *Cordubensis*, natus *Valentiæ* anno Egiræ 513. multarum litterarum vir; Theologus enim extitit eximius, & Alcorani Interpres egregius. Plures habuit auditores posteà doctrinæ laude nobiles. At ex illius Scriptis solùm extant Commentarii duo in *Grammaticam* Doctoris, vulgò ALPHARESI, & in Tractatum de *Præpositionibus* ALZAGIAGI Grammatici. *Murciæ* decessit anno Egiræ 586. ad vesperas feriæ 7. id est feriâ 6. die 17. Gemadi prioris, Christi autem 1190.

MOHAMAD BEN HAKEMUS BEN MOHAMAD ALGIAZAMI ABA GIAPHARÆUS *Cæsaraugustanus*, urbis *Granatæ* incola, cùm omni virtute, tùm multiplici disciplina ornatissimus, quippe qui cum summa eloquentia singularem rei Theologicæ, Jurisque scientiam conjunxerit. *Fessam* se contulit; ibique celebri auditorio primùm Grammaticam, deinde Jurisprudentiam professus est; deni-

(a) كتاب الشفا في اثني عشر مجلدا ۞ الزيج القويم الصحيح للاقليم الاندلسي الرصد ۞ عدة الات هندسية بعضها معدلة وبعضها موجودة وممتحنة في مجلدين ۞ في الاصول ابكار الافكار ۞ في الحيوان وخواصه في عدة مجلدات ۞ دواوين مختلفة في ثلثة كتب ۞

nique ejuſdem urbis Prætor creatus, ibidem obiit anno Egiræ 533. Scripſit Commentarios in *Grammaticam* Doctoris ALPHARESI; Tractatum *De Dialectica* duplicem, *Majorem* nempe & *Minorem*, tùm *Carmina* quàm plurima.

MOHAMAD BEN HASSENUS BEN MOHAMAD BEN ABDALLA ALANSARÆUS, vulgò *EBN ALHIAGI*, *Malacitanus*, vir ad omnis humanitatis & doctrinæ ſtudia natus, Juriſconſultus in primis fuit & Theologus nulli ſecundus. Edidit *De Traditionibus* plura volumina. Occubuit in prælio *Acab* عقاب dicto, id eſt *Montium anguſtiæ*, Hiſpanè *la Batalla de las Navas*, anno Egiræ 609. feriâ 2. die 15. menſis Saphari, Chriſti 1212.

MOHAMAD BEN AHMAD BEN ALI ALANSARÆUS ABA ABDALLA, cognomento *EBN CORAL*, ſimiliter *Malacitanus*, litterarum ſtudiis operam dedit *Granatæ*; ibique Grammaticam per plures annos docuit: inde in patriam redux, Rhetoricam profeſſus eſt: ubi tandem fato conceſſit anno Egiræ 750. plurimis relictis Codicibus manu ſua pereleganter deſcriptis.

MOHAMAD BEN MOHAMAD BEN EDRIS BEN MALEK ALCODAI ABA BAKERUS, vulgò *ALKAILUZI*, *Olyſiponenſis*, Rhetor ac Poëta præſtantiſſimus, *Granatæ* optimarum Artium ſtudiis eruditus fuit. *Malacæ* eâ peſte, quæ Hiſpaniam ferè totam invaſit, extinctus eſt die 23. Rabii poſterioris, anno Egiræ 750. Chriſti 1349. Collegio *Malacitano* hærede ex quadrante relicto, cujus pars ampliſſima Bibliotheca.

Ejus Scriptorum talis eſt Index:
„ Opus *De Arte Metrica & Rhythmica* multorum carminum exemplis
„ illuſtratum. Diatriba de *Eſteponæ* ornamentis, cui titulus *Margarita pretioſa*. Opus *De Temporum Doctrina* accuratiſſimum. Poëma *De Poëtarum Facetiis & Argutiis*. Poëma *De Sermonis Arabici elegantia*. Tractatus *De Principis viri Virtutibus*. Opuſculum *De Juventutis Diſciplina*, optimâ ſimulque novâ ratione concinnatum. Opus *De Jure Canonico*, pluribus Tomis comprehenſum. (a)

MOHAMAD BEN MOHAMAD BEN MOHAREB ALSARIKHI ABA ABDALLA, vulgò *EBN ABILGEISCHI*, *Malacitanus*, tùm genere, tùm doctrinâ clariſſimus, originem, ut fertur, duxit ex oppido *Liter* ليتر, hodiè *Leuteri*, in Montano Tractu, vulgò *Sierra Nevada*. *Granatæ* & Diſcipulus ingenioſus, & Præceptor poſteà celeberrimus fuit. Ibi utrumque Jus prælegit, quod & doctis commentariis locupletavit. *Malacæ* ſupremum diem obiit anno Egiræ 707. feriâ 6. die 18. menſis Ragebi, Chriſti 1307.

MOHAMAD BEN MOHAMAD BEN LEBI ALKANANI ABA ABDALLA, ortu *Malacitanus*. Hic, præter Juris peritiam, veterum Philoſophorum ſcita, Arabicarumque Antiquitatum monumenta percalluit; adeo ut eum viri litterati tanquam oraculum adirent, conſulerentque, & ad omnia Quæſita ſive Philoſophica, ſive Mathematica, ſive Hiſtorica, ſive Chronologica paratiſſimum admirarentur: tenaciſſimâ rerum memoriâ, qua maximè vigebat, adjuvante. Chriſtianis, quos impensè diligebat, familiariſſimè uſus eſt; Epiſcoporum in primis, qui-

(a) كتاب في العروض والقوافي علما وعملا ۞ كتاب الدرة المكنونة في محاسن أسطبونة ۞ تاليف حسن في علم الزمن ۞ ارجوزة في ملاحن الشعرا ۞ ارجوزة في كتاب الفصيح ۞ كتاب في الخواص وصفة الامره ۞ كتاب جليل وغريب في معناه يشتمل علي تطبع الشباب ۞ تاليف في الفرايض في عدة اجزاء ۞

quibuſcum varias de Religione quæſtiones agitabat, frequenti colloquio delectabatur. *Malacæ* denique obiit, ejus Collegio maximo Bibliothecâ ſuâ cæteriſque facultatibus teſtamento relictis.

Mohamad Ben Mohamad Aba Abdalla, cognomento *Albadvi*, ex urbe *Velez*, humanioribus litteris, & Juriſprudentiâ excultus. Grammaticam, Rhetoricam & utrumque Jus, Canonicum & Civile, in patria ſua per plures annos ſummâ cum ingenii laude tradidit; licet ob civium invidiam non pauca incommoda ante obitum, qui accidit anno Egiræ 750. perpeſſus. Hujus varia, & quidem egregia carmina in hoc noſtro Codice occurrunt.

Mohamad Ben Abdalla Ben Maimvn Ben Edris Aba Bakervs Alabderita Cordubenſis. Hic præter Juriſprudentiam, Rhetoricem mirè excoluit & Poëſin, cujus quidem præclarum ſpecimen exhibent aſperſa huic Codici aliquot carmina; ac de utraque Arte ſcriptis eſt optimè meritus. *Marochi*, ubi Rhetoricam publicè profeſſus eſt, interiit anno Egiræ 567. feriâ 3. die 18. Gemadi poſterioris, Chriſti verò 1171. Edidit „ Opus de Arte Rhe„ torica & Poëtica, quod *Inertis Inge*„ *nii Suppetiæ* inſcribitur; Commenta„ rium majorem & minorem in *Gram*„ *maticam Zagiagæi*; Commentarium in „ *Sermones Academicos Hariræi*, & mul„ ta id genus alia. (a)

Mohamad Ben Abdalla Ben Abdeladhid Alnamairi Aba Amer ex urbe *Guadix*, magiſtrorum audiendi causâ *Granatam* frequentiùs adiit. Quemadmodum Juriſconſultus minimè contemnendus: ita nobilis evaſit Grammaticus ac Poëta. Ejus extat in laudem *Abu Bakeri Alarphi*, Septanæ claſſis Præfecti, ob victoriam de Chriſtianis reportatam Carmen celeberrimum, cujus initium in hoc noſtro Codice legas. Obiit in patria anno Egiræ 740.

Mohamad Ben Abdalla Ben Iehia Aba Bakervs Ben Alged, nobilis *Hiſpalenſis*, tam copioſâ, tam altè reconditâ utriuſque Juris abundavit cognitione, ut *divinarum humanarumque legum Oceanus* appellatus ſit. Illud de eo prædicatur ſingulare, quod quæ ſemel legiſſet (immenſæ erat lectionis) nunquam è memoria exciderint. Ob eloquentiæ ſuavitatem Principibus viris carus atque jucundus fuit. Doctrinæ ſuæ auditores habuit viros clariſſimos, quos inter magnus ille *Averroes* extitiſſe memoratur. *Hiſpali* natus anno Egiræ 496. ibidem deceſſit anno 586. die 6. menſis Schevali.

Mohamad Ben Ali Ben Alphakhar Aba Bakervs Alarcoschi أركشي, ortu *Arcobrigenſis*, domicilio *Malacitanus*, diſciplinâ *Xerezenſis*. Hic captâ à Chriſtianis Arcobrigâ, vulgò *Arcos*, in urbem *Xerez* ſe contulit, quam etiam à Chriſtianis ereptam rurſus deſerere cogitur. Poſteà *Malacam*, *Septam*, *Granatam* incoluit, ubi Grammaticam, Rhetoricam, & Juriſprudentiam profeſſus eſt. Tandem morum honeſtate, Scriptorum numero ac præſtantiâ clarus, *Malacæ* obiit anno Egiræ 723. Chriſti 1323.

Operum ab eo editorum en Recenſio: „ Prolegomena in Alcoranum, „ *Margaritarum Series* inſcripta. Syn„ tagma de ſeptem variantibus *Alco*„ *rani* Lectionibus. Collectio XL. Tra„ ditionum. Commentarius in Alco„ rani Compendium, cui titulus *Unio*„ *nes*.

(a) كتابة مشاحذ الافكار في ماخذ النظار ۞ شرحاه الكبير والصغير على جمل الزجاجي ۞ شرح مقامات الحريري وغير ذلك ۞

„ *nes conſerti.* Commentarius alter in „ Librum Juris Canonici, inſcriptus „ *Animadverſiones.* Opuſculum de illi- „ cito Mahometanorum cum Chriſtia- „ nis convictu in illorum regione, in- „ ſcriptum *Brevis ad Quæſita Reſpon-* „ *ſio.* Opuſculum alterum de Ludo „ Latrunculorum prohibendo. Confu- „ tatio illorum ſententiæ, qui primo „ novi anni die jejunandum negant. „ Opuſculum de hujuſce Seculi Diſſi- „ diis. De Orationis matutinæ ac veſ- „ pertinæ præſtantiâ. Animadverſio- „ nes in Codicem Juris Doctoris Ben „ Maleki. Reſponſa ad varia Quæſita. „ Hiſtoria Dynaſtiarum. Reſponſa ad „ varias Alcorani difficultates. Com- „ mentarius in Saibviæ *Grammaticam;* „ aliaque Opera tùm ſolutâ, tùm ſtri- „ ctâ oratione conſcripta. (a)

Mohamad Ben Ali Ben Omar Algassanita, vulgò *Ebn Alarbi*, ex nobiliſſima ſtirpe *Ben Alaſuad* nuncupatâ, in oppido *Alhama* الحمة, in ditione *Almeriæ*, natus eſt ineunte Egiræ anno 682. Hunc non modò litteræ, ſed etiam mores quàm maximè decorarunt; adeo enim erat modeſtus, verecunduſque, ut non virum, ſed virginem honeſtiſſimam alloqui videreris. *Almeriæ* litteris humanioribus operam dedit; *Granatæ* verò cæterarum liberalium diſciplinarum ſtudia excoluit. *Septæ* Rhetoricam per triennium prælegit; inde in patriam reverſus, Juriſprudentiam docuit, de qua non pauca volumina ſcripſit. Deceſſit in *Alhama* anno Egiræ 748. feriâ 1. ad veſperas feriæ 2. die 18. Moharami, Chriſti 1347.

Mohamad Ben Ali Aba Abdalla Alabderita, vulgò *Aliatin*, *Malacitanus*, vir gravis atque ipsâ ſenectute venerabilis, Orator apprimè eruditus, & Poëta paratiſſimus. Primùm *Malacæ* harum Artium ludum aperuit; dein Juriſprudentiam tradidit; poſtremò in ejus urbis Æde maximâ Concionatoris munus annos triginta exercuit. Dicere ſolebat: *fidem, ut nulli derogo, ſic non totam mihi arrogo.* Etſi longè doctiſſimus; nunquam tamen de ſe vel magnificentiùs ſenſit, vel glorioſiùs dixit. Unde factum, ut quarum rerum erat peritus, in iis duntaxat tractandis diſputandiſque verſaretur; quarum verò rudis, eas aliis facilè concederet. Plura edidit carmina, quorum ſpecimen adducit Auctor noſter, magnus illius amicus & celebrator. *Malacæ* peſtilentiâ ubique graſſante, interemptus eſt die 28. menſis Saphari, anno Egiræ 750. Chriſti 1349.

Mohamad Ben Abdelrahman Alkarsvthi Feſſæ natus eſt anno Egiræ 690. *Tarifam* anno Egiræ 722. trajecit, cujus in Templo Lectoris aliquandiu

(a) كتاب نظم الجمان في تفسير ام القران ۞ كتاب في اختلاف السبعة القرا ۞ الاحاديث الاربعون ۞ منظوم الدرر في شرح كتاب المختصر ۞ كتاب نصح المقالة في شرح الرسالة ۞ كتاب الجواب المختصر المروم في تحريم سكني المسلمين في بلاد الروم ۞ كتاب اسنوا النهج في تحريم اللعب بالشطرنج ۞ في الرد علي من انكر صيام النيروز ۞ جواب البيان علي مصارمة اهل هذا الزمن ۞ كتاب في تفضيل صلاة الصبح والعصر ۞ في بيان اسناد زياد عن مالك ۞ كتاب الجوابات المجتمعة عن السوالات المتنوعة ۞ كتاب املا فوايد الدول ۞ كتاب اجوبة الاقناع في مشكلات مسايل الكتاب ۞ شرح كتاب سيبوية وغيرها من التواليف نظما ونثرا ۞

diu munere functus est. Inde *Malacam* profectus anno 725. ibi Jurisprudentiam prælegit. *Granatam* etiam frequentavit, Academicos de rebus ad litteras spectantibus consulendi causâ. Quum autem ille ad Fretum Gaditanum navigaret, à Christianis captus, mox grandi redemptus pretio, *Granatam* venit, ubi anno Egiræ 767. diem obiit, multis relictis Scriptis, è quorum numero sunt: Liber *Genealogiarum*; Commentarii *Major* & *Minor* in *Legum Pandectas*; & Carmina varia, quorum aliquot in Codice nostro referuntur.

MOHAMAD BEN OMAR BEN ROSCHD ABA ABDALLA Septæ claris ortus est parentibus anno Egiræ 657. Hunc profectò universarum prope rerum cognitione præditum fuisse dixeris. Nam, ut vulgaria inter Mahometanos studia omittamus, Mathematicas demonstrationes, Astrorum motus, Numerorum rationes, Terrarum dimensiones, Regionum nomina, situs, intervalla, Vocum concentus atque discrimina planè calluit. *Granatam* anno Egiræ 692. ingressus, omnes in sui admirationem rapuit. Duo edidit Itineraria, alterum *Hispanum*, *Africanum* alterum: ubi præter multas in hæc observationes, Historiam Naturalem simulque Litterariam, quàm accuratissime tractatam reperias. Decessit *Fessæ* die 8. mensis Moharami, anno Egiræ 721. Aliquot ejus Carmina in nostro Codice repræsentantur.

MOHAMAD BEN ALI BEN HANI ABA ABDALLA, origine *Hispalensis*, ortu *Septanus*, sede *Granatensis*. Clarus natalibus, eloquentiâ magis claruit, ut *Oratoris* nomen adeptus sit. *Granatæ* docuit Rhetoricam & Poëticam. Cæterùm naturâ fuit leni, facilique, nihil de minervali unquam pactus; eóque plura ex Discipulorum liberalitate consequutus. Inter ejus Scripta recensentur hæc: „ Comentarii in Opera *BEN* „ *MALEKI* nobilissimi Grammatici, *Fa-* „ *cilis Methodus* inscripta. Bibliotheca „ Hispana Poëtas septimi Egiræ seculi „ complectens, titulo *Novæ Lunæ Splen-* „ *dor*. De vitioso Vulgi sermone, cui ti- „ tulus *Aberrantium Manuductio*. Opu- „ sculum Prolusiones Rhetoricas & Poë- „ ticas continens, *Viaticum perpetuum* „ inscriptum. Alterum *De ratione Epi-* „ *stolarum conscribendarum*. Poëma *De* „ *Mahometana Lege* (a).

Occubuit die 27. mensis Dilcadat anno Egiræ 733. Christi 1332. in prælio *Calpes*, Arabibus *Gebel Alphatuh* جبل الفتوح, Hispanis *Gibraltar*, quod oppidum illâ tempestate Christiani obsidebant. Varia illius Carmina atque Epistolæ in nostro Codice passim occurrunt.

MOHAMAD BEN IAHIA ALABDARITA ABA ABDALLA, vulgò *ALSADPHI*, ortu *Fessanus*, sede *Hispalensis*, disciplinâ *Granatensis* atque *Malacitanus*, vir cùm multiplici doctrinâ, tùm rei militaris peritiâ insignis fuit. Cecidit in prælio navali à Christianis commisso in portu *Gibraltar* anno Egiræ 651. Christi 1253.

MOHAMAD BEN AHMAD BEN ABRAHAM BEN ALZEBAIRI ABU OMAR Granatensis. Hujus adolescentiæ vitia magnis provectior ætas virtutibus emendavit: adeo ut morum probitate & omni doctrina paucos huic invenias pares.

(a) كتاب شرح التسهيل لابن مالك ✡ الغرة الطالعة في شعر المائة السابعة ✡ انشاد الضوال وارشاد السوال في لحن العامة ✡ كتاب قوت المقيم ✡ كتاب الترسيل ✡ رجز في الفرائض ✡

res. Etsi verò litterarum studia adultior arripuerat; brevi tamen cæteris laboris assiduitate palmam præripuit. Nam summus Orator evasit, & Poëta excellentissimus; idque testantur quædam utriusque disciplinæ fragmenta ab ipso relicta, & à nostro Auctore in hoc Codice collecta. *Granatæ* obiit die 9. Moharami, anno Egiræ 765.

Mohamad Ben Abraham Ben Abdalla Ben Rubil, vulgò *Ebn Asarragi*, origine *Toletanus*, ortus est *Granatæ* anno Egiræ 654. Is variæ eruditioni, ac Poëticæ Artis peritiæ Medicinam adjecit: quam ita excoluit, experimentisque & libris editis illustravit, ut *Granatæ* Rex *Mohamad Ben Mohamad*, ex stirpe *Beni Nasser* Secundus, illum sibi Medicum deligendum censuerit. Pauperum, quos solebat lubentissimus invisere, non solùm morbis, sed etiam inopiæ mederi studebat: quin & tertiam iisdem redituum suorum partem elargiendam curavit. In Medicina *Abi Giapharæum Alracuthi Murcianum*, Medicum ætatis suæ clarissimum, audivit; in humanioribus verò litteris præceptorem nactus est *Abilhassenum Ebn Alsaieg*, patriâ *Hispalensem*. Cæterùm sub finem vitæ supra dicti Regis ob quædam verba inconsultè prolata gravissimam calamitatem accepit. Cum enim Rege animam jam efflante, interrogatus ab ejus famulis de præscripto alimento fuisset, traditur contumeliosiùs respondisse, ratus nimirum eos, Successore non improbante, domini mortem nocenti quodam cibo maturasse. Quamobrem in publica vincula conjectus, post triennium bonis omnibus exilioque multatur. Patriæ tandem & suis restitutus, obiit anno Egiræ 730. feriâ 7. die 9. mensis Rabii prioris, Christi 1329. Complura edidit volumina de re *Medica* & *Herbaria*; similiter alia duo de *Granatæ Descriptione* & de *Regum Chronologia*.

Mohamad Alcaisi Aba Abdalla, vulgò *Ebn Geber*, ortu *Accitanus*, الوادي اشي, *Tunetanus* domicilio: vir ut Litterarum, sic Litteratorum amantissimus fuit, quippe quorum aspectu & familiaritate fruendi causâ, regiones Orientales juxta ac Occidentales perlustravit. Eorum vitas, insertâ librorum ab iis editorum notitiâ, duobus tomis comprehensas *Granatæ* conscripsit: ubi tandem mortuus est anno Egiræ 746.

Mohamad Ben Khalaph Ben Musa Alansaræus Alavasi, *Illiberitanus*, in severioribus disciplinis enituit; fuit enim magni nominis Theologus, simulque Jurisconsultus ac Medicus præstantissimus. Supremum diem obiit anno Egiræ 557. die 12. Rabii posterioris, Christi 1161.

Ejus Scripta sunt: „ Confutatio operum Doctoris *Algiazali*, titulo *Lucubrationes*. Commentarius in Alcoranum, inscriptus *Demonstratio diserta*. Tractatus de Deo, ac de Mahometo, cui titulus *Manuductio*. Epitome *De Scholarum quatuor Sectis*. Demonstrationes *veræ Fidei*. Confutatio Sententiæ *Averrois de Æquinoctio*. De *Oculorum morbis*; postremò Commentarii in Opera Canonica *Ben Maleki* „. (a)

Mo-

(a) النكت والامالي في الرد علي الغزالي ۞ الافصاح والبيان في الكلام علي القران ۞ الوصول الي معرفة الله ومحمد ۞ رسالة الاقتصار علي مذاهب الايمة الاخيار ۞ رسالة البيان في حقيقة الايمان ۞ الرد علي ابي الوليد بن رشد في مسلة الاستواء ۞ شرح مشكل ما وقع في الموطاء ۞

Mohamad Ben Ali Ben Sudat Abulcassemus in urbe *Almeria* nobili genere natus, patrem habuit urbis *Granatæ* Præfectum, à quo in disciplinam viris doctissimis traditus, scientiis Mathematicis, Medicina & Arte Poëtica mirum in modum excelluit. Hic, dum noster scribebat Auctor, adhuc in vivis erat.

Mohamad Ben Abdelaziz Ben Salem Ben Khalaph Alcaisita Aba Abdalla ex oppido *Almancab* المنكب, hodie *Almuñecar*, Medicus præstantissimus, & Poëta nobilis. Huic tanta fuit Medicæ artis & felicitas & fama, ut Archiater apud *Granatæ* Regem delectus fuerit. Extat in nostro Codice illius Epigramma in laudem complurium magni nominis Medicorum, quos inter memorantur *Phares Ben Abraham*, vulgò *Ben Zarzur*, genere *Judæus*, patriâ *Granatensis*; *Abi Giapharæus Alkozni Hispalensis*; *Abulasbaghæus Ben Sada Valentinus*; & *Abu Tamam Galebus* ex oppido *Segura* (hodie *Segura de la Sierra*) omnes Regiæ familiæ Medici. *Granatæ* obiit jam Regii Ærarii Præfectus, die 15. Ragebi, anno Egi. 717.

Mohamad Ben Abdalla Ben Abi Zamanin ex oppido *Almeria*, ubi natus est anno Egiræ 324. die 3. Moharami. Is cùm integritate morum, tùm scientiarum varietate singulariter eluxit. Cordubæ litteris imbutus est, ibidemque Theologiam & Jurisprudentiam professus. *Illiberis* Præfecturam obtinuit, ubi tandem scriptis editis clarissimus, fato functus est die 3. Rabii posterioris, anno Egiræ 398. Christi 1007.

Quæ publicavit opera hæc sunt: „ Epitome utriusque Juris, in XXX. „ partes distributa, *Singularis* inscripta, „ omnium quæ hactenus prodiere, præ„stantissima. Commentarius in Codi„cem *Ben Maleki De Traditionibus.* „ Opus *De Legum Institutionibus.* Tra„ctatus duplex Asceticus, alter *Cor„dium Vita*, alter *Socius singularis* in„scriptus. Decisiones selectæ. Animad„versiones carmine conscriptæ. Com„mentarius in *Alcoranum.* (a)

Mohamad Ben Abdelraham Aba Alhassam, vulgò *Ben Hani*, Rhetor, Poëta, Jurisconsultus & Medicus insignis, *Averrois* Auditor fuit. *Cordubæ*, ubi Viziri munere functus est, natus esse traditur anno Egiræ 498. ad vesperas feriæ 6. id est feriâ 7. die 28. mensis Dilhagiat, Christi 1104. Ibi decessit die 27. Gemadi prioris, anno 576. Hujus in nostro Codice non nulla Epigrammata leguntur.

Mohamad Ben Abdelrahman Algassani Aba Abdalla Granatensis, apprimè eruditus Scriptor, Librum edidit *De Nili origine* planè doctum; ut & opus de Philosophia, qui *Luminum Haustus* اقتباس الانوار inscribitur, præter carmina bene multa, quorum aliquot de *Arabum Viris illustribus* in nostro Codice reperias. *Granatæ* ortus anno Egiræ 568. interiit *Murciæ* die 15. mensis Ramdani, anno 619.

Mohamad Ben Abdelvaheb Ben Hacl Algapheki, vulgò *Almalahi*, nobilis *Granatensis*, natus anno Egiræ 549. oppidum deliciis affluens, *Salina* الملاحة dictum, in ditione *Illiberitana* incoluit. Ibi procul à negotiis, litteris sibi-

(a) كتاب المغرب في اختصار المدونة في ثلاثين جزءا ليس في المختصرات مثله ۞ المهذب في تفسير الموطا ۞ المشتمل في اصول الوثايق ۞ حياة القلوب ۞ انس الفريد ۞ منتخب الاحكام ۞ النصايح المنظومة ۞ تفسير القران ۞

ſibique vacans, conſcripſit *Hiſtoriam* „ virorum, qui *Illiberi* doctrinæ laude „ floruerunt; Hiſtoriam Genealogicam, „ *Genealogiarum Arborem* inſcriptam; „ Bibliothecam *Academicorum Granatenſium*; Librum quadraginta *Narrationes* complectentem; Tractatum „ *De Alcorani Præſtantiâ* (a). *Granatæ* tandem deceſſit die 5. menſis Schabani, anno Egiræ 619.

Mohamad Ben Ali Ben Abdalla Allakhamita, vulgò *Alschecuri*, ex oppido *Segura* شقورة, ubi ampliſſimâ ortus eſt familiâ anno Egiræ 727. Medicinæ ſcientiâ ita præſtitit, ut *Granatæ* Rex illum ſibi Medicum delegerit. Edidit inter alia complura „ Opus „ de Arte medica, *Poſtulantium Munus* inſcriptum; Tractatum de Experimentis, cui titulus *Major Cura*, „ Alterum de Medici erroribus, qui inſcribitur *Judæus perdomitus*, eruditiſ- „ ſimum. (a)

Mohamad Ben Ali Ben Pharah, *Alſchaphra* nuncupatus, ex urbe vulgò *Corella* القرديلياذي, Medicus non ignobilis, ac de re Herbaria, cujus peritiſſimus erat, optimè meritus. Is ut rariores quaſque & inſigniores herbas inveſtigaret, atque in ſuomet ſolo ſuis ipſe uſurparet oculis, ſua manu colligeret, nulla loca quamvis aſpera, inhoſpita ac penè invia, cupidus ſimul & audax Naturæ peregrinator, adire non dubitavit. *Naſſeri*, urbis *Accitanæ* ea tempeſtate Regis, electus Medicus, Hortum herbarium in ædibus Regiis quàm cultiſſimum inſtruendum curavit. Qua ille floruerit ætate à Scriptore noſtro annotatum non lego.

Mohamad Ben Ali Ben Joseph Alsekuni, vulgò *Ebn Allulu*, ex oppido quodam *Comares* قمارش, profeſſione Medicus & Poëticæ artis non ignarus, cujus in noſtro Codice aliquot Carmina occurrunt. Hic, peſte ſæviente, in patria ſua extinctus eſt anno Egiræ 750.

Mohamad Ben Saudat Ben Abrahim Aba Abdalla Almeriæ natus, origine ex *Alpuxarra* in *Granatenſi* Regno من بشرة غرناطة, variâ eruditione, & Poëticâ facultate præcipuè nobilis, ut ex variis illius Poëmatis & Orationibus Academicis colligi poteſt. Inter Chriſtianos, à quibus unà cum filiis captus fuerat, obiit anno Egiræ 637.

Mohamad Ben Raphat Alamuit Iazidita, origine *Illiberitanus*, ortus in oppido *Toros* طرش, cùm *Granatæ*, tùm *Cordubæ* educatus & inſtitutus, Juriſconſultus & Philologus inſignis, ingentem voluminum copiam ad ſuos uſus nitidâ atque accuratâ manu exſcripſit: quam poſteà Regiæ Bibliothecæ *Cordubenſi* teſtamento legavit. Diem obiiſſe traditur anno Egiræ 303. Chriſti 915.

Mohamad Ben Ahmad Alansari, vulgò *Ben Khamais*, ex *Peninſula Viridi*, ubi per plures annos Concionatoris munus obiit & doctrina & pietate commendabilis. Quum autem Chriſtiani eam Peninſulam XX. menſium ſpatio obſeſſam in ſuam poteſtatem redegiſſent, *Septam* ſe recepit; ibique Opus ſcripſit de Bello adversùs Chriſtianos inſtaurando, cui titulus *Bos Sylveſtris concitus*.

(a) تاريخ علما البيرة ۞ كتاب الشجرة في الانساب ۞ برنامج علما جماعة الغرناطية ۞ كتاب الاربعين حديثا ۞ كتاب فضايل القران ۞

(a) تحفة المتوسل في صنعة الطب ۞ كتاب سماه الجهاد الاكبر واخر سماه قمع اليهودي عن تعدي الحدود احسن فيه ماشاء ۞

tus. النعجة الارجية في الغزوة المرجية. Nec multo poſt peſte extinctus eſt die 29. Gemadi poſterioris, anno Egiræ 750.

Mohamad Ben Ahmad, vulgò *Almarakschi* ex *Almeria*, eximiæ formæ & ſpei adoleſcens fuit, quam & virtute & doctrinâ prorsùs implevit. Nam præter ſcientiam Medicam, cujus peritiſſimus fuit, Artem quam vocant *Magnam*, vel invenit, vel ſaltem adornavit; in eâ nimirùm Artes & Scientiæ omnes ingenioſo artificio, ductis quibuſdam lineis diſtinctæ, oculis ſubjiciuntur. Obiit anno Egiræ 737. die 17. Moharami.

Mohamad Ben Alhassan Ben Ahmad Alansari Alkhazragi Majoricenſis, domicilio autem & diſciplinâ *Granatenſis*, temporum doctrinâ rerumque geſtarum notitiâ in primis excelluit. Hujus nulla extant ingenii monumenta, niſi Carmina quædam Satyrica, ipſius exilii cauſa. Nam Rex *Ali Joſephi Ben Taſchphini* filius, ejus ſatyris non leviter perſtrictus, ſeveriſſimè in eum animadvertit, verberibus, pecuniâ, exilio multans. In Africa tandem interiit anno Egiræ 537.

Mohamad Ben Mohamad Alansari, vulgò *Alsaheli*, *Malacitanus*, nobili genere natus eſt anno Egiræ 678. Hic adoleſcens, à communi adoleſcentum conſuetudine abhorruit, qui vitiis plerumque contaminantur; ætate verò procedente, paulatim emendatiores, ad bonam ſeſe frugem ſolent recipere. Quis enim illo inter æquales, ut formâ, ſic pietate ac bonarum Artium ſtudiis ornatior? Utriſque tantùm vacans, omnibus & amorem & admirationem injiciebat ſui. At idem annis provectior factus, quàm ſibi adverſus! quàm à ſe ipſo alius! Totus in luxum, ganeam, libidinem effunditur. Vitia tamen hæc à Litterarum deliciis ejus animum avocare minimè potuerunt, ut ex operum numero planè liquet, quorum hîc ſubjicimus Indicem.

„ Tractatus de Traditionibus, in „ plures Tomos digeſtus, inſcriptus „ *Merx quæſtuoſa*, quem Auctor interveniente morte abſolvere non potuit. Opuſculum de Vita Contemplativa, inſcriptum *Luminum Hilaritas*. Theologia Myſtica. Scribendi „ Methodus. Tractatus de Monachorum *Suphitarum* Diſciplinâ. De Fructu percipiendo ex Meditatione, cui „ titulus *Lux diffuſa*. Tractatus de Pœnitentia, *Sancta Ultio* inſcriptus. Orationes ad populum habendæ diebus „ feſtis, titulo *Concionatoris Opes*. De „ Hæreſi evellenda. De Peregrinorum „ Continentiâ. De Principum Genealogiis, cujus inſcriptio eſt *Margaritæ* „ *conſertæ*. Bibliotheca univerſalis omnium Artium & Scientiarum, ubi de „ earum Auctoribus, Præceptis, Inſtrumentis, &c. (a)

Is autem ſupremum obiit diem *Malacæ* feriâ 7. die 15. menſis Schaba-

(a) كتاب النجر الربيح في شرح الجامع الصحيح في عدة اجزاء لم يكمله لسبب فقده ۞ كتاب بهجة الانوار ۞ كتاب الاسرار ۞ كتاب الرسايل ۞ بغية السالك في التصوف ۞ كتاب اشعة الانوار في الكشف عن ثمرات الاذكار ۞ كتاب النغمة القدسية ۞ كتاب غنية الخطيب في الجمع والاعياد ۞ في رعايب شعب الايمان ۞ في مناسك الحج ۞ كتاب نظم الجواهر في معارف الصدور الاكابر ۞ فهرسن تحتوي علي قوانين العلوم والصنايع وتسمية الشيوخ وما يتعلق بها ۞

bani, anno Egiræ 754. Christi 1353.

Mohamad Ben Mohamad Aba Bakerus, vulgò *Alsangiali*, *Malacitanus*, genere, pietate atque doctrinâ inter suos spectatissimus, Theologiam *Malacæ* in Regio Collegio plures per annos docuit; ibique Antistes decessit anno Egiræ 733. die 3. Saphari.

Mohamad Ben Mohamad Ben Maimon Alkhazragi, ortu *Murcianus*, at *Granatæ*, *Guadix* & *Almeriæ* variis temporum intervallis incola, Grammaticus & Poëta mediocris, Musicus tamen & Medicus idem peritissimus, qui in morbis curandis faciliora ut plurimùm lenioraque adhibebat medicamenta, instrumento crudeli rariùs adhibito. De eo varia lepidè dicta & ingeniosè facta referuntur. Decessit anno Egiræ 750.

Mohamad Ben Cassemus Ben Ahmad Alansaræus, *Giennienfis* origine, *Malacæ* honestis parentibus natus est die 10. Rabii prioris, anno Egiræ 710. Is præter multiplicem eruditionem è liberalibus disciplinis haustam, mores & indolem nactus est felicissimam; tùm etiam hilari & ad Musicam propensiore ingenio Regi *Granatæ* in amore atque in deliciis fuit. *Malacæ* Quæstoris munere perfunctus est: ubi carmina condidit non pauca, quorum aliqua refert Scriptor noster cum Epistolâ ad ipsum datâ.

Mohamad Ben Alhossain Ben Zaid Aba Alvalid, vulgò *Algapheki*, origine *Toletanus*, ortu *Granatensis*, vir gravis, nobilis, & in Arithmeticis versatissimus. Quæstor *Granatæ* fuit; ibique quinquaginta vix natus annos, obiit anno Egiræ 588. Christi 1192.

Mohamad Ben Mohamad Aba Abdalla Algapheki, vulgò *Ebn Hassan*, patriâ *Hispalensis*, disciplinâ *Granatensis*, genere & litteris clarus. Primùm Tributorum Regionis *Alxarafe* Præfectus والي الاشراف est constitutus à Rege *Ben Obad*, unde apud Hispanos nomen muneris *Almoxarifazgo*. Deinde ei à secretis fuit ad suum usque obitum, qui contigit mense Ragebo, anno Egiræ 613. Nonnulla ejus carmina in nostro Codice reperias.

Mohamad Ben Abdalia Ben Abrahim Alnemahiri Abu Amru, vulgò *Ebn Alhagiagæus*, *Granatensis*, vir dignitate ac litteris præcipuus. Nam Orator idemque Poëta fuit elegantissimus, uti & Medicinæ & Matheseos non ignarus. *Loxæ*, *Malacæ* & *Andras* اندرش vectigalibus præfuit; *Almeriæ* Prætor, atque *Granatæ* Decumanus creatus est; item Legationibus ad *Tuneti*, *Ægyptique* Reges non sine laude perfunctus. Hic Auctoris nostri tempore adhuc vivebat, anno videlicet 760.

Mohamad Ben Abdelrahman Aba Abdalla, aliàs *Ebn Alkateb* dictus, ortu *Granatensis*, origine verò *Accitanus*, cùm studiis humanioribus, tùm Arithmeticâ simul & Geometriâ in primis enituit: de quibus disciplinis duo scripsisse volumina traditur. *Granatensem* Provinciam per multos annos summo omnium assensu & approbatione rexit. Quum verò *Granatæ* Ædilis esset, multa ære suo templa refecit; splendidam insuper Basilicam Judicum extruxit. Præterea ad perficiendum Pontem fluminis *Schangial* شنجيل, hodie *Xenil*, eo vocabulo Arabibus fortè appellati, quòd sit *flexuosum* (id enim vox *Schangial* significat) quatuor aureorum millia contulit. *Granatæ* decessit anno Egiræ 607. Christi 1210. Hujus carmina extant in nostro Codice lectu non ingrata.

Mohamad Ben Abdelmalekus Ben Said Ben Khalaph, vulgò *Ben Iaser*, *Cordubensis*, vir pernobilis & Poëta disertus, imperitantibus Almohaditis *Marochanam*, *Hispalensem* & *Granatensem*

sem Præturas obtinuit. Venationi adeo studiosus erat, ut magnifico famulorum, equorum, canum apparatu Regem imitaretur. Regi *Alphonso IX.* sic erat gratus ac familiaris, ut à pluribus Mahometanis malæ fidei fuerit insimulatus. Natus anno Egiræ 514. obiit anno 589. Christi 1193.

Mohamad Ben Said Ben Khalaph Aba Bakerus Ben Iaser ex oppido *Calat Iahseb* قلعة يحصب ۞ القلعة, nunc *Alcala la Real*, ubi ortus est anno Egiræ 483. Hic Regibus Almoravíditis, *Granatæ* Præturam obtinuit, opibus & auctoritate plurimùm valuit; urbem amplis & illustribus ædificiis ornavit: in quibus domus illa *Marmorea* دار الرخام dicta, celebratur, quam juxta Granatæ templum maximum sibi suisque sumptuosiùs extruendam curavit. Ibi vitæ finem implevit anno Egiræ 539. Complura ejus, tùm aliorum in ejusdem laudes carmina Codex noster exhibet. Hujus etiam meminit Scriptor *Algaphekæus* in *Hispaniæ Annalibus*.

Mohamad Ben Ahmad Adrita Aba Abdalla Accitanus, vir præterquàm Arte Poëtica, etiam Civili prudentia commendabilis, summâque in omnibus rebus temperantiâ. *Granatæ* ad triennium Præturam gessit, ibique decessit anno Egiræ 543.

Mohamad Ben Mohamad Albaluita Aba Bakerus ex urbe *Almeria*; origine tamen, ut Scriptores produnt, ex oppido *Vera* بيرة, cùm claritate generis, tùm doctrinæ multiplicis laude præcipuus. Regiæ *Granatensis* Curiæ non semel Præses fuit. Duo illius Poëmata in nostro Codice legas, alterum in laudem Regis *Abalhagiagi*, alterum de Reditu *Abilhasseni* fratris sui ex Peregrinatione *Meccana*. Jamque senex fato functus est in patria sua anno Egiræ 738. die 25. Rabii posterioris, Christi 1337.

Mohamad Ben Mohamad Ben Schobat Algassanita ex urbe *Almeria*, qui, ut refert *Abulbarkat Granatensis*, Annalium *Almeriæ* conditor, civitatis suæ facilè nobilissimus extitit. Politioribus litteris egregiè excultus, divitiis verò maximè affluens, non abutens tamen; ita enim mercaturam eamque sanè copiosam exercuit, ut neminem fefellerit, egenis erogaverit multa; ipse autem parcè & honestè vixerit. Carmina composuit haud contemnenda: quod ex eo liquet Poëmate, cujus fragmentum in nostro Codice legitur. Decessit die 3. Moharami, anno Egiræ 764. Christi 1362.

Mohamad Ben Abdalla Ben Phartum Alansaræus, vulgò *Abulcassemus Almohanna*, nobilis *Malacitanus*, vir variâ eruditione & singulari morum honestate, proindeque Principibus viris percarus, perque jucundus. Aulæ apud Regem *Granatæ* Præfectus fuit; quem tamen in fine vitæ sibi adversum habuit. Hic natus *Malacæ* anno Egiræ 673. peste extinctus est anno 750. die 25. Schevali, Christi 1349.

Mohamad Ben Abdalla Ben Macatel, dictus *Abalcassemus*, *Malacitanus*, origine *Hispalensis*, natalibus, moribus, litteris claruit. In colloquiis scitè urbanus, & in omni vitæ consuetudine mirè jucundus, quippe qui seria jocis temperare ac singulari lepore condire nosset: adeo ut delectaret omnes, offenderet neminem. *Malacæ* vectigalibus Regiis præfuit; ibique Cancellarii munus obiit. Fato tandem functus est anno Egiræ 739. die 10. Ramdani, Christi 1338.

Mohamad Ben Ali Aba Amru Altagibi, vulgò *Ben Abdrabboh*, *Malacitanus*, quem Scriptores ab ingenii humanitate, ab utili & amœniore doctrina, à veterum elegantiarum studio magnoperè commendarunt. Hic Regiis ve-

vectigalibus *Granatæ* & alibi præfuit: nec propterea de solita librorum lectione quidquam remisit. Veterum, recentiorumque scripta tam curiosè inspiciebat seduloque pensitabat, ut & lectiores eorum sententias & verba, tùm res quasque memoratu digniores in adversaria referret. Obiit die 7. Moharami, anno Egiræ 602. Christi 1205. relictis ingenii monumentis oppidò præclaris, è quorum numero sunt: „ Compendium Libri Cantionum celeberrimi Musici, vulgò *Alaspahani*; & Liber Apologeticus de Hæresi adversùs quemdam *Garziæ Filium* „ (a): quem fuisse Christianum existimo, linguæque Arabicæ peritissimum, simulque doctissimum, & adversùs Mahometanorum errores scripsisse.

Mohamad Ben Abrahim Ben Mohamad Alansaræus, vulgò *Alsanna*, *Granatensis*, Monachus ex *Suphitarum* Sectâ, doctrinâ, vitæ austeritate, idemque pietate inter suos spectatissimus; sed Chimicæ Artis plus æquo studiosus. Supremum obiit diem anno Egiræ 749. feriâ 1. horis pomeridianis diei 7. mensis Schevali, Christi 1343.

Mohamad Ben Ahmad Alansaræus, vulgò *Almavac*, *Granatensis*, supra dicti *Suphitarum* instituti Monachus, Alcorani Doctor & Professor, necnon Concionator, Præpositusque Templi in *Figulorum Campo* siti, Arabibus *Rabdh Alfakharin* ربض الفخارين: qui quidem campus extra *Granatæ* portas visitur, ubi mortuus est anno Egiræ 703.

Mohamad Ben Ahmad Ben Giapher Aba Abdalla Alsalami, vulgò *Alcongi*, in oppido *Algete* الجيط, seu *Algid*, vel *Olged* in ditione *Granatæ* ortus est anno Egiræ 668. Monachus doctrinâ & pietate fuit insignis. Edidit libros non paucos de re Ascetica, sive de *Theologia Mystica*, quales sunt Tractatus de Rerum Divinarum contemplatione; de Via recta; de Mundi Contemptu; de Animi Præparatione ad Certamen; de Vera Doctrina; de Collationibus diurnis & nocturnis; Epistolæ ad Monachorum *Suphitarum* Antistites. Decessit in oppido *Congia* قنجة, vel *Congio*, quod ad Granatæ territorium pertinet, anno Egiræ 750. feriâ 2. die 24. mensis Schabani. Dies mendosè scripta: quare scribendum die 20. non autem 24. quemadmodum ex calculo facilè cuique patebit.

Mohamad Ben Ahmad Ben Hossain Aba Thaher, vulgò *Ben Saphvan*, *Malacitanus*, similiter Monachus *Suphita*, vir eximiæ contemplationis, variæque juxta eruditionis. Scripsit Opus de Monachorum *Suphitarum* Constitutis; itemque Conciones ad vulgi captum accommodatas, præter varia Carmina, quorum fragmenta aliquot in nostro Codice reperias. *Malacæ* obiit anno Egiræ 749. feriâ 5. die 14. Schabani.

Mohamad Ben Ahmad Ben Abdelrahman, vulgò *Alsaheli*, *Malacitanus*, Monachus & Concionator in templo *Granatensi* celeberrimus, cùm morum integritate, tùm doctrinâ inter suos conspicuus. Edidit Tractatum *De Peregrinationis Meccanæ Regulis*. Obiit anno Egiræ 735. Christi 1334. feriâ 6. die 24. mensis Schevali.

Mohamad Ben Ahmad Abu Abdalla, vulgò *Alcathan*, *Malacitanus*, Mo-

(a) اختصار حسن في اغاني الاصبهاني ۞ ورد جيد علي ابن غرسية في رسالة الشعوبية ۞

Monachus disciplinâ rigidissimus, & Malacitani *Suphitarum* Cœnobii Præpositus: qui tanto in honore apud Arabas habitus est, ut ei post mortem Sacellum consecraverint. Is ab adolescentiâ in victu ac vestitu adeo parcus & patiens fuisse memoratur, ut oleribus leguminibusque tantùm crudis vesceretur, & pallio indueretur tenuissimo. Discipulos esuriem ac rerum omnium temperantiam edocuit; alios ad pacem & patientiam adhortari solebat. *Malacæ* peste periit anno Egiræ 750. ad vesperas feriæ 4. seu feriâ 5. die 4. mensis Saphari; sepultusque prope montem *Gebel Alphar* جبل الفار dictum, qui *Muris montem* Latinè sonat, surgitque extra Portam *Fontanella* فنتنلة, sic Arabibus alieno vocabulo appellatam.

Mohamad Ben Ahmad Ben Joseph Alhaschemita, vulgò *Althangiali*, *Malacæ* ingenuis parentibus natus die 1. Ragebi, anno Egiræ 640. Monachus ex *Suphitarum* familiâ, jejuniis, orationibus, cæterisque pietatis exercitationibus inclaruit; adeoque inter suos *Sancti* nomen & laudem est adeptus. Decessit in sua patria persenex anno Egiræ 724. Christi 1323. feriâ 4. die 8. Gemadi prioris.

Mohamad Ben Abrahim, vulgò *Ebn Alhagi Albalphiki*, *Septæ* nobili genere natus est anno Egiræ 646. Christi 1248. feriâ 2. die 15. mensis Dilcadat, ubi Monasticam vitam diu professus est; tandemque vitæ asperitate & doctrinæ laude clarus, ibidem obiit anno Egiræ 694.

Mohamad Ben Khalsun Ben Joseph, ex oppido *Rute* روط, *Loxæ*, *Malacæ* & *Granatæ* incola, Monachus omni scientiarum genere ornatissimus extitit. Poëta enim erat suavis & disertus, Theologus ac Medicus eximius. Edidit inter alia multa Opus *De Dei Amore*; aliud *De Theologia Mystica*; Poëmata varia & Dissertationes. Extant in nostro Codice non pauca illius Carmina de *Divino Amore* planè ingeniosa, ut & Dissertatio erudita contra *Algazeli* Dogmata.

DE ADVENIS

Litterarum armorumque laude florentissimis.

Mozdali Ben Hassan Ben Nasala Alsanhagi Lamtunensis, miles in primis strenuus, rerum temporumque maximè callidus. Is Rege *Josepho Ben Tasphino*, Provincias Prætor obtinuit *Granatam* & *Cordubam*. Ejusdem operâ & consilio Valentia Christianis erepta est die 15. Ragebi, anno Egiræ 495. Christi 1101. Denique in prælio occubuit juxta Arcem *Cocentania* قشنطانية عمل دانية, ubi secundo ab interitu die sepultus fuit anno Egiræ 508. Christi 1114. feriâ 2. ad vesperas, die 17. mensis Schevali.

Musa, vel *Moises Ben Mohamad Abu Omran Alamtani*, litterarum studiis & bellicâ virtute insignis, *Hispali* præfuit. Bello superatus à Duce *Abu Mohamad* Baezensi, navim, ut saluti consuleret, conscendit; sed exortâ repentè atroci tempestate, miserrimum fecit naufragium die 4. mensis Schevali, anno Egiræ 622.

Almothrephus, Hispaniarum Regis *Abdalla Ommiaditæ* filius, equitum Magister, rei militaris peritiâ, fortudine, prudentiâ clarissimus. Hic, ut memoriæ prodidit Scriptor *Haianus*, rebellium impetum non semel retardavit; complures etiam Regis imperio subjecit: quos inter *Omarus Ben Haphsun* enumeratur, qui Christianorum copiis adjutus, urbem, vulgò *Huescar*, occupaverat. Hunc Almothrephus ingenti clade affecit; oppidumque *Belon*, sive *Belonat* بللونات Arabicè dictum, unà

cum

cum Templo, quod ipse Christianis sibi amicissimis extruxerat, solo æquavit; nec multo post Arcem, quam vocant *Loxa* لوشة, id est *Præsidium*, condidit. Quum autem annum ageret tertium & vigesimum, à patre jam filii extimescente potentiam interfectus est anno Egiræ 282. Christi 895. ad vesperas feriæ 7. die 10. Ramdani.

Mondervs Ben Iahia Altagibævs Aba Alhakemvs, aliàs *Almansor Dilriastain* nuncupatus, *Cæsaraugustæ* Rex, bellicâ virtute & liberalitate nulli fuit secundus: cujus rei argumento sunt varia Poëmata de illius Munificentiâ edita; atque ex iis unum sese in nostro Codice offert, quod nobilis *Castellæ* Poëta *Ben Darragi* coram illo recitavit anno videlicet Egiræ 428. Is ab initio, teste *Abvmervanæo*, sub Christianorum Rege meruit; inde auctis viribus, rerum in urbe *Cæsaraugusta* potitus est. At *Abdalla Ben Hakemus* ejus patruelis, & exercitûs Dux, regni appetens, eum domi adortus, interfecit, anno Egiræ 430.

Moises Ben Joseph Ben Abdelrahman Ben Jagmoras, vulgò *Aba Gemra*, *Tremisseni* Rex, qui *Granatæ* ortus esse traditur die 5. Moharami, anno Egiræ 723. Christi 1323. Princeps doctrinâ, prudentiâque præclarus, qui sic Regnum administravit, ut illum non sibi, sed subditorum bono vixisse dixeris: quorum & vicem æquè ac suam dolebat; & res angustas suis facultatibus sublevabat. Edidit Tractatum *De Regis Officiis*, ac *De Politico Regimine* perquàm eruditum, quod ad *Granatæ* Regem magnis cum muneribus misit. Hujus Prologus, & Carmina aliqua in nostro Codice occurrunt.

Mocatel Ebn Athia Alborazeli Aba Harb Granatensis, ut in *Hispaniæ Annalibus* tradit *Abvlcassemvs Algaphechævs*, Dux fortissimus, à *Granatæ* Rege *Abdalla Ben Balchino* urbi *Albassana* البسانة, seu *Lucena* præfectus est. Celebre autem extitit Prælium *Alnibel* النبيل dictum, quod *Mocatelus*, anno Egiræ 478. adversùs *Ben Abadum* commisit, magnis ab ipso editis fortitudinis exemplis. Unus enim in viros septuaginta, qui eum ex insidiis aggredi parabant, adeo imperterritus, strenuusque irruit, ut aliquos interfecerit, alios fugaverit.

EXCERPTA
EX
PARTE IX.

Mvmel Ben Ragia Alocaili Illiberitanus, genere, opibus & doctrinâ insignis, necnon Juris scientiâ excultus, à *Mohamedo* Hispaniarum Rege *Illiberis* & *Giennii*, sive *Jaen* Præfecturam obtinuit: ubi anno Egiræ 275. decessit.

Mahlepvs Ben Ahmad Aba Alcassemvs ex urbe *Almeria*, vir in primis eloquentissimus, & Jurisconsultus non contemnendus, *Almeriæ* & *Malacæ* Prætor fuit. Ex illius scriptis maximè celebrantur Commentarii in *Codicem Traditionum*. Obiit Malacæ, anno Egiræ 436.

Malekvs Ben Abdelrahman, vulgò *Ben Alpharagivs*, *Ben Almorhal*, *Malacæ* illustri familiâ natus est die 10. Moharami, anno Egiræ 604. Christi 1207. Hujus vitam describens Scriptor *Abv Giapharævs Ben Alzobaier* in *Hispaniæ Annalibus*, hæc memoriæ prodidit: „ Malekus à viro clarissimo „ *Ali Ben Abdelrahmano* genus duxit, „ qui, captâ à Christianis urbe, vulgò „ *Santa Maria* شنتمرية, anno Egiræ „ 565. Christi 1169. *Malacam* trajecit. Ibi *Malekus* bonis Artibus ac „ Disciplinis institutus, Rhetor simul„ que Poëta eximius evasit. Nam plu„ ri-

„ rimùm in dicendo valebat; tantaque „ erat commendatio oris atque oratio- „ nis, ut nemo ei posset resistere „. Luculenta utriusque Artis magnique illius ingenii monumenta extant in nostro Codice: quæ si fortè legas, me de tanto viro longè infra dignitatem dixisse facilè intellexeris. Præturam ad tempus in *Alpuxarra* البشارات gessit; locumque ibidem *Alkariantes* اشكريانتش extruxit. *Granatæ* diem obiit anno Egiræ *699*. relictis operibus XXV. cùm solutâ, tùm strictâ oratione conscriptis, quorum nonnulla hoc loco recensemus: „ Opus nempe Philologicum, *Selectiora* inscriptum; Opus De Arte Rhetorica, cujus titulus *Cribrum Frumentarium*; Opus *Exercitationes Rhetoricas & Poëticas* complectens; Poëma „ *De Arte Poëtica*; atque alia variis de „ rebus Poëmata quinque „. Neque est sanè prætereundum, quod Auctor noster in laudati *Maleki* vita obiter animadvertit de urbe *Vadi Alhagiara* وادي الحجارة, vulgò *Guadalaxara*, scilicet nomen aliud illam habuisse, nempe *Medinat Alpharagi* مدينة الفرج à *Salemo Ben Alpharagio*, supra dicti *Maleki* proavo, quod *Urbem Gaudii* denotat. Unde colligas *Salemum Ben Alpharagium* hanc urbem vel condidisse, vel restaurasse.

Mansor Ben Abdalla Alzuavi, domo *Granatensis*, omni Scientiarum genere ornatus; Philosophus enim fuit & Theologus insignis, nec Matheseos ignarus. *Granatæ* Rhetoricam, Philosophiam & Jurisprudentiam publicè professus est. Hujus in nostro Codice extat Epistola ad Auctorem nostrum data, cui & Præceptorum, & aliorum virorum eruditorum, quos uspiam audierat, Catalogum attexit. *Granatæ* demortuus est anno Egiræ 757. Christi 1356. feriâ 7. die 29. mensis Rabii posterioris.

Mumelus, advena, litteris nullis nobilitatus, prudentiâ tamen & rerum civilium peritiâ nulli secundus. Regnum Granatense, Rege *Badis Ben Habuso*, ratione magis & consilio, quàm auctoritate administravit. Quum autem *Josephus Ben Tasphin* rerum potitus esset, rei militaris imperium obtinuit; exinde *Granatæ* quoad vixit, præfuit. Hîc, teste *Ebn Alsairaphæo* in *Historia Hispaniæ*, complura visuntur publica monumenta, ab ipso condita, ut puta Aquæductus extra *Figulorum Portam* ad hortorum circumjacentium irrigationes peropportuni, atque Ambulacra populis consita, quæ ad Scriptoris usque ætatem *Populetum Mumeli* حوز مومل vocitabantur. *Granatæ* decessit die 10. Rabii prioris, anno Egiræ 492. Regem ex asse hæredem testamento relinquens.

Nassir Ben Abrahim, vulgò *Abi Alphathæus*, ex oppido *Arbola* اربول in ditione *Murciæ*, nobilissimâ familiâ ortus est: qui præter ampla latifundia sibi à majoribus relicta, honoribus fortunisque maximis à *Granatæ* Regibus ornatus fuit. Hujus meminit Scriptor *Abulphatheus Abi Bakerus Ben Scharaz* in *Granatæ Annalibus*, ubi, sic tradit: „ Die 15. mensis Dilcadat, anno „ Egiræ 710. accidit obitus in urbe „ Granatensi Viri principis & Prætoris „ *Nassiri Abulphathæi*, æternâ me- „ moriâ digni.

Nassir Ben Abrahim, prioris Nepos, morum integritate, munificentiâ & auctoritate inter Proceres Granatenses facilè princeps, duobus *Granatæ* Regibus à consiliis fuit: quod munus ad finem vitæ, plaudentibus omnibus, administravit. *Granatæ* fato functus est anno Egiræ 745. Christi 1344. feriâ 6. die 28. mensis Gemadi posterioris.

Nazhuna, nobilissimi viri *Algassani Abu Bakeri* filia, *Granatensis*, nobilis Poëtria, Arabum monumentis cele-

le-

lebratissima, cujus carmina aliquot planè ingeniosa in nostro Codice referuntur. Claruit quinto Egiræ seculo.

Samiel Ben Hatemus, vulgò *Ben Schomor*, genere inter *Cuphienses*, & rei militaris scientiâ inter *Hispanos* longè præstantissimus. Arma contra *Iemanitas*, quos multis præliis feliciter superavit, adolescens sumsit. Hinc celebre illud ad *Seguntiam* شقنده Prælium, quo *Iemanitas*, cæsis quadraginta hominum millibus, afflixit. Illum *Abdelrahmanus Ommiadita*, Hispaniarum hujus nominis primus Rex, tanti fecit, ut quem hostem semper habuisset infensissimum, eum sibi amicum adjungere vehementer studuerit.

Saphuan Ben Edris, vulgò *Aba Bahar*, *Murciæ* natus est, anno Egiræ 560. Rhetor & Poëta nobilissimus, cujus meminere in suis *Bibliothecis Arabico-Hispanis* *Ben Pasqual*, & *Ben Alabar*. Edidit de re Philologica tùm solutâ, tùm strictâ oratione non pauca monumenta. En Indicem: „ *Viatoris* „ *Commeatus*; *Itinerarium*; *Enchiridion*, „ & Liber *Certamina litteraria* comple„ ctens, Tomis duobus comprehensus. Ex quibus diligentissimus Scriptor excerpta nonnulla in nostrum Codicem transtulit, videlicet Poëmata duo de *Murciæ nobilitate*, & Epistolam ad Amicum elegantissimam. Obiit in patria anno Egiræ 598. Christi 1201. feriâ 2. die 16. mensis Schevali.

Salehus Ben Iazid Aba Althaieb, vulgò *Ben Schoraiph*, ex urbe *Ronda*, ubi ortus est anno Egiræ 601. die 3. Moharami: quem tùm Oratorem, tùm Poëtam maximum extitisse cum viris eruditis meritò censet Auctor noster, addens difficile admodùm esse, unum eundemque hominem parem utriusque facultatis habere principatum. Quod sanè singularissimum naturæ munus cæteris negatum, huic uni concessum nos semper in illo admirati sumus. Enim verò ille in prosa oratione præter gravitatem & elegantiam, dicendi lenitatem & æquabilitatem ubique servabat; in carminibus verò fundendis copiosus juxta fuit ac elegans; non tamen rerum sterilis. Id ipsum & luculenta scriptorum ejus testimonia comprobant, & fragmenta aliquot in nostro Codice relata planè demonstrant. Ejus Librorum Indicem accipe.

„ Liber *De Jure Canonico & Forensi Judicio*. Tractatus *De Arte Metrica & Rhythmica*, in Tomos duos „ divisus, titulo *Sufficiens*. Opus in de„ cem Partes distributum, Lusus Poë„ ticos & Rhetoricos complectens, in„ scriptum *Sodalium Horti*, Academi„ cis *Malacitanis* dedicatum. Opuscu„ lum *De Archangeli Gabrielis Revelationibus*. (a)

Ad hæc accedunt Rhetorica Puellæ Descriptio, vividis, sed honestis coloribus adumbrata; Poëmata tria miro artificio composita; Epigrammata varia de Die ac Nocte, de Mari & Flumine, de Advenis & Peregrinis, de Exercitu atque Armis, de Calami & Ensis Principatu, de Forcipe, de Morte, de Homine molesto, ac de aliis rebus in hoc nostro Codice videndis. *Granatæ* decessit anno Egiræ 684.

Abdalla Ben Abrahim Ben Ali Alia-

(a) تصنيف في الفرايض واحكامها في العروض وفي صنعة الشعر سماه الكافي في علم القوافي جزين ۞ كتاب في عشرة اجزاء سماه روض الانس كتبه الي جماعة علما مالقة ۞ كتاب في حديث جبريل ۞

ALTAGIBI *ABV MOHAMAD*, vulgò *BEN ASCHILVLA*, urbis *Accitanæ* Princeps, ubi illius Epitaphium in marmore inciſum viſitur : quod Auctor noſter in hoc Codice his exſcripſit verbis:

IN NOMINE DEI Miſericordis, & Mahometo Sociiſque pax & benedictio.

Hic jacet Princeps inclytus, nominis famâ & morum integritate clarus, fortunâ felix, bellicâ virtute ſingularis, & maximus Imperator, Abdalla Abu Mohamad, *filius Principis optimi, ampliſsimi & digniſsimi* Abi Iſaci Abrahim Ben Aſchilula. *E vitâ migravit in urbe* Guadix, *juvante Dei miſericordia ac indulgentia : in qua urbe, quæ Deo ſoſpitante, inter Hiſpaniarum urbes præcipua eſt, regnavit feliciter ſub auſpiciis Hiſpaniæ Regis* Algalebi Billa *nuncupati, avunculi ſui, annos XXIII. Electus autem Rex* Almanſor, Almoaiedus Billa Abu Jacobus, *divinâ gratiâ & providentiâ fortunatiſsimus, illum, urbis* Guadix *Principatu abdicato, in Mauritaniam ſecedere juſsit ; idque contigit menſe* Gemadi *prioris, anno Egiræ* 686. *ubi ei in ditionem urbem* Caſar Abdelcarim *dedit, in qua annos octo permanſit ; inde in Hiſpaniam trajecit, ibique bis bellum geſsit. Obiit anno Egiræ* 695. (Chriſti 1295.) *feriâ 6. die 10. menſis Moharami* (a).

ABDALLA BEN BALCHIN BEN BADIS BEN HABVS BEN MAKSAN, *Granatæ* Rex, *ALMODHPHER BILLA* & *ALNASSER LEDINALLA* vocitatus, avo ſuo in Regnum ſucceſſit anno Egiræ 465. menſe Schevali. Politioribus litteris, teſte *ALGAPHECHÆO*, excultus fuit. Extat *Granatæ* liber Alcoranus, ejus manu pereleganter exſcriptus. *Joſephi Ben Taſphini* potentiſſimi Regis vires pertimeſcens, Legatos cum donis ad *Alphonſum* Regem miſit, opem expoſcentes. Quum autem ille Joſephi Regis non procul *Granatâ* adventum intellexiſſet; inſerviens tempori, ac re diſſimulatâ, unà cum matre & aulæ ſuæ proceribus obviam ei proceſſit ; idque anno Egiræ 483. Chriſti 1090. feriâ 7. die 17. menſis Ragebi. *Granatam* illum ingredientem comitatus, Regem ſalutavit. Poſtmodùm *Abdalla*, ne immenſæ, quibus affluebat divitiæ, in *Joſephi* Regis poteſtatem venirent, ex iis pretio-

(a) بسم الله الرحمن الرحيم صلي الله علي محمد واله ۞ هذا قبر الرئيس الجليل
الاعلي الاوحد المبارك الاسني الاسمي الاكمل المجاهد المقدس عبد الله ابي
محمد ابن الرئيس الجليل الاسني المعظم المرفع الارضي المرحوم ابي اسحق ابرهيم
اشقيلولة ۞ رحمه الله وعفا عنه واسكنه جنته بوادي اش امنها الله قاعدة من قواعد
الاندلس وتسلطن وظهر علي خاله سلطان الاندلس الغالب واقام بسلطنته ثلاثة
وعشرين سنة ۞ ثم قام بدعوة الملك السلطان المويد بالله المنصور ابي يعقوب ايده
وامده بمعونته امره ان يتخلي عن وادي اش ويصل للغرب ۞ فتنحي عن الاندلس
للغرب انسه الله في جمادي الاول من عام ستة وثمانين وستماية ۞ فاعطاه قصر
عبد الكريم فاقام به مدة من ثمانية اعوام وجاز منه الي الاندلس وجاهد بها
مرتين ۞ توفي يوم الجمعة العاشر من شهر محرم سنة خمس وتسعين وستماية ۞

ticſiora quæque, nempe Adamantas, Smaragdos, Hyacinthos, Aurum, Argentumque partim *Granatæ* in latebras abdidit, partim verò ſecum *Marochum* aſportavit: ubi fato conceſſit, duobus relictis filiis, filiâque unâ viro maturâ, opulentiſſimis.

Abdalla Ben Ali Ben Mohamad Altagibi Abv Mohamad Ben Aschilvla Malacæ rerum ſummâ potitus eſt, anno Egiræ 655. jam ineunte. Is ob Regis *Algalebi Billa* cognationem, tùm ob animi fortitudinem & æquitatem regnare quàm auſpicatiſſimè cœpit; donec ipſum inter & Regis filium exorta eſt diſcordia, quæ etſi, Rege vivo, inducias, nunquam tamen finem omnino habuit; immo validiùs in dies ingraveſcens, univerſam Hiſpaniam vexavit.

Abdalla Ben Mohamad Aba Thaleb Algarphi, *Septæ* Rex, doctrinâ morumque innocentiâ clarus, prælio à Chriſtianis ſuperatus, *Granatam* incolere coactus eſt; idque anno Egiræ 705. Chriſti 1305. ad veſperas feriæ 4. die 12. menſis Dilcadat: ubi tandem deceſſit anno 713.

Abdalla Ben Alhassam Ben Isa Algiober, origine *Loxanus*, ortu *Granatenſis*, è nobili ſtirpe procreatus, & litteris & armis maximè claruit. Senex ſub Rege *Almamone Abi Abad* ſtrenuè militavit, in quem carmina ſcripſit, quæ noſtro in Codice referuntur.

Abdalla Ben Said Ben Abdalla Alsalamani Aba Mohamad, Scriptoris noſtri pater, ortu & ſede *Granatenſis*, origine *Loxanus*, ex antiquiſſima & nobiliſſima familia *Ben Alkhathib* nuncupata, quæ originem à *Monfreditis*, *Montis Frigidi* منتفريدي, Arabicè *Almanat* المنعة, id eſt *Inacceſſi* poſteà dicti, olim Dominis duxiſſe traditur, ubi extructa eſt arx munitiſſima. Fuit ille tùm doctrinæ laude, tùm bellicâ virtute ſpectatiſſimus. Multa litteris prodidit & ſolutâ & ſtrictâ oratione elaborata, quorum aliqua extant in noſtro Codice; ſupremum verò diem obiit *Granatæ* feriâ 2. die 9. Gemadi prioris, anno Egiræ 741. Chriſti 1340.

Abdalla Ben Mohamad Ben Giazi, nobilis *Granatenſis*, Grammaticus inſignis, & publicus Juriſprudentiæ Profeſſor, Scriptoris noſtri ætate vixit. Complura illius carmina multiplicis argumenti, ut & Catalogum Academicorum, quibuſcum litterarium habuit commercium, hoc in Codice reperias.

Abdalla Ben Mohamad Ben Abrahim Alabdarita Aba Mohamad, vulgò *Alkavab*, *Granatenſis*, Juriſconſultus, Templi maximi Concionator, & poſteà Rector fuit. Obiit *Granatæ* anno Egiræ 633. ſepultuſque eſt extra Portam, quam *Elbira* vocant.

Abdalla Ben Ali Abv Mohamad Ben Salmvn, Rhetor, Poëta, idemque Juriſconſultus clariſſimus, multa condidit carmina, quorum ſpecimen in noſtro Codice habes. Illi etiam adjudicatur opus de re Grammatica, *Sanum* inſcriptum, omnium quæ hactenus prodiere, accuratiſſimum. *Granatæ* ortus eſt die 22. menſis Dilcadat, anno Egiræ 669. occubuit verò in prælio *Tariphæ* anno 741. Chriſti 1340. feriâ 2. die 9. Gemadi prioris.

Abdalla Ben Sahl Aba Mohamad, vulgò *Belvageh Naphekh* نافخ بالوجة, id eſt *Inſpirator*, Hiſpanè *Saludador*, quod genus hominum eſt, quos oris halitu certiſque precibus rabiem præſertim difflare, ſive depellere vulgò jactatur. Is patriâ *Granatenſis*, Philoſophicis ac Mathematicis ſcientiis excultiſſimus, tantam ſibi nominis famam apud nationes omnes peperit, ut Judæi, atque ipſi etiam Chriſtiani neminem illi doctrinâ parem extitiſſe faterentur. Quamobrem Chriſtiani non pauci va-

riis ex locis in urbem *Baezam*, ubi ad tempus docendi causâ commoratus est, eum audituri, confluere solebant. Sæpiùs cum Presbyteris de rebus tùm ad Religionem, tùm ad Scientias spectantibus argutissimè disputabat. Desertâ à Christianis *Baezâ*, ad oppidum *Nadar Ben Hamschak* نظر بن همشك, quod Hispanè *Atalaya* sonat, se contulit: ubi relictis egregiis scriptorum monumentis, decessit anno Egiræ 553.

Abdalla Ben Ajub Alansaræus, vulgò *Ebn Khorugi*, ex urbe *Calatayud*, قلعة ايوب, domicilio *Granatensis*, Jurisconsultus, *Malekiticæ* Scholæ Doctor, scripsit præclarum opus de Utroque Jure, Tomis VIII. comprehensum, cui titulus *Textus* المنوطة. *Granatæ* centum prope annos natus obiit anno Egiræ 562.

Abdalla Ben Alhassan Alansaræus, patriâ *Malacitanus*, origine *Cordubensis*, ingenio, doctrinâ, morumque honestate conspicuus. Interpres Alcorani, & Poëta fuit eximius. Vigesimo ætatis anno vix expleto, Rhetoricam & Poëticen *Granatæ* prælegit. *Malacæ* in Grammatica *Abi Zaidun Alschoili* audivit; *Granatæ* in Rhetorica & Poëtica *Giapharæum Ben Alhakemum*, in Philosophicis *Iahia Almageritensem* المجريطي, nempe *Matritensem*, ut aliàs innuimus. Atque hîc succurrit Geographum *Nubiensem*, *pag.* 153. post *Toletum* appellare *Magellit* مجليط; alios verò Arabum Scriptores *Magerit* مجريط: quare illius Geographi textum Arabicum mendosum esse credimus. Edidit Libros de Jure Canonico, de Arte Poëtica; tùm Rhetoricas Exercitationes Lususque Poëticos evulgavit, quorum specimen exhibet noster Codex. Natus anno Egiræ 611. Christi 1214. feriâ 2. die 7. Gemadi posterioris, obiit anno 656. Christi 1258. feriâ 3. die 28. mensis Dilcadat.

Abdalla Ben Abi Ahmad Abu Mohamad Ben Zaid Algaphechi ex illustri familiâ *Granatæ* natus est. Dicitur autem *Algaphechi*, quòd ab *Algaphecho* Arabum Principe, *Ben Ad Ben Adnan* nuncupato, originem duxerit; non verò quod in oppido *Algaphecho* حصن غافق ortus sit. De hoc, quod ab *Algaphecho* Auctoris proavo in Hispania conditum est, consule Geographum *Nubiensem*, *pag.* 153. Vir fuit probatæ vitæ, & eruditionis non vulgaris. *Illiberis*, *Rondæ* & *Malacæ* Præturam gessit. Edidit opus Consilia Juridica complectens, cui titulus *Via Regia* المنهاج. Obiit *Granatæ* anno Egiræ 731.

Abdalla Ben Iehia Ben Zacharia Alansaræus, ortu *Granatensis*, origine *Syrus*: qui adolescens adhuc, vix annum agens vigesimum, tantùm in scientia Juris jam profecerat, ut remissis de ætate legibus, Prætor delectus sit. Quo in obeundo munere peritiâ, prudentiâ, æquitate mirum in modum excelluit. Prætereà in Arithmeticis adeò erat versatus, ut Quæsita de Numeris vel difficillima, quæ magnum etiam peritissimis negotium facesserent, nullo expediret. Natus anno Egiræ 675. Christi 1276. ad vesperas feriæ 4. die 17. Gemadi posterioris, obiit anno 745.

Abdalla Ben Mohamad Alazadita, vulgò *Ben Abi Giamerad*, nobilis *Murcianus*, urbis *Granatæ* incola. Ibi Præturam ad tempus gessit; inde *Septam* Quæstor profectus est. *Granatæ* tandem decessit anno Egiræ 711. Christi 1311. ad vesperas feriæ 5. die 23. mensis Schevali.

Abdalla Ben Soliman Aba Mohamad, vulgò *Ebn Hauthalla*, *Granatensis*, vir longè eloquentissimus, ingenio, eruditione, prudentiâ ornatus, Regibus *Almohaditis* ante omnes carus fuit. Ad majorem eruditionem comparandam diversa loca peragravit, *Murciam*

ciam videlicet, *Valentiam*, *Sætabim*, *Almeriam*, *Cordubam*, *Hiſpalim*, & *Malacam*, ubi viros doctrinâ clariſſimos audivit. *Cordubæ*, *Hiſpali*, *Murciæ*, *Septæ*, *Majoricæ* præfuit. *Granatæ* demum è vita migravit anno Egiræ 612. Chriſti 1215. feriâ 7. die 19. menſis Schabani.

Abdalla Ben Iahia Ben Abd Soliman Aba Alcassemus, vulgò *Ebn Alrabi*, *Cordubenſis*, Philologus & Juriſconſultus ſuo ævo nulli ſecundus, *Mundæ*, *Rondæ*, *Malacæ* & *Granatæ* Præſes fuit, ubi Academiam *Alcoraniſticam* primus inſtituit. Mortem obiit die 17. menſis Schevali, anno Egiræ 666.

Abdalla Ben Abrahin Aba Mohamad, vulgò *Ben Zobair*, *Granatenſis*, profeſſione Medicus, necnon Philologus inſignis; miles etiam fortiſſimus extitit. Natus die 17. menſis Dilcadat, anno Egiræ 643. obiit in urbe *Granata* anno Egiræ 683. Chriſti 1284. feriâ 2. die 1. menſis Dilcadat.

Abdalla Ben Abrahim Aba Mohamad, vulgò *Ebn Almarabe*, ex urbe *Velez*, Poëta nobilis, de quo diſſerens Auctor Bibliothecæ Hiſpanæ, quæ *Corona* inſcribitur, his illum coloribus adumbrat: „ Vir ſanè non minùs litteris quàm ætate provectus: ut „ illum Poëtam conſummatiſſimum jure dixeris. Qui dum laudat, extollit „ & ornat; ſi concionatur, probat, nec „ adulatur; ſi invehitur, exagitat & „ inſectatur, jam ſerius, jam lepidus & „ jocoſus; modò leniſſimus, modò „ mordaciſſimus „. Ex omnibus iis ſcribendi generibus Scriptor noſter delibavit excerpſitque non pauca, quæ in hoc noſtro Codice leguntur. Peſtilentiâ tandem in patria conſumtus eſt die 15. menſis Dilhagiat, anno Egiræ 750.

Abdalla Ben Abrahim Ben Tadmir Alhagiari ex urbe *Medinat Alpharagi* مدينة الفرج, ſeu *Guadalaxara*, ut ſupra ſignificavimus, *Granatam* ſe contulit, ubi Rhetoricam ac Poëticam profeſſus eſt; inde ad oppidum *Alcala* in Granatenſi ditione ſitum profectus, elucubravit egregium opus de Rhetorica, *Palmetum* الحديقة في البديع inſcriptum, ut & illud celeberrimum, cui titulus *Longè latéque patens* المشهب في غرايب المغرب, de Regum *Obaiditarum* rebus geſtis, in Tomos VI. diſtributum. *Rodam* tandem petiit. Hinc in prælio *Beskens* البشكنش, id eſt *Biſcaienſi*, quo fuſus profligatuſque eſt *Almoſtanſerus* Rex *Ben Obad Ben Hud*, captus in Regione, quam vocitat *Beſcaia* بسقاية, miſerrimè periit. Extant in noſtro Codice varia illius carmina, quibus Regi *Almoſtanſero* ſuas ærumnas deſcribit; cumque rogat, ut ſe ipſum quàm primùm ex ſqualllore aliiſque calamitatibus pretio redimat. Hujus pater Scriptor fuit inſignis, atque Operis conditor, qui *Magnes Cogitationum* inſcribitur, urbis *Guadalaxaræ* Hiſtoriam complectentis.

Soliman Ben Hassan, vulgò *Giolgiol*, *Cordubenſis*, Medicus non imperitus, & in Antiquitatum ſtudio verſatiſſimus, ſcripſit volumen *De Philoſophorum Vitis*.

Abd Alvadad, Medicus *Valentinus*, in Perſidem profectus, Regem & Amicum invenit optimum, *Mohametum* ſcilicet *Choraſanæ* tunc temporis Imperatorem: qui, ut ex Epigrammate, quod in hoc Codice deſcribitur, liquet, integrâ prorsùs valetudine, quoad vixit *Abd Alvadad*, uſus eſt.

Abdalla Iahia Ben Isac Toletanus, patre Chriſtiano natus, Hiſpaniam obtinente *Abdelrahmano*, hujus nominis primo, ad Mahometanam ſectam acceſſit. Apud illum poſteà Medici munere functus eſt; inde ad Viziri dignitatem evectus, opibus & auctoritate

per

per univerſam Hiſpaniam maximè valuit. Edidit opus de Medicina ſecundùm Græcorum placita, in Tomos V. diviſum, inſcriptum *Sericum* ابريسم.

Abdalla Ben Mohamad Ben Alkhathib Granatenſis, Scriptoris noſtri filius & doctrinæ hæres, adoleſcens forma & ingenio eleganti, politiorum litterarum ſtudiis non mediocriter eluxit. Extat illius in noſtro Codice Epiſtola ad patrem data cum Epigrammate ſanè non illepido. Natus eſt anno Egiræ 743. Chriſti 1342. ad veſperas feriæ 7. die 17. menſis Saphari.

Abdalla Ben Mohamad, vulgò *Ben Sara*, *Santarenenſis* الشنتريني, *Almeriæ* & *Granatæ* incola, Orator ac Poëta diſertus, Scriba etiam elegans ſimulque accuratus extitit. Varia ejus carmina, & quidem apprimè ingenioſa in noſtro Codice reperias; atque in his Epigramma *De Arte exarandi*, quam *nudæ chartæ veſtiendæ exornandæque Artem* non invenuſtè vocat; item aliud de Filiæ ſuæ morte, in quo ſe ipſe conſolatur, Mortem appellans *Paupertatis Subſidium ac Pudicitiæ Tutamen.* Obiit in ſumma egeſtate anno Egiræ 519.

Abdalla Ben Mohamad Alscharrat Malacitanus, & morum elegantiâ & eruditione clarus, qui ob ſingularem Arithmeticæ peritiam à Regiis rationibus miniſter delectus fuit. *Granatæ* deceſſit anno Egiræ 703. Carmina non pauca fudit, eaque præclara, ſed inventu rariſſima; aliqua tamen in noſtro Codice occurrunt.

Abdalla Ben Joseph, vulgò *Ben Radhvan Alnahari*, *Malacitanus*, vir nobiliſſimus, qui ad litterarum ſtudia civilium rerum prudentiam adjunxit: adeo ut plures eum Reges conſiliorum adjutorem ſibi optarint. Debuit ſanè ei *Malaca* optimas Conſtitutiones, quibus tùm Civitatis, tùm Regni ſtaret felicitas; Scientiæ verò atque Artes maximè florerent. Itaque ubi Regi *Malacæ* ſuis ea tempeſtate inviſo, à Secretis fuit; illos ei perpetuo pacis & amoris vinculo conciliavit. Orator & Poëta ita ſententiis, ita verbis enituit, ut illis, an his præſtiterit, meritò ambigas? Extant illius in noſtro Codice varia Carmina, atque in primis Poëma *De Prælio navali*, & Epigramma in *Regiam Bibliothecam*, aliaque id genus non pauca; item Epiſtola elegantiſſima ad Auctorem conſcripta anno Egiræ 760. Chriſti 1358. ad veſperas feriæ 1. die 2. Gemadi prioris.

Abdalla Ben Mohamad Albulioni, *Malacitanus*, Scriptor celeberrimus, *Badiso Ben Habuso Granatæ* Regi acceptiſſimus. Hujus meminit *Ebn Homais* in *Supplemento ad Bibliothecam Malacitanam*, ab Hiſtorico *Ben Ascaro* jam pridem editam. Referuntur & ejus Carmina in noſtro Codice. Obiit anno Egiræ 440.

Abdalla Ben Abdelrahman Aba Mohamad, patriâ *Granatenſis*, origine *Accitanus*, humanioribus litteris excultus, & Arithmetices haud ignarus, multa ſolutâ & ſtrictâ oratione ſcripſit, ex quibus fragmenta quædam Auctor noſter adducit. *Marochi* deceſſit anno Egiræ 587. Chriſti 1191. feriâ 7. die 8. menſis Ramdani.

Abdalla Ben Abdelazim Ben Arcam Alnamairi Accitanus, *Granatæ* incola, de quo ſanè fuſiùs agit Scriptor *Abulbarkat* in Hiſpana Hiſtoria, cui titulus *Tuta Temporum Deſcriptio ac Notitia* كتاب المؤتمن علي انبا الزمن: ubi illum nobilem, doctum & locupletem extitiſſe, prætereáque *Almeriæ* vectigalibus Regiis præfuiſſe teſtatur. Poëmata in *Mahometi* laudem varia condidit, quorum duo exhibet noſter Codex. Claruit anno Egiræ 705. obiitque in urbe *Guadix*, patriâ ſua, anno 725.

Abdalla Ben Abdelrahman, vulgò

gò *Ben Iaser*, patriâ *Granatenſis*, ſede *Malacitanus*, vir fuit commodis jucundiſque moribus, atque adeo apud Principes longè gratioſiſſimus. Hujus multa & lepidè & acutè dicta in noſtro Codice referuntur. Deceſſit anno Egiræ 620. in oppido *Santaella* شنتيلة, fortè quod ab urbe *Corduba* ſeptem circiter leucis abeſt, atque in illius territorio ſitum eſt.

Abdalla Ben Pharghius Ben Gazlon, aliàs *Ebn Alassal* dictus, patriâ *Granatenſis*, origine verò *Toletanus*, doctrinâ & pietate inter Mahometanos eximius; præterea Juriſconſultus & Philologus magni nominis, plura ſcripſit & varia de *Virtutibus* & *Vitiis*. Diem ſupremum obiit anno Egiræ 487. Chriſti 1094. feriâ 2. die 20. menſis Ramdani.

Abdalla Ben Abdelber Alraini Aba Mohamad, vulgò *Ben Abilmaged*, ex oppido *Raia* ريه من معاملة ارجدونه in ditione *Archidonæ*, genere & litteris inclytus, Prætor *Archidonæ* fuit. *Granatæ* fato functus eſt die 15. Ramdani, anno Egiræ 739.

Abdelrahmanus Hiſpaniarum Rex, hujus nominis tertius, ex *Ommiaditarum* ſtirpe, *Alnasser Ledinalla* nuncupatus, patrem habuit Regem *Mohametum*, matrem verò *Mazanatam* مزنة. Corporis viribus ac forma excelluiſſe traditur. Omnium primus in Hiſpania *Fidelium Imperator* vocitatus. Anno Egiræ 300. Chriſti 912. feriâ 5. die 14. menſis Schabani rebelles plurimos, qui dudum à Rege *Abdalla* deſciverant, occupatiſque præſidiis non paucis apud *Jaen*, *Baezam*, *Illiberim*, *Bogianam*, *Alpucheram*, & *Tagelum*, تاجلة, fortè *Texoram*, ſeſe munierant, partim fudit, partim ad obſequium redegit. Ex quo quidem tempore ſubditorum in ſe animos ita convertit, ut illum ipſis imperare omnes uno animo gauderent. Filios genuit decem, è quorum numero ſunt *Alhakemus* ejus Succeſſor, *Almonderus*, *Abdalla*, & *Abdelgiabar*. Illi autem à Secretis fuerunt *Badr*, & *Mûſa Ben Khair*; Aulæ verò Præfecti *Aslemus Ben Abdelaziz*, *Ahmetus Ben Baca*, & *Monderus Ben Said Althuthi*. Obiit die 1. Ramdani, anno Egiræ 350. poſtquam pacatiſſimum feliciſſimumque principatum quinquaginta ferè annorum ſpatio tenuerat.

Abdelrahman Ben Mohavia Aba Almothreph, dictus *Sacr*, ex Regia *Ommiaditarum* ſtirpe *Damaſci* natus eſt. Ibi litteris operam navavit, tantúmque in iis profecit, ut in Rhetorica & Poëtica facultate vix habuerit parem: quod luculenter patet ex aliquot ejus verſibus in noſtro Codice videndis. Is cum Imperium *Ommiaditarum* ab *Abbaſidis* jam everſum intelligeret, illud in Hiſpania ſtabilire conſtituit. Quare in Africam profectus, maximo cum Barbarorum exercitu ad Hiſpaniæ confinia acceſſit; indeque, ne in dubiam imperii aleam iret, virum percallidum, nomine *Baderum*, ad Hiſpanorum animos explorandos præmiſit: qui ubi pervenit, ferè omnes ad Abdelrahmani partes adduxit. His itaque *Abdelrahmanus* ſacramento obſtrictis, copias in urbem *Almuñecar* trajecit; eoſdemque ſibi adjungens, *Cordubam* perrexit, quam victor ingreſſus, debellato Prorege *Joſepho Alphahræo*, Imperator ſalutatus eſt, annum agens quintum & vigeſimum; idque die 3. menſis Dilcadat, anno Egiræ 138. regnavitque annos triginta tres, menſes verò quatuor. *Cordubæ* tandem obiit annos natus 59. anno videlicet Egiræ 172. Chriſti 788. feriâ 3. die 24. menſis Rabii poſterioris.

Ad hæc *Abdelrahmanus* Rex, devictâ Hiſpaniâ, *Caſtellæ* Regnum vectiga-

gale fecit his pactis legibus, quarum exemplar refert *Razæus*, seu *Rasis* in libro *De Bello Hispano* his verbis. „ In „ nomine Dei misericordis. Abdelrah- „ manus Imperator Patriarchis, Mona- „ chis, Principibus cæterisque Christia- „ nis Hispanis, sive Castellæ, sive cu- „ juscunque regionis, pacem, securita- „ tem & fidem ad quinquennium polli- „ cetur, si auri decem unciarum mil- „ lia, argenti verò librarum decem „ millia quotannis persolvant; ad hæc „ decem nobiliorum equorum millia, „ totidemque mulorum suppeditent, „ additis loricis mille, mille etiam cas- „ sidibus & hastis mille. Datum *Cor-* „ *dubæ* die 3. mensis Saphari, anno „ Egiræ 142. (a)

Abdelrahman Ben Abrahim Ben Iahia Abulcassemus, vulgò *Ebn Alhakim*, ex primariis *Rondæ* civibus, doctrinâ & pietate erga pauperes insignis, ab humano commercio fugæ solitudinisque studiosissimus, decessit anno Egiræ 673. Christi 1274. feriâ 2. die 29. (corrige die 19.) mensis Gemadi prioris.

Abdelrahman Ben Abrahim Alkhazragita Abulcassemus, vulgò *Ebn Alpharas*, *Granatæ* natus est, ubi litteris, opibus & auctoritate multùm valuit. Imperandi cupidus, *Marochum* se contulit; mox nobiles factiosos sibi adjungens, rerum summâ potitus est. Nec multo post à *Nassero* Almansoris filio, per ea tempora *Granatæ* Rege, ingenti prælio superatus occubuit. Ejus cadaver ferreâ inclusum caveâ idem Rex in aliorum exemplum ad *Marochi* Portam affigi jussit. Extat in nostro Codice celeberrimum illius Poëma *De Deo*, quod in omnium ore versatur.

Abdelrahman Ben Abdalla, aliàs *Alschaili* nuncupatus, *Malacæ* nobili genere ortus est anno Egiræ 507. *Granatam* studiorum causâ se contulit, ubi omni scientiarum genere claruit. Edidit inter alia Opus *De Divinis Nominibus*; Opus Philologicum apprimè eruditum, & Carmina permulta, quorum aliqua in nostro Codice occurrunt. *Granatæ* sua morte defunctus est anno Egiræ 581. Christi 1185. feriâ 5. die 19. mensis Schabani.

Abdelrahman Ben Ahmad Aba Giaphar, cognomento *Ben Alcasiri*, *Granatensis*, magni nominis Philosophus & Jurisconsultus, *Averrois* auditor, necnon Academiæ *Cordubensis* socius. Plura Philologica, tùm solutâ, tùm strictâ oratione in vulgus emisit; præclarissimum etiam ei accensetur opus *Virorum illustrium vitas* complectens. In prælio navali apud *Tuneti* Portum à Christianis interfectus est anno Egiræ 576. Christi 1180. feriâ 1. die 15. mensis Rabii posterioris.

Abdelrahman Ben Abrahim Alansaræus, nobilis *Granatensis*, vulgò *Ebn Alphassal*, vir admodum ingeniosus ac eloquentissimus. Erat memoriâ summâ;

(a) بسم الله الرحمن الرحيم كتاب امان الملك المعظم عبد الرحمن للبطاركة والرهبان والاعيان والنصاري الاندلسيين اهل قشتالة ومن تبعهم من ساير البلدان كتاب امان وسلام وشهد علي نفسه ان عهده لاينسخ ما اقاموا علي تادية عشرة الاف اوقية من الذهب وعشرة الاف رطل من الفضة وعشرة الاف راس من خيار الخيل ومثلها من البغال مع الف درع والف بيضة ومثلها من الرماح في كل عام الي خمس سنين ۞ كتب بمدينة قرطبة ثلثة من صفر عام اثنين واربعين ومائة ۞

mâ; nulla meditationis ſuſpicione, imparatus ſemper ad ſcribendum, vel dicendum proſiluit. Plura illius Carmina cum variis Epiſtolis ad Auctorem noſtrum datis in hocce Codice leguntur: ex quibus qualis quantuſque ille fuerit, facilè intelligas.

Abdelrahman Ben Mohamad Abi zaid Ben Khaldun Hiſpalenſis, nobili loco natus, doctrinâ & dignitate ſpectatiſſimus, *Granatæ* etiam Regi percarus fuit. Edidit *Hiſtoriam Arabum*, in Tomos V. diſtributam; Commentarium in Poëma *Borda* nuncupatum, de Mahometi laudibus; Tractatum *De Logica*, ad uſum filii Regis *Granatæ*; tùm *Juris Inſtitutiones*; Opus *De Arithmetica*, aliaque non pauca Philologica, quorum aliqua in noſtro Codice ſeſe offerunt. Claruit anno Egiræ 756.

EXCERPTA
EX
PARTE X.

Abdelrahman Ben Mohamad, vulgò *Almoapheræus*, patriâ *Granatenſis*, origine *ex oppido Schaknab*, قرية شكنب من اقليم تاجرة الجبل من عمل لوشة quod eſt in ditione *Loxæ*, in territorio *Tagerat Algebel*, quæ quidem verba *Emporium Monticolarum* ſonant. Hic, ſi dignitatem ſpectes, fuit à Secretis *Ali* Hiſpaniæ Regi, *Joſephi Ben Taſphini* filio; ſi doctrinam, multarum artium vir, nempe Orator, Poëta, Juriſconſultus inſignis. Ejus in publicam utilitatem & ornamentum ſtudii præclara extant *Granatæ* monumenta, Thermæ videlicet in media urbe extructæ, ac Templum magnificentiſſimum. *Dertoſæ* Prætor creatus, ædificiis urbem amplificavit, prædiis opibuſque auxit. *Hiſpali* gravi morbo correptus, *Granatam* rhedâ vectus eſt, ubi deceſſit die 10. Schabani, anno Egiræ 518. Noſter hic Codex exhibet illius Carmina quædam & Epiſtolas.

Abdelrahman Ben Abdelmalekus Alianschatæus, patriâ *Granatenſis*, origine *Africanus*, ex urbe *Biga* باغة. Is linguæ Arabicæ peritia & eruditione adeo floruit, ut *Granatæ* Rex ei filios in diſciplinam tradiderit. Fuit tamen ille Poëta in carpendis hominum vitiis liberrimus ac mordaciſſimus. Stylo uſus eſt preſſo & nitido, quemadmodum ex Carminibus Codici noſtro inſertis planè patet. *Granatæ* peſtilentiâ periit anno Egiræ 750.

Abdelazizus, Ducis *Moyſis*, vulgò *Muſa Ben Naſsir*, filius, ob inſignes, quas retulit victorias longè celeberrimus. De hoc *Rasis*, in *Hiſtoria Hiſpaniæ* hæc prodidit. „ *Abdelazizus*, Ducis *Mu-*
„ *ſa Ben Naſsiri*, qui primus Hiſpa-
„ niam expugnavit, filius, fuſis Chri-
„ ſtianis, *Illiberim* cum oppido *Gra-*
„ *natâ*, quod Judæi incolebant, occu-
„ pavit; inde *Malacam* & *Tadmirum*
„ circumſeſſas in ſuam poteſtatem re-
„ degit. (a)

Is etiam cum Chriſtianis, quos tributarios fecerat, Fœdus iniit, cujus verba legere eſt apud *Ahmedum Ben Amira* in *Virorum Hiſpanorum illuſtrium Vitis*.

„ Conditiones pacis inter *Abdela-*
„ *zizum Ben Muſa Ben Naſsir*, & *Tod-*
„ *mirum Ben Gobdos* (Gothorum Princi-
„ pem) confectæ & ſacramento con-
„ firmatæ.

„ In nomine Dei miſericordis. *Abd-*
„ *elazizus* pacem facit his conditionibus:
„ ne *Todmirus* principatu deturbetur;
„ ne-

(a) عبد العزيز بن موسي بن نصير المنسوب اليه فتح الاندلس فتح البيرة وغرناطة اليهود مستظهرا علي النصاري ثم مالقة ثم تدمير

„ neve Chriſtianorum ullus vitâ, vel „ bonis ſpolietur; nec eorum uxorum „ filiorumque libertas, aut religio dam„ no & injuriâ afficiatur; neque templa „ incendantur, *Todmirus* verò ut urbes „ ſeptem, videlicet Orihuela, Valen„ tola, Alicante, Mula, Vacaſora (Bi„ gerra, hodie *Bejar*) Ota (vel Opta) „ & Lorca ſponte tradat; hoſtium ne„ minem hoſpitio excipiat, aſylumve illi „ concedat; & ſiquid moliri adverſarios „ acceperit, renunciet: ipſe præterea & „ nobilis quiſque nummum aureum „ unum ſingulis annis perſolvant cum „ modiis Frumenti quatuor, totidem„ que Hordei; item Defruti batos qua„ tuor, uti etiam Aceti; Mellis autem „ atque Olei batos duos penſitent. Fa„ muli verò nonniſi mediam eorum om„ nium partem perſolvant. Datum die „ 4. Ragebi, anno Egiræ 94.

„ Nomina teſtium: *Othmanus Ben* „ *Abi Abda*, *Habibus Ben Abi Obai*„ *da*, *Edriſſus Ben Maiſera*, *Abulcaſ*„ *ſemus Almozeli*. (a)

Abdelhac Ben Galeb, vulgò *Ebn Athia*, in oppido *Caſala* فسلة dicto, quod in *Granatæ* territorio jacet, natus eſt anno Egiræ 481. ubi litterarum ſtudiis ſedulam dedit operam. *Almeriæ* Præturam conſequutus eſt anno Egiræ 529. Hujus pauca extant in noſtro Codice carmina. Diem obiit in urbe *Lorca* anno 546. die 25. Ramdani.

Abdelmenemus Ben Mohamad, vulgò *Ebn Alpharas*, *Granatæ* natus eſt anno Egiræ 524. Ibi litterarum humaniorum eruditione & Juriſprudentiâ adeo claruit, ut adhuc adoleſcens complures natu majores & conſilio & judicio antecelleret. Quamobrem Prætoris honore auctus, primùm urbi *Xucar*, inde *Guadix*, mox *Jaen*, tandem *Granatæ* præfuit. Ibi fato functus eſt anno Egiræ 597. Chriſti 1200. horis promeridianis feriæ 1. die 4. Gemadi poſterioris, relictis ſcriptis non paucis, ex quorum numero ſunt: *Liber Judiciorum*, quod quinque & viginti annos agens evulgavit; *Epitome Fori Regii*; Opuſculum *De Arte Syllogiſtica*; Alterum de quibuſdam *Grammaticæ Quæſtionibus*, quibus inter ſe diſſident Academici *Baſrenſes* & *Cuphienſes*; Liber Apologeticus adversùs *Ebn Garziam*; Carmina denique varia, in noſtro Codi-

(a) نسخة كتاب الصلح الذي كتبه عبد العزيز بن موسي بن نصير لتدمير
عبدوش ۞ بسم الله الرحمن الرحيم ۞ من عبد العزيز الي تدمير انه نزل علي الصلح
وان له عهد الله وذمته ان لاينزع عن ملكه ولا احد من النصاري عن املاكه وانهم
لايقتلون ولايسبون اولادهم ولا نسايهم ولايكرهوا علي دينهم ولاتحرق كنايسهم
ماتعبد ونصح وادي الذي اشترطنا عليه ۞ انه صالح علي سبع مداين اوريوالة وبلنتلة
ولقنت ومولة وبقسرة واذة ولورقة وانه لاياوي لنا عدوا ولا يخيف لنا امنا ولا يكتم
خبر علمه وانه عليه وعلي اصحابه دينارا كل سنة واربعة امداد قمح واربعة امداد
شعير واربعة اقساط طلا واربعة اقساط خل وقسطي عسل وقسطي زيت وعلي العبد نصف
ذلك ۞ كتب في اربع من رجب سنة اربع وتسعين من الهجرة ۞ شهد علي ذلك
عثمن بن ابي عبده ۞ حبيب بن ابي عبيدة ۞ ادريس بن ميسرة ۞ وابو القاسم
المزلي ۞

dice legenda; atque in iis hoc ejus tumulo inscriptum:

Salve Superstes, qui me pietatis causâ visis.

Putasne huc me unum venisse? falleris, brevi me consequeris.

O qui bona quæritas caduca æternis neglectis, cum morieris, infelix eris.

Ergo legis cultor ille est, qui militat, vincit & salvus evadit. (a)

Abdelmalekus Ben Habib Alsalami ex oppido *Hosn Vath* حصن واط, non procul *Granatâ*, vir omni scientiarum genere excultissimus, & multorum operum Scriptor idem egregius extitit. Ferunt enim illum libros mille & quinquaginta conscripsisse, videlicet de *Ethica* VII. de *Concionibus Sacris* VII. de *Coraisitarum* Genealogia & Historia XV. de *Jure gentium & moribus* VIII. de *Matrimonio* VIII. de *Jure Utroque* in Alcoranum, ac de *Medicina* LX. de *Arte Militari* & *Equestri* XC. de *Mahometi* moribus rebusque gestis XXII. de *Arabum Genealogia*, *Legibus* atque *Studiis* XXV. de *Astrologia* & *Morborum Crisi* XXXV. de aliis denique rebus alios longè plurimos. Decessit *Cordubæ* die 3. Ramdani, anno Egiræ 289.

Abdelvahed Ben Abi Alsadad, vulgò *Albaheli*, *Malacitanus*, Jurisconsultus, & Alcorani voluminis in Regio *Malacæ* Collegio Interpres. Multa ille de Jurisprudentia atque in ejusdem Alcorani explanationem elucubravit, quorum Indicem noster hic Auctor repræsentat. Obiit *Malacæ* die 5. mensis Dilcadat, anno Egiræ 705.

Abdelrazacus Ben Joseph Alascharæus in oppido *Langerora* الانجرور, in Regno Granatensi natus, Philologus & Jurisconsultus non contemnendus. Jam senior fato functus est anno Egiræ 571. cujus Epigramma quoddam in nostro Codice legitur.

Abdelmalekus Ben Said Ben Khalaph Alansi ex oppido *Iahseb* يحصب, à *glareosa terra* ita dicto, in ditione *Illiberitana*, vir inter Arabas Hispanos cùm generis splendore & nominis famâ, tùm opibus & auctoritate facilè princeps. Ab initio Ducis *Ben Iahia Ben Gania* Almoravitæ partibus adhæsit. In oppido proximè memorato *Iahseb* arcem extruxit munitissimam, quæ præsidio sibi suisque esse posset. Hanc ut ampliorem & frequentiorem redderet, cum *Comite Marino* (fortè Præfecto Prætorio) cæterisque Christianis inducias pactus est. Variis posteà fortunæ fluctibus jactatus, dissidentibus Hispanis, *Granatæ* in vinculis miserè periit anno Egiræ 560.

Abdelaziz Ben Abdalla Alaraki, *Accitanus*, Medicus & Poëta insignis, ut ex aliquot ejus versibus in nostro Codice videndis omnino apparet. Decessit in patria anno Egiræ 715.

Abdelhac Ben Abrahim, vulgò *Ben Sabin Alachi*, *Murcianus*, egregiæ indolis certa jam inde à puero præ se tulit argumenta: quapropter amicorum consilio *Septam* se contulit, ubi Monachus factus, litterarum studiis totum se dedit. A Rege Cæsaraugustæ *Abdalla Ben Hud* Romam legatus est, ut apud Summum Pontificem, quem *Comos* قومس, id est *Comitem*, vocant, Christianorum Regem, qui fidem illi datam fefellerat, in jus vocaret. Plura litteris prodidit ad Theologiam Dogmati-

(a) عليك سلام الله يامن يسلم ورحمته ۞ زرتني تترحم ۞ اتحسبني وحدي نقلت
الي هنا ۞ ستلحق بي عما قريب فتعلم ۞ فيالمن يمسي لدنياه موثرا ويهمل اخراه
ستشقي وتندم ۞ فلاتبرحن الا بتقديم طاعة فذاك الذي ينجي غزا ويسلم ۞

ticam & Mysticam pertinentia, quorum præcipua sunt: Tractatus *De Monachorum Vocatione, Castitate & Paupertate*; Liber Apologeticus, quem ad Doctores Christianos misit, ubi ad eorum argumenta adversùs *Mahometanam* Sectam proposita respondet. *Meccæ* obiit anno Egiræ 669. Christi 1270. feriâ 4. die 9. mensis Schevali.

OMARUS BEN HAPHSUN BEN GIAPHAR BEN ARIOS, origine Christianus, in urbe *Ronda* ortus est. Is nullâ parentum laude commendatus, ut victum sibi quæreret, sartorem egit. Quâ sorte minimè contentus, ad urbem *Truxillo*, Arabibus *Turgela* طرجلة, quæ Latinis *Turris Julia*, commigravit, ubi magna moliri cœpit. Ac primùm quidem armatus audaciâ, ab ALMONDERO tunc temporis Hispaniarum Rege defecit; inde manu ad bellum comparatâ, Princeps renunciatus est. Mox occupatis *Huescar*, *Jaen*, *Archidona*, *Raia*, *Illiberi*, *Ubeda*, *Baza*, *Baeza*, *Cabra*, & *Balai* (quod munitissimum est præsidium *Cordubam* prospectans, à qua milliariis XX. distare tradit Geographus NUBIENSIS, *pag.* 165. cujusque nomen *Balai* بلى او بلاي *Vigilantia* audit) sæpenumerò prosperè adversùs Reges *Almonderum*, & *Abdallam* dimicavit: adeo ut provincias illis obnoxias, alias igne, ferroque sit populatus, alias sibi parere coegerit. In urbe *Huescar* obiit anno Egiræ 306. imperante *Abdelrahmano*, in cujus principatum *Giapharus*, inde *Solimanus*, tandem *Haphsus* ejus filii successere. Hujus meminit RODERICUS TOLETANUS in *Historia Arabum*, *Cap. XXIX.* ubi illum *Omar Habenhazon* appellat, eumque Christo nomen dedisse testatur.

ALI BEN HAMUD BEN MAIMUN ABULHASSENUS, ALNASSER LEDINALLA nuncupatus. Is, ut auctor est EBN HAJANUS *Cordubensis*, Septâ profectus, magnis collectis copiis, *Heschamo* Regi quàm celerrimè subvenit adversùs *Solimanum* Regni tyrannum, quem multis præliis victum postremò interfecit; ac rerum *Cordubæ* potitus est. *Khairanum* (is à RODERICO TOLETANO in Historia proximè laudata *Hayran* خيران dicitur) etiam Almeriæ Principem, qui *Ali* vires extimescens, bellum illi indixerat, profligavit; idque factum anno Egiræ 400. Christi 1009. feriâ 3. die 13. Gemadi posterioris. Eodem & anno sub initium mensis Dilcadat in balneo à tribus eunuchis suis per insidias interfectus est: cujus corpus *Septam* transvectum, tumulo honorifico donatur; & juxta Templum posteà conditum eo loco est, ubi *Forum Linarium* سوق الكتان. Eunuchi verò crucis supplicio affecti, sceleris pœnam luêre. De hoc disserit in citatâ *Arabum Historiâ* RODERICUS TOLETANUS, *Cap. XLI.* eum appellans *Ali Abenhamit*, pro *Ben Hamud*.

ALI, JOSEPHI BEN TASPHINI filius, cognomento ABULHASSENUS, *Mauritaniæ* & *Hispaniæ* Rex, patri in Regnum successit anno Egiræ 500. Christi 1106. feriâ 2. die 3. mensis Moharami: ad cujus similitudinem fortitudine, prudentiâ & æquitate quàm proximè accessit. *Marochi* decessit die 17. Ragebi, anno Egiræ 537. unum & sexagesimum ætatis annum agens.

ALI BEN JOSEPH BEN MOHAMAD BEN KAMASCHAT, in *Granatæ* Regis exercitu Primipilus fuit: à quo posteà ad Castellæ Regem, patris sui insistens vestigiis, descivit. A *Samuele* gente Judæo, Regis illius administro, benignè exceptus, in Christiani exercitûs Ducum ordinem cooptatur; atque ita adversùs Mahometanos diu militavit. Tandem captus à suis, crudelissimo supplicii genere interiit, ineunte Egiræ anno 711.

ATICUS BEN AHMAD ALGASSANI ABA BA-

Bakervs, vulgò *Ebn Alpharra*, origine *Accitanus*, ortu *Granatensis*, Jurisconsultus & Chronographus non imperitus. Oppido *Almuñecar* ad Tempus præfuit. Scripsit *Granatæ Regum Annales*, & Commentarium in Poëma *De Medicina* ab *Avicenna* editum. Diem obiit anno Egiræ 690.

Ali Ben Mohamad Ben Tavbat, Juris scientiâ & variâ eruditione conspicuus, *Granatæ* præturam gessit, ubi anno Egiræ 447. pontem struxit, à quo posteà *Cantharat Alcadi* قنطرة القاضي nomen invenit.

Ali Ben Omar Ben Adha Abvlhassenvs, origine *Persa*, sede & scholâ *Granatensis*, Medicus & Jurisconsultus insignis, *Granatæ* bis præfuit. Scripsit Opus Philologicum multiplici eruditione ornatum, cui titulus *Animorum Pastus* قوت النفوس. Ibidem decessit anno Egiræ 540.

Othmanvs Ben Iahia Alcaisi, *Malacæ* ex pernobili familia *Ben Mandhur* Hispalensis ortus. Vir sanè incomparabilis, variisque disciplinis exultus, Philosophiam, Medicinam, Jurisprudentiam *Malacæ* professus est; inde Prætoris munere in urbe *Velez Malaga*, *Comares*, & *Moltemesa* ملتماس perfunctus. Edidit verò Opus plura *Quæsita Grammatica* complectens; aliud *De Hæreditate*; item aliud *De Mensuris Hispanis*. Obiit anno Egiræ 735. Christi 1334. feriâ 3. die 25. mensis Dilhagiat.

Ali Ben Ahmad Almadhagævs ex urbe *Moltemesa*, quæ ad *Velez Malaga* territorium pertinet, doctrinâ & pietate in pauperes clarus, edidit Tractatum *De Jure Civili*, & Commentarios in Librum *De Jure Canonico*, Tomis XIII. comprehensos. Decessit in urbe *Velez* anno Egiræ 746.

Ali Ben Abdalla Algezami, vulgò *Alnabahi*, *Malacitanus*, summus Scriptoris nostri amicus, litteris variisque honoribus claruit. Regius enim Concionator fuit, & *Granatæ* Prætor. Nec paucis ingenii monumentis rem litterariam locupletavit: ex quibus plura tùm solutâ, tùm strictâ oratione in nostro Codice occurrunt.

Ali Ben Ahmad Ben Khalaph Abvlhassenvs, vulgò *Albadisch*, *Granatensis*, Utriusque Juris Doctor & Professor, qui multa de re Grammatica edidit; Grammaticorum etiam principes doctis commentationibus illustravit. *Granatæ* decessit anno Egiræ 528.

Ali Ben Mohamad Ben Doria, patriâ *Granatensis*, origine *Toletanus*, Alcorani Interpres in Regio *Granatæ* Collegio, & pietatis & pacis insignis fuit cultor. Obiit *Granatæ* die 5. Ramdani anno Egiræ 520.

Ali Ben Omar Alcanani Alkigiathi *Bazæ* natus est anno Egiræ 650. multiplicis litteraturæ vir & Scriptor eximius. *Granatæ* litteras humaniores, & Jurisprudentiam prælegit; in Regia Granatensi Curia per plures annos Assessoris munus exercuit. Ex variis quæ posteritati reliquit monumentis, extant in nostro Codice Poëma & Epicedium. Fato functus est anno Egiræ 730. Christi 1329. ad vesperas feriæ 6. die 29. mensis Dilhagiat.

Omarvs Ben Abdelmagid Alazadita, vulgò *Alrondi*, *Rondæ* honestis parentibus ortus est anno Egiræ 547. Grammaticus fuit nobilis & Chronographus Regius. De Grammatica edidit opus tripartitum, ubi præcipuè de Grammaticorum discrepantia, eorumque Librorum delectu differitur: prætereà scripsit *Bibliothecam Arabico-Hispanam*, quam morte præreptus absolvere non potuit. Mortuus est in patria sua anno Egiræ 616. Christi 1219. matutinis horis feriæ 6. die 20. mensis Rabii posterioris.

Oth-

Othman Ben Said, vulgò *Alsairaphi*, *Cordubensis*, Alcorani Explanator celeberrimus, natus anno Egiræ 371. obiit die 15. mensis Schevali, anno Egiræ 444. in urbe *Denia*, ubi Codicis *Traditionum* Interpres fuit.

Ali Ben Ahmad Ben Said Ben Hazam, origine *Persa*, nobili genere natus est *Cordubæ* anno Egiræ 384. Hujus meminit Scriptor *Abu Marvan Ben Haian Cordubensis*, & Historicus *Alhomaidæus* in sua *Bibliotheca Hispana*, ubi *vir ingeniosus*, *eruditus & summus Jurisconsultus* appellatur. Præterea ferunt, eum volumina CD. multiplicis argumenti conscripsisse: quorum nonnulla in nostro Codice referuntur, videlicet Opera Philosophica, Juridica, Theologica, Dogmatica adversùs Christiânos & Judæos & alia id genus, quæ apud Mahometanos maximo sunt in pretio. Aliquot etiam illius carmina noster Codex exhibet, quorum si artem & sententiarum acumen spectes, eum paucis comparandum censeas. Obiit anno Egiræ 456.

Ali Ben Mohamad Abalhassanus, vulgò *Ebn Alsaiegh*, *Hispalensis*, Grammaticus, Theologus & Jurisconsultus peritissimus, Theologiam, ac Jurisprudentiam in patria summa cum laude docuit. Decessit anno Egiræ 680. annos natus septuaginta.

Ali Ben Mohamad Ben Abdelhac, cognomento *Ben Alsabagh*, natus est *Granatæ* anno Egiræ 706. ubi multiplici eruditione & Juris scientiâ quàm maximè claruit; & Curiæ Militaris Præses fuit. Hujus varia carmina in nostro Codice reperias. Vitam implevit die 20. mensis Ramdani, anno Egiræ 758.

Ali Ben Mohamad Abulhassenus Alansaræus, vulgò *Ebn Alciab*, *Granatæ* ortus est die 3. Gemadi prioris, anno Egiræ 663. Is omni scientiarum genere floruit, atque in primis Orator idem & Poëta nobilis extitit, necnon magni nominis Jurisconsultus. Quamobrem apud Granatæ Reges maximos promeruit honores; pluraque civilia munera per annos quinquaginta administravit. Ejusdem variis de rebus carmina in nostro Codice occurrunt lectu digna. Decessit anno Egiræ 749. Christi 1348. ad vesperas feriæ 3. die 23. mensis Schevali.

Ali Ben Musa Ben Said natus in oppido *Calat Iahseb* قلعة يحصب, nempe *Alcala la Real.* Is ut viros doctos audiret, Africam, Ægyptum, Asiam, peragravit; atque ibi diligenter observata memoriæ posteà prodidit. Præcipua ejus opera sunt *Historia Naturalis* & *Litteraria*, in plures tomos divisa; tùm *Bibliotheca Granatensis*; & *Rerum Hispanarum Historia*, præter carmina complura in nostro Codice videnda. Obiit *Tuneti* anno Egiræ 685. octogesimum ætatis annum agens.

Ali Ben Abdelrahman Ben Givdi Alcaisi, *Cæsaraugustanus*, magni Philosophi *Abi Bakeri Ben Alsaiegh Ebn Bageh*, quem Latini *Avempace* appellant, auditor, eruditione & veterum Philosophorum doctrinâ clarus. *Granatæ* obiit anno Egiræ 530. relictis de vario disciplinarum genere Scriptis doctissimis.

Omarus Ben Khalaph Abu Ali ex oppido *Salas* شالش, Scriptor insignis, edidit *Bibliothecam virorum*, *qui Arte Oratoriâ claruerunt.* Nonnulla ejus Carmina in nostro Codice occurrunt. Supremum obiisse diem fertur anno Egiræ 610.

Ali Ben Mohamad Ben Ali Ben Haidham Abulahsenus, *Hispalensis*, doctrinâ & scriptis nobilissimus, Regibus *Granatæ* fuit à secretis. Aliquot illius orationes & carmina apud Scriptorem nostrum reperias. *Marochi* decessit anno Egiræ 666. Christi 1267. feriâ 4. die 24. mensis Ramdani.

Ali

Ali Ben Mohamad Ben Albana, *Accitanus*, magni nominis Poëta, ut ejus carmina in nostro Codice relata planè demonstrant. Pestilentiâ extinctus est die 4. mensis Schabani, anno Egiræ 750.

Ali Ben Mohamad Alabadarita, vulgò *Alvarad*, *Malacæ* natus die 23. mensis Dilhagiat, anno Egiræ 681. litteris & pietate claruit. Hujus carmina non pauca in nostro Codice recensentur. *Granatæ* mortuus est anno Egiræ 760.

Ali Ben Abrahim Ben Ali, vulgò *Ebn Alcaphas*, *Granatensis*, Jurisconsultus gravissimus, *Hispaniæ Annales Ben Haiani* in epitomen contraxit. Natus anno Egiræ 555. obiit anno 632. Christi 1234. feriâ 4. die 19. (lege 14.) mensis Dilhagiat.

Ali Ben Mohamad Ben Abrahim Ben Abdelrahman Aldahac, vulgò *Ben Albacri*, *Granatensis*, Utriusque Juris Doctor atque Professor, complura edidit opera, quorum Indicem exhibet noster Codex; ea verò sunt: Opera Ascetica, in Tomos XII. digesta, quorum inscriptio *Deliciæ Justorum*; *Mahometi Vita*, Tomis duobus comprehensa; Opus *De Methodo studendi*, in XXX. Partes divisum; *De Jure Civili & Canonico* Tomi XV. *De Theologia Mystica* Tractatus duplex; Opusculum *Ad Discipulos Monita* complectens; Tractatus varii *De Deo, ejusque verbo scripto ac tradito*. Anno Egiræ 557. urbem *Guadix* petens, in itinere periit.

Ali Ben Abdalla Ben Zacharia Abulcasssemus, *Granatensis*, professione Medicus, cæterarum verò disciplinarum non ignarus. Obiit anno Egiræ 611.

Ali Ben Ahmad Ben Mohamad Alhasni è Regno *Malacitano*, natus in oppido *Petrosis* دطرشيش in territorio *Moltemesa* ad Orientale latus exposito, *Granatam* coluit, ubi Oratoriam & Poëticam Artem professus est. Scripsit Historiam *Meccæ*, tùm Carmina, quorum specimen Auctor noster adducit. *Malacæ* extinctus est anno Egiræ 750.

Ali Ben Ahmad Abulhassenus Algassani, *Accitanus*, Jurisconsultus insignis, necnon Orator & Poëta celeberrimus, edidit Commentarios in *Opera Canonica* Doctoris *Ben Maleki*, in Tomos X. distributos; Tractatum *De Divinis Nominibus*; atque Opera *Philologica* tùm solutâ, tùm strictâ oratione. Cecidit in acie anno Egiræ 609. die 5. Rabii posterioris.

Ali Ben Saleh Ben Abilaith, vulgò *Ben Azzelnas*, *Dertosæ* natus est anno Egiræ 508. Juris scientiâ excultissimus, scripsit de *Theologia Mystica* Tractatus plures. *Deniæ* interfectus est die 4. Ramdani, anno Egiræ 566.

Ali Ben Ahmad Algapheki Septæ nobili genere ortus est anno Egiræ 571. Christi 1175. feriâ 5. die 6. Ramdani. In antiquitatum monumentis versatissimus fuit: adeo ut *Historicum Promptuarium* non immeritò diceretur. *Malacæ* ad aquas damnatus, interiit anno Egiræ 649. Christi 1251. feriâ 5. die 29. mensis Ramdani.

EXCERPTA
EX
PARTE XI.

Omarus Ben Ali Ben Aphrun Alkalbita ex oppido *Montefrio* منتفردبن in *Granatensi* territorio, Regii Ærarii Præfectus, universæ Rei Bellicæ Curator. Obiit anno Egiræ 744.

Ali Ben Iahia Alphazari, *Malacitanus*, gente barbarus, dignitate Quæstor, moribus integerrimis, ad hæc Poëticâ facultate clarus, plura composuit carmina, quorum aliqua legere est in nostro Codice. *Malacæ* pestilentiâ periit anno Egiræ 750.

Omar

Omar Ben Ali Ben Atik, vulgò *Alcarsita Granatæ* natus eſt anno Egiræ 667. Primùm Aulam, deinde Militiam ſequutus eſt; tandemque *Suphitarum* inſtituto nomen dedit, ac Deo & litteris ſe totum tradidit. Scripſit varia opera Aſcetica, in quorum numero recenſentur Tractatus de Vita Monaſtica, inſcriptus *Lux prodiens*; & alia id genus verſibus expreſſa. Ejus obitus cadit in annum Egiræ 744.

Ali Ben Abdalla Alnomairi, vulgò *Alscheschteri*, ex oppido non procul ab urbe *Guadix*, cui nomen *Schester* ششتر, parſimoniâ, pietate & doctrinâ inſignis, edidit opus, in quo *viro Mahometano quidquid credendum agendumve* proponitur; aliud *De vera Vocatione ad vitam Monaſticam ejuſque Indiciis*; ſimiliter complures Epiſtolas Encyclicas, ac varia Poëmata, quorum nonnulla in noſtro Codice occurrunt. Deceſſit in urbe *Damiata*, anno Egiræ 708. Chriſti 1308. feriâ 2. die 17. menſis Saphari.

Ascher Ben Mohamad Ben Margia Alansaræus in oppido *Baeza* nobili ſtirpe ortus eſt anno Egiræ 486. Juris Utriuſque ſcientiâ ita claruit, ut *Valentiæ*, *Granatæ*, *Murciæ* Prætoris munere perfunctus ſit. *Canonum Collectionem* edidit doctis annotationibus illuſtratam; etſi opus non abſolvit. *Sætabi* diem obiit anno Egiræ 569.

Aiadh Ben Musa Aliahsi Abulphadl, notior *Alcadi Aiadh* nomine, *Septæ*, ut ipſe memorat, claris ortus eſt parentibus die 15. menſis Schabani anno Egiræ 476. Is eloquentiâ, Juriſprudentiâ, multiplici eruditione & ſcriptis egregiis, vel ex doctiſſimorum hominum ſententiâ, parem ævo ſuo neminem habuit. *Septæ* Utrumque Jus prælegit; urbique plures annos præfuit. *Marochi* obiit anno Egiræ 544. Chriſti 1149. feriâ 5. die 9. menſis Gemadi poſterioris. Ejus verò Scriptorum habes hîc Indicem.

„ Opus, *Sanitas* inſcriptum, in „ Partes ſex digeſtum, *Mahometi* vitam „ & mores complectens; *Commentarii* „ *in Opera Canonica Doctoris Moslemi*, „ XXIX. Partibus comprehenſi; Tra„ctatus *De Juriſprudentia*, cum vario„rum notis, in Partes X. diviſi; Volu„mina quinque *De Utroque Jure ad* „ *mentem Maleki*; Opus *De Sectæ Ma*„*hometanæ Veritate*; alterum *De Hi*„*ſtoriæ Fide & Regulis*; tùm *Bibliotheca* „ *Virorum illiuſtrium*, in Tomos II. di„ſtributa; *Collectio Traditionum*, in Par„tes VI. digeſta, quæ *Luminum Ortus* „ inſcribitur; Opuſculum *De Viri hone*„*ſti Officio*; præterea *Septæ Hiſtoria*; „ Volumen *De ſcribendarum Epiſtola*„*rum ratione*; Tractatus *De Judicum* „ *Studiis & Moribus*; poſtremò *Colle*„*ctio Deciſionum Legalium*, ubi de Se„natûs *Cordubenſis* Decretis & aliorum „ Juriſconſultorum placitis. (a)

Ocai-

(a) تواليفه ۞ كتاب الشفي بتعريف حقوق المصطفي ستة اجزاء ۞ كتاب اكمال المعلم في شرح مسلم تسعة وعشرين جزاء ۞ كتاب المستنبطة علي الكتب المدونة والمختلطة عشرة اجزاء ۞ كتاب ترتيب المدارك وتقريب المسالك لمعرفة اعلام مذهب ملك خمسة اسفار ۞ كتاب الاعلام بحدود قواعد الاسلام ۞ كتاب الالماع في ضبط الرواية وتقييد السماع ۞ كتاب المعجم في الشيوخ في سفرين ۞ كتاب مشارق الانوار علي صحيح الاثار ستة اجزاء ۞ المقاصد الحسان فيما يلزم الانسان ۞

Ocaiel Ben Athia Alcodhai, cognomento *Abulmagedus*, *Dertusensis*, Jurisconsultus admodum peritus, variâ etiam eruditione clarus, edidit *Hispaniæ Annales*, & Commentarios in Opera Academica celeberrimi *Alhariri*; tùm varii argumenti Carmina, quorum specimen in nostro Codice legitur. Hujus mortem Scriptores referunt ad annum Egiræ 608.

Assemus Ben Zaid Ben Iahia Alabadita, vulgò *Aba Almakhschabi*, *Illiberitanus*, Tribunus militum, Poëta ingeniosus & acutus, sed mordacissimus habitus est. Quod ei posteà exitio fuit; nam, ut refert Scriptor *Razæus*, seu *Rasis* in *Hispaniæ Annalibus*, quum Satyram in Principem *Heschamum* scripsisset, distortos ejus oculos irridens, in carcerem conjectus est, ubi exectâ linguâ, & insuper admoto candente ferro, oculorum lumine orbatus est. Obiit anno Egiræ 180. Illius extant in nostro Codice Poëma & Epigramma in laudem Regis *Abdelrahmani*.

Isa Ben Mohamad, vulgò *Abulasbagh*, *Illiberitanus*, Jurisconsultus non contemnendus, scripsit *Historiam Jurisperitorum Illiberitanorum*. Ejus obitus in annum Egiræ tertio supra quadringentesimum incidit.

Isa Ben Mohamad Alamvi, aliàs *Aba Musa* nuncupatus, ex oppido *Loxa*, domicilio & disciplinâ *Granatensis*, Medicus Regius, inde *Loxæ* Prætor fuit. Egregium edidit opus de Medicina, in plures Tomos distributum, cui titulus *Clavis Corporum curandorum* مفتاح في علاج الجسوم. *Granatæ* decessit anno Egiræ 728. Christi 1327. feriâ 6. die 25. mensis Gemadi posterioris.

Galebus Ben Abi Bakerus Hadhramita, vulgò *Ben Alascari*, *Granatensis*, vir strenuus ac rei militaris Dux peritissimus fuit: qui, imperitante Granatæ Rege *Abulvalid*, ipsius consanguineo, præclaris tùm facinoribus, tùm stratagematis innotescere, mirisque modis Regnum amplificare cœpit. *Granatæ* diem obiit anno Egiræ 727. Christi 1326. ad vesperas feriæ 5. id est feriâ 4. die 22. mensis Schevali.

Galebus Ben Abdelrahmanus Abu Bakerus Almoharebi, *Cordubensis*, Jurisprudentiâ & Temporum doctrinâ claruit. Natus anno Egiræ 441. mortuus est anno 518. Christi 1124. feriâ 5. die 24. Gemadi posterioris. Hujus meminere *Alhomaidæus*, ejusque Discipulus *Ben Amira*.

Galebus Ben Hassenus Abu Tamam Alkhazaii Hispanus, in oppido *Zanita* زنيتة (quod ad urbem *Guadilaschta* وادي لشتة spectat, quam Auctor ait *jacere in ditione Constantinæ*) natus est anno Egiræ exeunte 653. Hic præter eximiam doctrinam, quâ erat ornatus, opibus & auctoritate in iis locis maximè valuit. Quum autem potior illius regionis pars in Christianorum potestatem venisset, *Granatam* secessit; ibique plura & quidem culta prædia habuit, quæ Scriptoris nostri tempore *Suburbium Sericariorum Mercatorum* ربض البيازرين vocitabantur. Scripsit librum contra *Cantiones vulgares amatorias*. E vita migravit die 10. Schevali, anno Egiræ 733.

Galebus Ben Ali Ben Mohamad Ascuri, aliàs *Abu Tamam* dictus, *Grana-*

الانسان ۞ كتاب في اخبار سبتة ۞ كتاب غنية الكاتب في الصدور والترسيل ۞
كتاب سر السراة في اداب القضاة ۞ جمع الاحكام واوامر القرطبيين مع اجوبة
غيرهم ۞

natenſis, adoleſcens *Cairum* profectus eſt, ubi totus in Medicinæ ſtudium incubuit; inde ad patriam reverſus, Archiater delectus fuit: poſteà verò à Rege *Feſſæ* arceſſitus, Tributis ibidem præfuit. *Septæ* interiit anno Egiræ 741. relictis non paucis de *Medicina* libris præclariſſimis.

Faragius Ben Ismail Ben Joseph Ben Nasser Abu Said, filius Regis *Malacæ Abi Abdalla*, alio nomine *Algalebi Billa* nuncupati, Dux fortiſſimus, cujus res præclarè geſtæ in Epitaphio, quod in noſtro Codice legitur, deſcribuntur. Hîc eum invenias natum eſſe anno Egiræ 646. Chriſti 1248. feriâ 6. die 8. menſis Ramdani; mortuum verò anno 720. Chriſti 1320. ad veſperas feriæ quintæ, id eſt feriâ 4. die 14. menſis Rabii prioris.

Alphath Ben Ali Ben Ahmad, vulgò *Aba Nasser Ben Khacan*, *Hiſpalenſis*, ex loco *Sakhrat Alualadi* صخرة الولد dicto, Orator ornatiſsimus, Poëta tamen inferioris notæ fuit: quod ex ejus aliquot verſibus in noſtro Codice relatis maximè patet. *Marochi* interfectus eſt anno Egiræ 529. Chriſti 1134. feriâ 1. die 22. Moharami. Inter egregia, quæ edidit opera, recenſetur Bibliotheca Arabico-Hiſpana, *Torques aureus* قلايد العقيان inſcripta, quæ cùm in noſtra Eſcurialenſi Bibliotheca, tùm etiam in Regia Pariſienſi extat.

Faragius Ben Cassem Ben Ahmad Ben Lebi Abu Said Granatenſis, Theologus & Juriſconſultus eximius, Canones in Regio *Granatenſi* Collegio prælegit, cujus poſteà Præfectus fuit. Aliquot ejus carmina in noſtro Codice occurrunt. Obiiſſe eum tradit *Asiuthæus*, ut ex Nota margini adſcripta conſtat, anno Egiræ 733.

Fadhl Ben Mohamad Abulhassenus Almoapheri in Hiſpaniæ Orientalis regione ortus eſt anno Egiræ 607. Juris Utriuſque Doctor & Profeſſor, pietatis famâ inter ſuos maximè claruit. *Granatæ* diem obiit anno Egiræ 699.

Cassem Ben Abdalla, vulgò *Ben Alschath*, *Septanus*, Juriſconſultus inſignis, edidit Tractatus varios ad *Juriſprudentiam* pertinentes; *Juriſconſultorum* item *Bibliothecam*. Deceſſit verò *Septæ* anno Egiræ 723. plus quam octogenarius.

Suarius Ben Hamdun, unus ex Arabum proceribus qui Hiſpaniam incoluerunt, natus eſt in oppido *Carbazana* قربسانة in *Granatenſi* ditione. Hic manu fortis & belli peritus, magnas res ſecundâ geſſit fortunâ. Perſas, Syroſque Hiſpanos ita ſubegit, ut Arabica factio, cujus Dux erat, quoad ipſe vixit, ſuperior uſque floruerit. Quum autem ille ab *Omaro Ben Haphsun* in urbe *Illiberi* fuiſſet interfectus, anno nempe Egiræ 277. Arabum vires multùm ſunt imminutæ. Ferunt autem *Suarium* plures in Hiſpania urbes vel condidiſſe, vel conditas amplificaſſe. Namque urbem *Alhamra* الحمرا, vulgò *Alhambra*, Arabibus Campeſtribus colendam conſtruxit; ut & *Bazam* بسطة, Genti Cahthanitarum; *Mancheſam*, منشقة Genti Athaphitarum; *Guadix* Samitarum familiæ; poſtremò *Jaen*, & *Meſram*, fortè *Mazarron* ميسرة, cæteris Arabibus. Hujuſmodi ergo ſunt Arabum Coloniæ in Hiſpania à *Suario* eorum Principe conſtitutæ.

Hîc verò obiter annotare placuit, *Alhambra*, Arabibus *Medinat Alhamra*, id eſt *Civitas Rubra*, inde appellatam fuiſſe, ut Scriptor noſter animadvertit, quòd noctu ad lumina candelarum ædificata ſit.

Solimanus Ben Alhakemus, Hiſpaniarum Rex, *Almostain Billa* nuncupatus, electus eſt anno Egiræ 399. Chriſti 1008. feriâ 5. die 6. menſis Schevali. Fuit ille Princeps rectæ mentis, Ora-

Orator ac Poëta præstantissimus, ut ex ejus Poëmate, quod in nostro Codice occurrit, satis liquet. Tandem ab *Ali Ben Hamudo*, gente Barbaro, interfectus est sub finem mensis Moharami, anno Egiræ 407.

Solimanus, *Abdelrahmani* Hispaniarum Regis, hujus nominis primi, filius, cognomento *Abu Aiub*, Princeps animi fortitudine & multiplici eruditione insignis, plura bella adversùs *Heschamum* fratrem suum, qui ad Regium solium evectus erat, strenuè gessit. Denique bis prælio superatus, à Rege *Alhakemo*, Heschami filio & successore, anno Egiræ 185. interfectus est.

Saidæus Ben Soliman, vulgò *Alsadi*, laudati supra *Suarii* amicus, & Arabicæ factionis Dux. Is, præter summam scientiæ militaris peritiam, Rhethoricâ & Poeticâ Arte præcelluit, quod apertè demonstrat ejus Poëmation, in *Suarii* laudem editum, cujus initium in nostro Codice reperias. Tandem ob fœminam, quam deperibat, atque in domum mulieris Hebrææ convenire assueverat, ex insidiis ibidem interfectus est die 9. mensis Dilcadat, anno Egiræ 284.

Sahl Ben Mohamad Ben Malekus Abulhassenus Granatæ familiâ perillustri ortus est anno Egiræ 559. Hic in omni doctrinæ genere exquisitè versatus, parem etiam Rhetoricæ ac Poëticæ facultatis peritiam nactus est. Plura ejusdem extant carmina in nostro Codice, item plures Epistolæ pereleganter conscriptæ. Scripsit prætereà de Re Grammatica, ac de Utroque Jure; ejus tamen carmina, quæ multa & varia sunt, ob styli nitorem, & sententiarum venustatem in primis celebrantur. *Granatæ* fato functus est die 15. mensis Dilcadat, anno Egiræ 639.

Solimanus Ben Salem Abulrabii, origine *Valentinus*, natus est *Murciæ* anno Egiræ 565. die 3. Ramdani. Scriptor fuit magni nominis, miles etiam fortissimus. Edidit opera complura Philologica & Historica, quorum Indicem unà cum ejus carminum specimine in nostro Codice invenias. In prælio, quod Christiani adversùs Mahometanos in loco quodam ab urbe *Alanis* انيشة milliaribus VII. dissito commisere, occubuit anno Egiræ 634. Christi 1236. feriâ 5. die 20. mensis Dilhagiat.

Salmun Ben Ali Abulcassemus, *Granatensis*, Jurisconsultus clarissimus, urbis *Granatæ* Prætor, edidit opus *De Hæreditate* præstantissimum. Floruit anno Egiræ 685.

Salem Ben Saleh Ben Ali Alhamdani, cognomento *Abu Amru*, *Malacitanus*, qui, teste Scriptore *Abu Giapharæo* in *Malacæ Annalibus*, bonis Artibus & variâ eruditione fuit excultus. *Malacæ* obiit anno Egiræ 620. Christi 1223. feriâ 2. die 6. Ramdani.

Heskhamus Ben Mohamad Ben Abdalla Abu Bakerus, aliàs *Almotad* appellatus, *Almortadæi* Regis frater, & *Ommiaditarum* Rex ultimus, *Cordubæ* Rex salutatus est anno Egiræ 418. Christi 1027. feriâ 1. die 26. mensis Rabii posterioris; Regnum abdicare coactus anno 422. Christi 1030. feriâ 2. die 12. mensis Dilhagiat. Obiit verò annos natus LXIV. Egiræ 428. mense Spharo.

Iahia Ben Ali, vulgò *Ben Gania Alserrani*, Princeps animi fortitudine & rei militaris peritiâ celeberrimus, cujus præclarè gesta prætermittere nefas duxerim. *Cordubæ* natus, Litterarum, Armorumque disciplinis optimè institutus est. Tantâ flagrabat bellandi cupiditate, ut uxorem, quam ob singularem formam adamabat, ne armorum exercitationibus impedimento esset, dimiserit. *Astigi* urbi, dominantibus in Hispania *Almoraviditis*, præfuit. *Valentiam*, *Braccaram* & *Olyssiponem* à Rege Ra-

Ranimiro obsessas obsidione liberavit, non minùs prudentiâ quàm felicitate usus. Quo factum ut *Taschphinus* Rex, *Ali* filius, qui ad delendam exterorum factionem numerosum exercitum collegerat, eum omnibus suis copiis præfecerit. Itaque virum audacissimum & bellicosissimum nomine *Ben Hamdin*, qui *Cordubam* & *Hispalim* expugnaverat, fudit atque in fugam egit turpissimam. Hinc eas urbes, atque oppida plura alienata, ut *Marchenam* مرشانة, *Andujar* & alia validissima propugnacula Almoraviditis restituit. Anno Egiræ 540. die 10. mensis Dilhagiat quum Christiani, auctore & duce *Ben Hamdino*, *Cordubam* occupassent, ferro incendiisque omnia vastantes; & Almoraviditarum Imperii ruinam jam jam imminentem *Ben Gania* cerneret, *Granatam* secessit: ubi fato functus est anno Egiræ 543. Christi 1148. feriâ 5. die 10. mensis Schabani.

Joseph Ben Taschphin Ben Abrahim Ben Taucurat Alsanhagi Allamtuni Abu Jacob, Mahometanorum Imperator, Africæ & Hispaniæ Rex potentissimus, urbem *Marochum*, cujus prima jecerat fundamenta anno Egiræ 424. perfecit anno Egiræ 465. Quum autem ob factiones inter Arabum Principes exortas intestinis ardente bellis Hispaniâ, *Alphonsus* Rex multis victoriis superior, oppida non pauca imperio suo adjecisset, ac Bætica cæterisque adjacentibus locis potitus esset: *Rex Ebn Abad*, aliique Principes tot malis adeo sunt perterriti, ut auxilia à *Josepho Ben Taschphin* petierint. Qui ex Africa in Hispaniam exercitu trajecto, Christianis bellum intulit; superatoque *Alphonso* Rege, & subactis Nationum Principibus, bellandi finem fecit, & universam pacavit Hispaniam.

Ferunt *Alphonsum* Regem *Josepho Ben. Taschphino* scripsisse Epistolam, cujus exemplar, quod in nostro Codice occurrit, hujusmodi est: „ *Alphonsus* „ Imperator Regi *Josepho Ben Taschphino*. Equidem hoc tibi certò compertum est, me Christianorum esse „ Regem, perinde ac tu Mahometanorum es. Neque te latet, quàm parùm sint soliciti Arabum Reges de „ Hispaniæ Regno administrando; quippe qui rebus omnibus posthabitis, otio „ tantùm & voluptatibus vacant. Idcircò ego illos plurimis damnis sæpiùs „ afficere non vereor, domos evertens, „ omnia miscens, pueros, virginesque „ captivos abducens, & juvenes trucidans. Quapropter non est cur eos à „ tantis malis eripere negligas; maximè „ quum hæc animo tuo tanquam certa „ hæreat penitùs sententia, quod vel „ unus vestrûm valeat cum decem è „ nostris depugnare, tum etiam quod „ quisquis Mahometanus occubuerit in „ prælio, ille ad cælum evolet, nostri „ verò in ignem decidant. At secùs profectò se res habet; siquidem maximas „ de vestris non semel victorias, Deo „ favente, reportavimus. Jam diu accepi, te maximo exercitu conscripto, iter „ in Hispaniam parare; sed incertus „ sum, metusne, an tua te falsa remoretur fides. Quod si venire non possis, pugnæ locum delige; ego quidem præstò adsum. Si tibi obtigerit „ victoria, rerum summâ potieris; sin „ mihi, jus in utramque nationem obtinebo, utriusque potiar Imperio „. Continuò pergit Auctor his verbis: „ Josephus Rex, lectâ epistolâ, hæc respondere jussit: *Videbis, Alphonse*, „ *Deo bene juvante, quod nunquam audisti*„. Intereà ingentem exercitum traducens, in Hispaniam venit. Cui *Alphonsus* obviam prodiit anno Egiræ „ 477. feriâ 7. die 15. mensis Ragebi; „ commissoque prælio, magnis utrinque animis pugnatum est. Alphonsus supe-

„ ra-

„ ratur; & multis vulneribus acceptis, „ in fugam turpiter conjectus est. Josephus ergo, rebus Hispaniæ sedatis „ compositisque, Hispaniarum Rex salutatus est; inde *Marochum* petiit, ubi „ supremum diem obiit anno Egiræ 500. „ feriâ 7. die 1. Moharami. (a)

Similis occurrit Epistola apud GREGORIUM ABULPHARAGIUM, *pag.* 277. quam ALPHONSUS octavus ad JACOBUM BEN JOSEPHUM BEN ABDELMUMEN scripsisse traditur anno Egiræ 591. Christi 1194.

JOSEPH BEN MUSA BEN SOLIMAN ALKHAZAMI, vulgò ABULHAGÆUS, ex urbe *Ronda*, vir ingenio, doctrinâ, scriptis egregiis ac morum suavitate clarissimus, vixit anno Egiræ 761. De re *Historicâ* & *Philologicâ* Volumina confecit XXX. *Marbellæ* & *Rondæ* ad tempus præfuit. Varia illius tùm Carmina, tùm Epistolæ in nostro Codice occurrunt.

IAHIA BEN OBAIDALLA BEN KATHIR ALMASMUDI *Cordubæ* natus est anno Egiræ 287. Juris scientiâ adeò claruit, ut Præturas *Illiberis*, *Begianæ*, *Jaen*, & *Toleti* obtinuerit. Obiit anno 367. Christi 977. feriâ 2. die 8. mensis Ragebi.

JAHIA BEN ABDELRAHMAN BEN RABII ALASCKARITA, vulgò ABU AMER, *Malacitanus*, unus ex summis Hispaniæ Doctoribus, & Sectæ Mahometanæ egregius Defensor, in Regio *Granatensi* Gymnasio studiis præfuit; inde *Cordubæ* & *Granatæ* Præturam adeptus est. Tandem supremum diem obiit *Malacæ* anno Egiræ 637.

IAHIA BEN AHMAD BEN HAZIL ABU ZACHARIA, nobilis *Granatensis*: quem non solùm antiquitas generis & gloria majorum, verùm etiam multiplex scientia-

(a) من الامير ادفونش الي الامير يوسف بن تشفين ۞ اما بعد فلا خفا عنك اني امير الملة النصرانية كما انك امير الملة المسلمة ۞ ولم يخف عنكم ما عليه رؤساكم بالاندلس من التخاذل والتواكل واهمال الرعية والاخلاد الي الراحة ۞ وانا اسومهم سوء الخسف واخرب الديار واهتك الاستار واقتل الشبان واسبي الولدان ۞ ولا عذر لك في التخلف عن نصرتهم وانتم تعتقدون ان الله فرض علي كل منكم قتال عشرة منا ۞ وان قتلاكم في الجنة وقتلانا في النار ۞ ونحن نعتقد ان الله اظفرنا بكم واعاننا عليكم ۞ وبلغنا عنك انك في الاحتفال علي نية الاقبال ۞ فلا ادري اكان الخوف يبطي بك ام التكذب لما نزل عليك ۞ فان كنت لا تستطيع الجواز فانتخب لك مكان القتال ۞ وانا اجوز اليك ۞ فان غلبتني فتلك غنيمة جلبت اليك ۞ وان غلبتك كانت لي اليد العليا علي الملتين واستكملت الامارة ۞ فلما قرا يوسف كتابه امر له بهذا الجواب يا ادفونش ما تراه لا ما تسمعه انشا الله ۞ فجمع العساكر وجاز بها الي الاندلس ۞ فلاقاه ادفونش يوم السبت منتصف رجب من عام سبعة وسبعين واربع مائة ۞ ووقع الحرب واقتتلوا قتالا شديدا ۞ فانهزم ادفونش اقبح هزيمة واصابته جراحات ۞ اما الامير يوسف بعد ما سكن واصلح الامور بويع له ۞ ومن ثم عاد الي مدينة مركش حيث توفي يوم السبت مستهل محرم سنة خمسمائة ۞

tiarum genus maximè commendavit. Namque & Poëta & Orator extitit insignis, idemque Philosophus, Astronomus, Medicus & Jurisconsultus celeberrimus. Hujusmodi disciplinas partim notis eruditis illustravit, partim ingeniosis locupletavit inventis. Inter varia ejus opera in vulgus edita, præcipuè celebrantur Opus *De Medicamentorum Delectu, & Morborum Crisi*; tùm Tractatus *Periti Medici Observationes* complectens. Aliquot etiam ejus electiora carmina in nostro Codice referuntur. *Granatæ* decessit, paralysi correptus, anno Egiræ 753. Christi 1352. feriâ 3. die 25. mensis Dilcadat.

Iahia Ben Mohamad Abu Bakerus, vulgò *Ben Alsairaphi*, *Granatensis*, Scriptor eruditus, edidit Almorabitarum Historiam, *Splendida Lumina* الانوار الجلية في اخبار الدولة المرابطية inscriptam, quam ad annum 569. perduxit; ut & aliam *Regum Hispaniæ* res gestas complectentem. Hujus putereà in nostro Codice extat Poëma in *Abi Mohamad Taschphini Granatæ Regis victoriam de Ranimiro reportatam*. Obiit *Granatæ* anno Egiræ 570.

Iahia Ben Mohamad Ben Ahmad Alhozli, vulgò *Althotili*, ex *Tudela*, Arabicè *Tothela* تطيلة, ubi natus est anno Egiræ 559. Christi 1163. feriâ 2. die 25. Moharami. *Granatæ* optimarum Artium studiis eruditus, primùm Grammaticæ & Rhetoricæ ibidem per plures annos ludum aperuit; deinde ad Chronologiam se convertit, de qua complura scripsit volumina. Illius mors cadit in annum Egiræ 629.

Sed jam tempus est, ut ad hujusmodi *Bibliothecæ Supplementum* accedamus.

MDCLXIX.

Codex litteris Cuphicis non parùm detritis exaratus, in quo anni nota & finis desiderantur. Est autem *Bibliothecæ Arabico-Hispanæ* proximè recensitæ *Supplementum*, ab eodem Auctore *Mohamad Ben Abdalla Ben Alkhathib* concinnatum, quod incipit à nomine *Musa* موسي, desinitque in *Abdelber*. عبد البر

EXCERPTA
EX
SUPPLEMENTO.

Musa Ben Abdelrahman, vulgò *Alhomairi*, *Granatensis*, Grammaticus & Philologus insignis, natus anno Egiræ 557. obiit anno 631.

Musa Ben Mohamad Alamui Abu Amran Illiberitanus, Arabicarum antiquitatum eruditione clarus, decessit anno Egiræ 370.

Malekus Ben Mophdhel Ben Rozaic Alnamairi, *Granatæ* nobili genere natus anno Egiræ 484. Jurisconsultus, Orator & Poëta magni fuit nominis. Ejus mors contigit anno 547.

Moabad Ben Alcama Ben Nasser Alchabani, *Granatæ* Civis & Jurisperitus non contemnendus, *Cordubæ*, ubi Præturam gessit, obiit anno Egiræ 320.

Moharek Ben Abi Azzoh Alphozari Granatensis ex oppido *Andro* اندرش, Jurisperitiâ non leviter imbutus, seculo Egiræ quinto vixisse creditur.

Motrephus Ben Isa Algasani Abulcassemus, patriâ *Granatensis*, origine *Tarragenensis*, ex urbe *Tarragena* اطرجنة forte *Tarrega*, edidit *Bibliothecam* Virorum, qui *Illiberi* Jurisprudentiâ & Poëticâ facultate floruere. *Cordubæ* interiit anno Egiræ 356.

Musa Ben Hohamad Ben Abdelmalek, vulgò *Ebn Iaser Abu Amran*, è Regno *Granatensi*, natus in oppido olim *Alcala*, hodie *Castilleja*, vir multiplici eruditione clarus, *Hispali* præfuit. *Alexandriæ* mortuus est anno Egiræ 640. Christi 1242. feriâ 2. die 8. mensis Schevali.

Abd-

Abdalla Ben Tamam Ben Athia Almoharebi ex oppido *Calſana*, vel *Calzana* قلسانة in ditione *Granatenſi*, Dux fortiſſimus, qui Regem *Ben Haphsvn* bis prælio ſuperavit.

Abdalla Ben Algebair Ben Othman Aliahsi Granatenſis, vir genere, humanioribus litteris, rei militaris peritiâ, ac variarum linguarum cognitione præſtantiſſimus, diem obiit *Loxæ* anno Egiræ 510.

Abdalla Ben Ali Ben Salmon Alkanani Granatæ natus eſt die 22. menſis Dilcadat, anno Egiræ 669. ubi doctrinæ laude & ſcriptis claruit. In prælio *Tarifæ* cecidit anno Egiræ 741. Chriſti 1340. feriâ 2. die 9. Gemadi prioris.

Abdalla Ben Aivb Alansari Abv Mohamad, vulgò *Ebn Khvregi*, ex urbe *Calat Aiub* قلعة ايوب, hodie *Calatayud*, domicilio & diſciplinâ *Granatenſis*, Juriſconſultus inſignis, *Granatæ* annos prope centum natus, deceſſit anno Egiræ 562.

Abdalla Ben Thalha Ben Athia Almoharebi Abv Bakervs Granatenſis, Juriſconſultus, *Granatæ* & *Almeriæ* præfuit. Ortus anno Egiræ 511. Chriſti 1117. feriâ 3. die 11. menſis Dilcadat, obiit anno 578. Chriſti 1182. feriâ 7. die 17. Moharami.

Abdalla Ben Mohamad Ben Abdelrahman Abv Khaled, *Almeriæ* natus anno Egiræ 497. Juriſprudentiæ ſedulam dedit operam, quam poſteà in patriâ ſuâ publicè tradidit. *Granatæ* Prætor deceſſit anno 544.

Abdalla Ben Iaia Ben Mohamad, vulgò *Zacharia Alansari*, *Murciæ* nobili genere natus eſt anno Egiræ 675. Chriſti 1276. Juriſconſultus fuit celeberrimus. *Almuñecar* præfuit & *Bazæ*, ubi interiit die 19. Ramdani, anno 745.

Abdalla Ben Iahia Ben Hani Lakhamita, nobilis *Granatenſis*, Præturam in ditione *Alaſchar* الاشر, fortè *Alu-char*, quæ olim fuit Colonia *Alpuxarræ*. Doctrinâ tandem atque in rebus gerendis prudentiâ clarus, diem ſupremum obiit anno Egiræ 605.

Abdalla Ben Mohamad Ben Leb, ex *Almeriæ* proceribus, vir Juris ſcientiâ & exquiſitâ eruditione ornatiſſimus, variis honoribus & legationibus functus eſt. *Almeriæ* deceſſit anno Egiræ 747. Chriſti 1346. feriâ 2. die 10. Gemadi prioris.

Abdalla Ben Abdelvahed Aba Mohamad Malacitanus, vir doctus & eruditus, *Loxæ* ad tempus præfuit. Obiit anno Egiræ 734. Chriſti 1333. feriâ 3. die 2. menſis Saphari.

Abdalla Ben Soliman Ben Davvd Alansari Malacitanus, omni ſcientiarum genere excultiſſimus, *Hiſpalis* & *Granatæ* Præturam geſſit. Natus anno Egiræ 548. obiit anno 612. Chriſti 1215. feriâ 5. die 4. menſis Rabii prioris.

Abdalla Ben Ahmad Ben Scharahil Alhamdani Granatenſis, Utriuſque Juris Doctor, idemque egregius Orator, ortus in oppido *Hamdan* همدان, quod ad *Granatenſem* ditionem pertinet. Cæterùm hoc vocabulo *Hamdan* non ſolùm *Parthiæ* urbs, ſed celebris quædam & antiqua *Cahthanitarum* Arabum Tribus denotatur.

Abdalla Ben Mohamad Ben Abdelsalam Aba Mohamad Alhazli Granatenſis, Juris ſcientiâ & non vulgari eruditione excultus, domi incendio conſumptus periit anno Egiræ 574. Chriſti 1178. feriâ 6. die 15. Rabii poſterioris.

Abdalla Ben Mohamad Ebn Alhassan Alkhazragita, vulgò *Ebn Alhalla*, *Granatenſis*, Juriſconſultus pernobilis, & urbis *Almuñecar* Prætor, fato functus eſt anno Egiræ 526.

Obaidalla Ben Mohamad Alzahgævs Illiberitanus, Medicus inſignis, & litteris politioribus excultus, obiit in ur-

urbe *Bega* باجة post annum Egirianum 520.

Abdalla Ben Ahmad Ben Athia, *Malacitanus*, vir ſanè non vulgaris litteraturæ, mortuus eſt in oppido *Octaba* اكتابة, quod ab Occidentali latere *Malacam* proſpectat, anno Egiræ 648. Chriſti 1250. feriâ 7. die 5. menſis Gemadi poſterioris.

Abdalla Ben Ahmad Ben Galeb Ben Zaidun Almahkzumi, *Cordubæ* ex clariſſimâ familiâ natus anno Egiræ 354. litteris & belli peritiâ multos antecelluit. *Illiberi* deceſſit anno 405. Chriſti 1014. feriâ 2. die 6. Gemadi prioris.

Abdalla Ben Mohamad, vulgò *Dilnun Abu Abdalla*, ex *Guadalaxaræ* tractu, in oppido *Cangiar*, vel *Cangera* قنجار natus die 5. menſis Dilhagiat anno Egiræ 500. litterarum ſtudioſiſſimus extitit, qui ut viros eruditos conveniret, libroſque rariores ac pretioſiores conquireret, Hiſpaniam, Africam, Syriam perluſtravit: adeo ut Bibliotheca, quam ſibi copioſam ſimulque delectam comparaverat, triginta millibus aureorum æſtimata fuerit. *Septæ* diem obiit anno Egiræ 591. Chriſti 1194. feriâ 1. die 16. menſis Saphari.

Abdelrahman Ben Mohamad Ben Joseph Ben Abdelmumen, *Valentiæ* Rex, animi fortitudine & bellicâ virtute inſignis, amicitiam & fœdus cum *Aragoniæ* Rege, dum regnavit, iniit; ac regno pulſus, ab eodem quàm humaniſſimè exceptus eſt. Memoriæ quoque proditum eſt, *Abdelrahmanum* unà cum duobus filiis Chriſto nomen dediſſe, idque anno Egiræ 626.

Abdelrahman Ben Abrahim Abulcassemus, vulgò *Ebn Alhakim*, *Rondæ* natus eſt, ubi & ſplendore generis & doctrinâ, pariterque modeſtiâ unus omnium maximè floruit. Diem obiit anno Egiræ 673. Chriſti 1274. feriâ 2. die 19. Gemadi prioris.

Abdelrahman Ben Mohamad Ben Abdelaziz Ben Aiasch *Cæſarauguſtanus*, Juriſconſultus clariſſimus, *Murciæ*, *Almeriæ* & *Granatæ* præfuit. *Malacæ* tandem interiit anno Egiræ 636. Chriſti 1238. feriâ 7. die 10. Gemadi prioris.

Abdelrahman Ben Abdelcader Abulcassemus, Utriuſque Juris Doctor eximius, *Almeriæ* Canones diu prælegit; ibique ſuum *Itinerarium Orientale* publicavit. Ortus anno Egiræ 447. in oppido *Lebſa* لبسة, quod ad ditionem *Guadix* pertinet, obiit anno 545.

Abdelrahman Ben Ahmad Ben Athia, vulgò *Altunesi*, *Granatenſis*, Juriſperitus, & multiplici eruditione ornatus, obiit anno Egiræ 684. Chriſti 1285. ad veſperas feriæ 3. id eſt feriâ 2. die 27. Gemadi prioris.

Abdelrahman Ben Alhassan Abu Bakerus, vulgò *Ben Hani*, *Granatenſis*, Juriſconſultus & Scriba Regius, ortus eſt anno Egiræ 524. Chriſti 1129. feriâ 1. die 17. Gemadi prioris; mortuus verò anno Egiræ 660. Chriſti 1261. feriâ 4. die 25. menſis Saphari.

Abdelrahman Ben Mohamad Abu Zaid, vulgò *Ebn Maschti*, origine *Toletanus*, ortu *Granatenſis*, Linguæ Arabicæ & Hiſpanæ peritiſſimus extitit: quamobrem non ſemel ad Principes Chriſtianos de rebus graviſſimis legatus eſt. *Granatæ* deceſſit anno Egiræ 731.

Abdelrahman Ben Abi Alphahd Alaschgiai, dictus *Aba Almotharebus*, *Illiberitanus*, Orator & Poëta celeberrimus, multa edidit carmina; floruitque anno Egiræ 370.

Abdelmalekus Ben Jonas Alabdarita, vulgò *Ebn Albeithar*, patriâ *Granatenſis*, ſede *Malacitanus*, Scriptor accuratiſſimus, *Malacæ* præfuit. Natus eſt anno Egiræ 462. obiit verò *Malacæ* anno 549. Chriſti 1154. feriâ 4. die 15. Moharami.

Abd-

Abdelmalekus Ben Mohamad Arisæus, vulgò *Ebn Alhamami*, *Granatensis*, Jurisconsultus atque Orator Regius, *Almuñecar*, *Loxæ* & *Quesadæ* præturam gessit. Granatæ decessit anno Egiræ 591.

Abdelrazac Ben Giaber Ben Soliman Ben Alvas è Regno *Granatensi*, ortus in oppido *Novales* نوالس, Utriusque Juris Doctor atque Professor, vixisse traditur quinto Egiræ seculo.

Abdelmagid Ben Aphan Albalvi Illiberitanus, doctrinâ insignis. Hujus majores à principio urbem *Avila* أبيلة coluerunt. Obiit anno Egiræ 280.

Abdelmalekus Ben Ali Ben Said Ben Khalaph Algassani, aliàs *Abu Marvan* nuncupatus, *Almeriæ* natus est anno Egiræ 547. Is ubi per ætatem licuit, in Orientem profectus est, viros doctrinâ tùnc temporis celebriores auditurus. Ibi ingenti librorum copiâ collectâ, in Hispaniam renavigavit; sed prope *Malacæ* portum navis à Christianis cum libris capta. Obiit tandem *Granatæ* anno Egiræ 614. die 23. mensis Schabani.

MDCLXX.

Codex litteris Cuphicis exaratus absque anni nota. Is continet Bibliothecæ Arabico-Hispanæ, quæ *Supplementum* التكملة لكتاب الصلة inscribitur, in III. volumina distributæ volumen secundum, à nomine *Mohamad* ad nomen *Abdelvahad* pertinens. Hæc autem Auctorem habet virum clarissimum *Abu Abdalla Ben Abi Bakerum Alcodai*, vulgò *Ebn Alabari*, *Valentinum*, qui, ut supra diximus, diem obiit anno Egiræ 656.

EXCERPTA
EX HOC VOLUMINE.

Mohamad Ben Mohamad Abu Amer, vulgò *Almoncarral*, *Sætabensis*, rerum Hispanarum Scriptor diligentissimus, omnium primus Academiam Historiæ in patriâ suâ instituit: ubi tandem, jam septuagenarius, obiit anno Egiræ 541.

Mohamad Ben Ismail Ben Algionhi in oppido *Concentaniâ* ditionis *Deniæ* natus est, qui generis nobilitate ac litterarum studiis enituit, & *Valentiæ* Prætoris munus obiit, ubi fato concessit anno Egiræ 543.

Mohamad Ben Iahia Ben Khalaph Alamvi Hispalensis, Orator & Poëta disertus, scriptis etiam clarus, decessit anno Egiræ 543.

Mohamad Ben Masud Alkhaschni ex urbe *Jaen*, Grammaticus insignis, Rhetoricam & Poëticam Artem in urbibus *Jaen*, *Quesada* قيجاطة وقيشاطة, & *Xauzar* شوزر, id est *Xodar*, quam *Nubiensis*, *pag.* 164. appellat *Soder*, publica mercede docuit; pluraque ibi de utraque facultate edidit opera. Hujus obitus ad annum Egiræ 544. refertur.

Mohamad Ben Khalaph Ben Saed Algasani, vulgò *Alabli*, in urbe *Silves* ortus, Jurisconsultus & Historicus non contemnendus, Africam & Asiam studiorum causâ peragravit. In patriâ suâ præturam gessit, ubi & diem obiit anno Egiræ 547. Christi 1152. feriâ 4. die 2. Gemadi posterioris.

Mohamad Ben Iahia Ben Mohamad Ben Alasi ex Regno *Valentino*, in *Leria* لريه, nunc *Liria*, nobili stirpe ortus est anno Egiræ 470. Litteris *Valentiæ* operam dedit: quam à Christianis anno Egiræ 488. captam deserere cogitur, urbemque *Jaen* ad tempus coluit. Inde *Valentiam*, quam Arabes Christianis eripuerant mense Ragebi anno 495. rediit, ubi Jurisprudentiam prælegit. Denique in patriâ suâ *Leria*, quod oppidum est frequentissimum in *Valentiæ* ditione, obiit anno Egiræ 547.

547. Christi 1152. feriâ 7. die 6. mensis Schevali.

Mohamad Ben Giaphar Abu Amer, vulgò *Ben Scharavia*, *Valentinus*, opibus & eruditione insignis, in maximo *Valentiæ* Templo Cantor & Concionator fuit. Ibi diem obiit anno Egiræ 547. feriâ 1. die 6. mensis Dilcadat, sepultusque extra portam *Baitala* ﺑﻴﻄﺎﻟﺔ, in Antistitum Cœmeterio, quod Christiani, *Valentiâ* iterum captâ anno Egiræ 636. die 17. mensis Saphari, Christi 1238. funditùs everterunt.

Mohamad Ben Iahia Ben Khalipha, cognomento *Ben Janec*, *Sætabensis*, vir eloquentiâ, sermonis Arabici peritiâ, Philosophicis Mathematicisque disciplinis perinde ac arte Medica præclarissimus, *Regum Hispaniæ Historiam* scripsit. Natus anno Egiræ 482. obiit anno 547.

Mohamad Ben Soliman Abu Abdalla Alcalabi, Bibliopola ex urbe *Calataiud*, studiorum causâ *Valentiam* incoluit, ubi Grammaticam docuit. Quum autem de reditu ad patriam cogitaret, Christiani urbem illam in suam potestatem redegerunt post nobile prælium *Kotanda* ﻗﺘﻨﺪﻩ (oppidi nomen): quod quidem prælium contigit anno Egiræ 514. Edidit Historiam urbis *Calataiud*; ac tandem *Valentiæ* fato functus est anno Egiræ 548. die 11. mensis Ragebi.

Mohamad Ben Monkhol Ben Raian, ex Peninsula *Xucar*, Jurisprudentiâ, Arithmeticâ & Geometriâ in primis claruit. Mortuus est in patriâ suâ anno Egiræ 551.

Mohamad Ben Abdelrahman Ben Abada Alansari natus est anno Egiræ 480. in oppido *Montiel*, quod urbem *Jaen* & *Xucar* interjacet. *Sætabi* Jurisprudentiam professus est, ibique *Hispaniæ Annales* condidit.

Mohamad Ben Abdelsalam Ben Iahia Almoradi, in loco *Giomala* ﺟﻤﺎﻟﺔ dicto, qui ad *Murciam* spectat, honestis parentibus ortus est anno Egiræ 511. *Murciæ Historiam* edidit, ubi decessisse traditur anno 564.

Mohamad Ben Ahmad Abu Bakerus, vulgò *Ben Mohrez*, patriâ *Pacensis*, domicilio *Hispalensis*, qui & *Montanchensis* ﻣﻨﺘﺎﻧﺠﺸﻲ appellatur, Orator eloquentissimus & Jurisconsultus pereruditus, natus est anno Egiræ 479. Christi 1086. feriâ 1. die 10. Gemadi prioris; obiitque anno 569. jam declinante, quo quidem prælium *Alsabthathi* ﺍﻟﺴﺒﻄﺎﻁ dictum accidit, & præsidium limitaneum, quod vocant *Cantharat Alsaiph* ﻗﻨﻄﺮﺓ ﺍﻟﺴﻴﻒ, ad deditionem coactum est.

Mohamad Ben Galeb, vulgò *Alrasiphi*, *Valentinus*, Poëta eximius, plura scripsit carmina, quæ ob locutionis nitorem sententiarumque venustatem in ore omnium versantur. Cælibem vitam degit, ac *Malacæ* supremum diem obiit anno Egiræ 572. Christi 1176. feriâ 4. die 15. Ramdani.

Mohamad Ben Joseph Ben Abi Schaker Alansari Valentinus, in oppido *Scion* ﺷﻴﻮﻥ, vel *Xion*, fortè *Xijona*, quod *Valentiæ* adjacet, natus est anno Egiræ 510. in rerum Arabicarum antiquitate & Temporum doctrinâ peritissimus, mortuus est in oppido *Morvedre* ﻣﺮﺑﻴﻄﺮ, scilicet *Morviedro*, anno Egiræ 574. Christi 1178. feriâ 5. die 25. Gemadi posterioris.

Mohamad Ben Khair Abu Bakerus, vulgò *Alamavi*, *Hispalensis*, vir lectionis immensæ, & reconditæ eruditionis, edidit *Bibliothecam Arabico-Hispanam* in partes X. distributam. Ortus est, ut ipse testatum reliquit, anno Egiræ 502. Christi 1108. feriâ 7. die 20. mensis Moharami; mortuus verò anno 575. Christi 1179. feriâ 4. die 4. Rabii prioris.

Mo-

Mohamad Ben Abdelmalek Ben Masud Ben Musa, pronepos celeberrimi Scriptoris *Ben Pasqual*, patriâ *Cordubensis*, Jurisconsultus, scripsit Historiam virorum illustrium, qui *Cordubæ* doctrinæ laude floruerunt. Obiit anno Egiræ 567. Christi 1171. ad vesperas feriæ 3. die 25. Gemadi posterioris.

Mohamad Ben Omar Ben Vageb Alcaisi Valentinus, Juris scientiâ & multiplici eruditione excultus, in pluribus *Valentiæ* oppidis Præturam gessit. Natus est anno Egiræ 517. Christi 1123. feriâ 3. die 6. Gemadi posterioris; decessit autem anno 583. Christi 1187. feriâ 1. die 1. Rabii prioris.

Mohamad Ben Ali Ben Abdelaziz Ben Khair, vulgò *Abilsabah*, *Cordubensis*, Proprætor urbis *Acschomba* اكشنبه dictæ, in ditione *Cordubensi*: vir planè doctus, ac sermonis Arabici peritus, obiit anno Egiræ 584. Christi 1188. feriâ 7. die 18. mensis Dilcadat.

Mohamad Ben Abi Bakerus Algapheki, aliàs *Ben Aphiun* nuncupatus, *Sætabensis*, Philologus & Jurisconsultus insignis, edidit Opus *De Maris rebus admirandis*; & alterum *Monachorum vitam* complectens, præter varia Carmina. Illius mors incurrit in annum Egiræ 584.

Mohamad Ben Giaphar Ben Hamaid Ben Maimon Alamavi natus est in loco quodam *Basila* باسيله nuncupato, non procul ab urbe *Valentia*, anno Egiræ 513. *Hispali* litterarum studiis operam navavit. Hinc tantam nominis sibi peperit famam, ut Valentinæ Curiæ Præses delectus fuerit. *Murciæ* tandem anno 586. Christi 1190. ad vesperas feriæ 7. id est feriâ 6. die 17. Gemadi prioris fato concessit.

Mohamad Ben Omia ex oppido *Baeza*, Arithmeticæ Artis sanè princeps, *Granatæ* diem obiit anno Egiræ 591.

Mohamad Ben Raphæ Ben Mohamad Alcaisi Abulcassemus Murcianus, Orator, Jurisconsultus & Scriptor egregius, *Mulæ* præfecturam gessit. *Hispali* obiit anno Egiræ 591. quo quidem tempore contigit pugna illa Christianorum clade celebris, quam vocant prælium *Alaraci* الاركى, Hispanè *Alarcos*.

Mohamad Ben Ahmad Ben Hozail Abdarita, ex oppido *Abescha*, sive *Abesa* ad *Valentiæ* confinia sito, Grammaticus insignis, *Hispali* decessit anno Egiræ 593.

Mohamad Ben Abdalla Ben Zohar Abu Bakerus Hispalensis, Medicus & Philologus præstantissimus, proindeque principibus viris acceptissimus, *Marochi* mortuus est anno Egiræ 595. Christi 1198. feriâ 4. die 21. mensis Dilhagiat.

Mohamad Ben Ali Ben Alpharrac Accitanus, tùm Medicus insignis, tùm Poëta disertus, *Valentiæ* supremum diem obiit anno Egiræ 596. sexaginta annos natus.

Mohamad Ben Omar Abu Abdalla Malacitanus, Regis *Malacæ* Chronographus, natus anno Egiræ 523. interiit anno 596. Christi 1199. feriâ 6. die 17. Ramdani.

Mohamad Ben Said Ben Gehur Alcodhai ex oppido *Bairan* بيران in ditione *Deniæ*, Scriptor *Annalium Valentiæ* diligentissimus, decessit anno Egiræ 597.

Mohamad Ben Mohamad Alansari, aliàs *Alzeitvni* dictus, *Granatensis*, Grammaticus & Poëta, obiit in oppido *Mauror* موروو, an *Moron*? anno Egiræ 598. Christi 1201. feriâ 1. die 22. mensis Schevali.

Mohamad Ben Abdelrahman Abu Giaphar Alraini Cæsaraugustanus, Jurisconsultus & Theologus magni nominis, Præturam gessit in urbe nomine *Maden Auam* معدن عوام, haud procul à

à *Fessa*. Obiit *Malacæ* anno Egiræ 598.

Hîc verò admonitum volumus *Maden Auam* à LEONIS AFRICANI Interprete *Mader Auuan* per errorem appellatam: cujus urbis Descriptionem videsis apud eundem *Lib. III. fol.* 98.

MOHAMAD BEN AHMAD ABV BAKERVS BEN ABI GIAMRA Murcianus, generis splendore & antiquitate clarus, multiplici disciplina, ac præsertim Juris Canonici peritiâ eluxit. Complures viros insignes in universa Hispania doctrinæ suæ habuit sectatores. Scripsit *De Jure Canonico* libros X. quos Doctores *Cordubæ*, *Murciæ*, *Valentiæ*, *Orihuelæ* & *Granatæ* publicè prælegere, atque interpretari ex Collegiorum præscriptis cogebantur. Natus est anno Egiræ 518. Christi 1124. feriâ 5. die 5. Rabii posterioris; mortuus verò anno 599. Christi 1202. feriâ 7. die 30. Moharami. De hujus familiâ copiosè RAZÆVS, sive RASIS in *Historia Principum Hispanorum*.

MOHAMAD BEN KHALAPH BEN MARZVC, Jurisconsultus & *Traditionista* celebris, natus in oppido *Honda* اندة in Regno *Valentiæ* anno Egiræ 509. obiit anno 599. feriâ 6. die 12. mensis Schabani.

MOHAMAD BEN ABDELAZIZ BEN MOHAMAD ALABDARI Majoricensis, oriundus verò ex oppido *Boniol* بنيول, hodie *Buñol* in *Valentiæ* Regno, multijugi doctrinâ ornatus, ac Utriusque Juris Doctor egregius, supremum diem obiit anno Egiræ 500. inclinante.

MOHAMAD BEN OBAID BEN MALTHON ABV BAKERVS ex urbe *Santaren*, *Hispali* Grammaticam docuit: tandem in oppido *Monaster*, vel *Monastir* منستير, quod ad Hispalensem ditionem pertinet, interiit ineunte anno Egiræ 600.

MOHAMAD BEN IAHIA ABV ABDALLA Cordubensis, Monachus eruditus, in oppido *Estheba* اصطبة, hodie *Estepa*, mortuus est die 29. Moharami, anno Egiræ 600.

MOHAMAD BEN KHALED, ABV ABDALLA, vulgò *EBN ZAMANIN*, *Granatensis*, Jurisconsultus & Historicus accuratissimus, *Granatæ* & *Malacæ* præfuit, ubi decessisse traditur anno Egiræ 602. Christi 1205. feriâ 5. die 13. Rabii prioris.

MOHAMAD BEN JOSEPH BEN ABDALLA, vulgò *EBN AIAD*, *Liriensis*, nobilis Historicus, edidit *Bibliothecam Valentinam*, quam sæpiùs laudat Scriptor noster. Natus anno Egiræ 544. Christi 1149. feriâ 5. die 27. mensis Schabani, vitam in oppido *Leria* finivit anno Egiræ 603.

MOHAMAD BEN MOHAMAD BEN KHALAPH ALANSARI, aliàs *EBN MOCASIR* nuncupatus, *Valentinus*, Jurisconsultus insignis, *Valentiæ* Rhetoricam & Jurisprudentiam tradidit; postmodùm in urbe *Xerez*, cui præfectus erat, obiit anno Egiræ 603. Christi 1206. feriâ 2. die 10. Ramdani.

MOHAMAD EBN AHMAD BEN OBAIDALLA BEN MOPHAREGI ALHAMDANI ex *Peninsula Viridi*, Jurisperitus gravissimus, & Hispanicæ Historiæ Scriptor non contemnendus, decessit jam nonagenarius anno Egiræ 604. feriâ 2. die 13. Ramdani.

MOHAMAD BEN MOHAMAD BEN MVSA BEN TAHIA ALTAGIBI Murcianus, vir summæ eruditionis, & Juris Canonici peritiâ insignis, *Orihuelæ* præfuit. Denique in oppido *Elche* الش, quod ad *Murciæ* Regnum pertinet, fato concessit anno Egiræ 607. feriâ 2. die 28. Rabii posterioris.

MOHAMAD BEN ABRAHAM ALHADHRAMI ex oppido *Lucena* اليسانة in *Cordubæ* ditione, Jurisconsultus & Historiæ peritus, edidit *Bibliothecam Jurisconsultorum*. In prælio, quod Arabes vocant *Alecab* العقاب, Hispani verò *de las Na-*

vas,

vas, occubuit anno Egiræ 609. Christi 1212. feriâ 2. die 15. mensis Saphari.

Mohamad Ben Abdelrahman Algibi Ilicitanus, vir pietate, doctrinæ laude, & Scriptis spectatissimus, litteris mandavit *Hispaniæ Annales*, & *Historiam virorum*, qui in Hispania doctrinâ claruere, quæ duplex est, altera *fusior*, *brevior* altera. Obiit in urbe *Tremissena* anno Egiræ 610.

Mohamad Ben Ahmad Ben Iarbu ex *Jaen*, oppidum *Balas* بلس, *Velez*, vel *Balsa*, in *Lorcæ* ditione coluit, ubi Grammaticam & Rhetoricam docuit. Edidit de *Arithmetica*, præclarum opus, & varia carmina. Obiit anno Egiræ 610.

Mohamad Ben Abdelmalekus Ben Abi Nassir ex oppido *Tibala* طيبالة in ditione *Murciæ*, Jurisconsultus & Historicus diligentissimus, *Murciæ*, ubi Præturam gessit, obiit anno Egiræ 611.

Mohamad Ben Soliman Ben Abdelaziz Alsalami Sætabensis, vir Arithmeticis & Geometricis planè excultus, oppido *Elche* الش in Regno *Murciæ* præfuit, ubi diem obiisse traditur die 23. Ragebi, anno Egiræ 612.

Mohamad Ben Abdelaziz Ben Saada Abu Abdalla Sætabensis, Utriusque Juris peritiâ, & morum integritate clarissimus, *Sætabi* mortuus est centum annos natus, anno Egiræ 614. Christi 1217. feriâ 2. die 9. mensis Schevali.

Mohamad Ben Mohamad Ben Aischun Abu Omarus, *Allakamita*, ortus est in oppido, quod vocant *Iakat* يقة in Regno *Murciæ* anno Egiræ 538. Jurisconsultus & Historicus magni nominis. Inter alia opera, quæ ipsi adscribuntur, elucet opus laudatissimum, *Scriptorum Hispanorum vitas obitusque* complectens. *Murciæ* tandem obiit anno Egiræ 614.

Mohamad Ben Ali, vulgò *Abu Bakerus Ben Almorkhi*, *Hispalensis*, Philologus & Historicus pernobilis, edidit *Historiam Equorum*, & Tractatum *De Stilo gravi & presso*. Naturæ concessit anno Egiræ 614. Christi 1217. feriâ 7. die 27. mensis Dilcadat.

Mohamad Ben Bakerus Alphahri Abu Abdalla Valentinus, Medicus & Chronographus insignis, obiit in oppido *Purchena* in *Almeriæ* ditione anno Egiræ 618. Christi 1221. feriâ 4. die 15. Moharami.

Mohamad Ben Abdelvahed, vulgò *Algaphki Almalahi*, è nobili stirpe natus est in oppido *Almalahat* الملاحة, quod à *Granata* milliaribus XII. abest, anno Egiriano 549. Hic rerum Hispanarum Scriptor fuit peritissimus, simulque accuratissimus; edidit enim *Arabum* & *Persarum* Historiam, qui in Hispania sedem fixere; ut & *Illiberitanos Annales*, multiplici eruditione & stylo presso atque arguto conscriptos. Obiit die 5. mensis Schabani, anno Egiræ 619.

Mohamad Ben Mohamad Ben Abrahim Abulcassemus, ortus in Regno *Granatensi*, in oppido *Novales* نوالش, quod ad *Bigam* بيغة jurisdictione pertinet, Orator & Historicus idem nobilis, diem obiit anno Egiræ 620.

Mohamad Ben Ahmad Abu Abdalla, vulgò *Ebn Aliatim*, *Almeriæ* natus est anno Egiræ 539. Christi 1144. feriâ 2. die 5. Rabii prioris. Hic litteris humanioribus operam dedit in oppido, cui nomen *Cangera* قنجاير, in ditione *Almeriæ*. Is ut viros doctrinâ & eruditione clarissimos audiret, Hispaniam, Africam, Asiam perlustravit: quorum posteà, in patriam reversus, vitas & scripta publicavit. *Almeriæ* obiisse fertur anno Egiræ 663.

Mohamad Ben Ali Abu Bakerus, qui *Alcarschi*, & *Azahri* etiam vocitatur, *Hispalensis*, Medicus Regius, & Philosophus præstantissimus, decessit in pa-

patria, nonagesimum annum agens, die 15. mensis Dilcadat, anno Egiræ 623.

Mohamad Ben Ali Ben Iahia Algapheki Abu Abdalla, ex oppido *Alscharat*, *Alsarat*, vel *Alxarat* الشارة, id est *Alcira*, in *Valentiæ* ditione, Utriusque Juris Doctor eximius, & Historicus non ignobilis, varia de *Jure Canonico* scripsit, quæ apud suos maximo in pretio habentur. *Septæ* annos nonaginta natus, obiit anno Egiræ 624.

Mohamad Ben Alhossain Ben Mohaphak Majoricensis, Scriptor insignis, fato functus est mense Schabani, anno Egiræ 626. Christi 1228. sexto mense ante *Majoricam* à Christianis expugnatam.

Mohamad Ben Ali Ben Joseph Ben Mothreph Alamui Malacitanus, Annalium *Malacæ* conditor, & annonæ Præfectus, natus est, ut ipse memoriæ prodidit, anno Egiræ 552. Christi 1157. feriâ 3. die 9. mensis Gemadi prioris; mortuus verò in oppido *Dacuan*, vel *Zacuan* ذكوان, ad *Malacæ* Occidentem sito, anno Egiræ 636. Christi 1238. feriâ 1. die 7. Rabii posterioris; at scribendum *prioris*, in quem feria 1. cadit in diem 7. ut ex calculo facilè cuivis patebit.

Mohamad Ben Ali Algasani, vulgò *Ben Asaker Malacitanus*, Philologus, Jurisconsultus, necnon Chronographus celeberrimus, edidit Opus *De Utriusque Juris Institutionibus*, & alia quinque de rebus *Philologicis*, solutâ & strictâ oratione conscripta. Illius obitus accidit *Malacæ*, ubi Curiæ Præses erat, annò Egiræ 636. feriâ 3. die 4. Gemadi posterioris.

Mohamad Ben Ismael, vulgò *Ben Khalphun*, Hispaniarum Historiæ tùm sacræ, tùm profanæ Scriptor præcipuus, cujus operum indicem diligenter attexuit noster Auctor, ortus est in oppido *Onuba* اونبة, an *Huelva*? ubi vitam finivit anno Egiræ 636.

Mohamad Ben Abdalla Ben Abrahim, vulgò *Ben Cassum Alakhami*, *Hispalensis*, vir pietate, atque eruditione clarus, edidit Opus tripartitum, *Hispalensium* vitæ sanctitate præstantium res præclarè gestas complectens, inscriptumque *Virorum pietatis famâ conspicuorum Venustates* محاسن الابرار. Obiit & senex & cæcus in Regio Hispalensi Monasterio anno Egiræ 639. Christi 1241. feriâ 4. die 4. mensis Dilhagiat.

Mohamad Ben Abdalla Ben Khalaph Ben Cassemus Alansari Valentiæ nobili genere ortus est anno Egiræ 554. Christi 1159. feriâ 3. die 15. Ramdani. Ibi Rhetoricam & Poëticen per plures annos docuit, scripsitque plures de *Vita Monastica* libros. *Oriolæ*, sive *Orihuelæ* decessit anno Egiræ 640. Christi 1242. feriâ 4. die 10. Schevali: quo quidem die Princeps *Ahmad Ben Mohamad Bem Hud* cum Christianis *Murciam* pervenit, eamque illis dedisse traditur.

Mohamad Ben Iahia Ben Hescham Alkhazragita, vulgò *Ebn Albardhai*, ex oppido *Eliosana* اليسانة, nimirum *Lucena*, in *Cordubæ* Regno, Arabicæ linguæ peritissimus: qui, ut sermonem Arabicum in universa Hispania puriorem, cultiorem eruditioremque redderet, Asiam peragravit, viros quosque in eloquendi arte versatissimos consulturus. Copiosâ inde codicum ea de re tractantium supellectili secum in Hispaniam allatâ, animum ad scribendum appulit. Quare ejus studio *Grammaticæ Institutiones* prodiere cum *Dictionario Etymologico*; tum Libri IV. *Prolusiones Rhetoricas* & *Poëticas* complexi. *Tuneti* supremum diem obiit anno Egiræ 646. feriâ 1. die 14. Gemadi posterioris.

Mohamad Ben Joseph Alvarac, ex

ex urbe *Guadalaxara*, Hiſtoricus planè idoneus, ſcripſit *Africæ* Geographiam, & Hiſtoriam, quam Regi Hiſpaniarum Alhakemo Almostansero Billa dedicavit. Annales pariter contexuit urbium *Orani*, *Segelmeſſæ*, *Nocuræ* & *Septæ*, in plures Tomos diſtributos. Hujus meminit in *Hiſpaniæ Annalibus* Garibai Ben Said, *Cordubenſis*, necnon Ebn Alphardi in *Bibliotheca Arabico-Hiſpana*, qui ejus obitum referunt ad annum Egiræ 363.

Mohamad Ben Abdalla Ben Sophian Altagibi *Sætabenſis*, vir exquiſitæ eruditionis, edidit *Epitomen Hiſtoricam de Viris Hiſpanis, qui ſcribendo claruere*. Mortuus eſt, teſte Ben Aiad, & Abu Mohamad Ben Hazam in opere *De Hiſpaniæ Laudibus*, anno Egiræ 558.

Mohamad Ben Iahia Ben Said Alansari Abu Abdalla *Ilerdenſis*, Philologus & Poëta magni nominis, *Valentiæ* plus quam octogenarius obiit anno Egiræ 559. die 3. Gemadi prioris.

Mohamad Ben Malek Ben Abdelrahman Abu Abdalla, vulgò Ben Alcazaz, ex *Almeria*, oppidum *Leriam*, incoluit, ubi *Almeriæ* Hiſtoriam ſcripſit. Præfecturam oppidi nomine *Schobrob*, vel *Xobrob* شبرب, fortè *Segorbe*, in *Valentiæ* Regno ſub vitæ extremum obtinuit, ibique fato conceſſit anno Egiræ 559. Chriſti 1163. feriâ 4. die 5. menſis Dilcadat.

Mohamad Ben Ahmad Ben Amer Albalvi *Dertuſenſis*, qui & Salemi nuncupatus eſt, quòd nempe ex urbe *Medina-Celi* originem duxerat. Fuit ille pluribus ſcientiis imbutus, de quibus non pauca edidit opera: è quorum numero ſunt Vitæ Virorum excellentium, titulo *Margaritæ*; Tractatus *De Medicina* tripartitus; Opuſculum *De ſermonis Arabici Uſu & Proprietate*; alterum verò *De Comparationibus*. Ejus mors incidit in annum Egiræ 559.

Mohamad Ben Ahmad Ben Hassan ex urbe *Jaen*, in oppido *Beliena* بليانة in *Murciæ* ditione Rhetoricam profeſſus eſt. Quo autem anno vixerit, minimè docet Auctor.

Mohamad Ben Ahmad Ben Abdelvadud Albakeri, ex Inſula, vulgò *Majorica*, cui ad tempus præfuit. Obiiſſe memoratur eodem prorsùs anno & die, quo *Majorica* ipſa à Chriſtianis capta eſt, anno videlicet Egiriano 627. Chriſti 1229. feriâ 3. die 14. menſis Saphari.

Mohamad Ben Ali Ben Alzobaier Alcodhai, in oppido *Honda* اندة; quod *Valentiæ* ditionis eſt, claris ortus parentibus anno Egiræ 544. Chriſti 1149. feriâ 2. horis pomeridianis die 15. Gemadi prioris; Utriuſque Juris ſcientiâ claruit; *Hondæ* patriæ ſuæ Præturam bis geſſit; *Valentiæ* verò ſupremum diem obiit anno Egiræ 627. feriâ 4. die 16. Gemadi poſterioris.

Mohamad Ben Ismail Ben Khamis, vulgò Abu Amer Algiomahi, ex oppido *Coſtantania* قسطنطانية, an *Concentanea*? quod ad *Deniam* juriſdictione pertinet, *Valentiæ* & *Sætabi* Prætoris munere perfunctus eſt, ubi anteà humaniores litteras & Canones publicè docuerat. Deceſſit in patria jam ſenex die 16. Saphari, anno Egiræ 629.

Mohamad Ben Ali Ben Marvan Alhamdani *Oranenſis*, Juriſconſultus inſignis, *Tremiſſenæ* & *Marochi* Præturam per plures annos eâ geſſit æquitate, prudentiâ clementiaque, ut neminem unquam flagellis cædi juſſerit. Mortuus eſt anno Egiræ 601. Chriſti 1204. ad veſperas feriæ 1. die 9. Gemadi prioris.

Nasserus Ben Abdalla Ben Abdelaziz Abu Omar Algapheki ex oppido *Forgoleti* فرغليط, in *Seguræ* ditione, Juriſconſultus & Chronographus non contemnendus, *Queſadæ* Jura prælegit, ubi inter alios Arabas à Chriſtianis, qui eam urbem in poteſtatem ſuam

re-

redegerant ſub finem menſis Ramdani anno Egiræ 621. Chriſti 1224. captus eſt. Pretio tandem à ſuis redemptus, *Lorcam* venit, ibique fato conceſſit anno Egiræ 623. Alii ad annum 627. ejus obitum referendum exiſtimant.

Nam Ben Mohamad Ben Daisam Abulola Cæſarauguſtanus, Philologus, vir ingenii acumine præditus, obiit anno Egiræ 551. Cujus meminit in ſua *Bibliotheca Hiſpana Ebn Sophian*.

Nageba Ben Iahia Alraini Abulhassenus Hiſpalenſis, Theologus & Juriſconſultus, *Marochi* Prætor delectus fuit. Diem obiiſſe fertur in Inſula *Cabtel* قبطيل anno Egiræ 591. Chriſti 1194. feriâ 1. die 3. Gemadi poſterioris.

Abdalla Ben Joseph Ben Gevschan ex urbe *Daroca* دروقة, *Sætabis* incola, Philologus & Medicus inſignis, *Cordubæ*, ubi Medicinam docuit, mortuus eſt anno Egiræ 514.

Abdalla Ben Joseph Ben Aiub Alcarschi Alphari ex tractu *Sætabenſi*, in quodam loco *Rogat* رغاط dicto natus anno Egiræ 469. *Deniæ* Juriſprudentiam docuit, ibique deceſſit anno 548. die 14. menſis Schevali.

Abdalla Ben Isa Ben Abi Habib Abu Mohamad in urbe *Silves* ex illuſtri familia ortus eſt anno Egiræ 484. Chriſti 1091. feriâ 3. die 8. Rabii prioris. Is Arabici ſermonis, ac Juris peritiæ tùm Chronologiæ, tùm Aſtronomiæ doctrinam ſanè non mediocrem adjecit. Quo factum eſt, ut *Silves* præfecturam annos novem obtinuerit: qua tandem, ut ſtudiis vacaret, ſe ſe abdicavit. Hinc ad viros doctrinâ & eruditione claros audiendos iter in Africam & Aſiam aggreſſus eſt. Obiit in urbe *Herat* apud Perſas die 5. Rabii prioris anno 551.

Abdalla Ben Musa Abu Mohamad, vulgò *Ebn Bartholus*, *Murciæ* nobili genere natus eſt anno Egiræ 481. ubi maximi Templi ſacerdos factus, doctrinæ & pietatis famâ inter ſuos claruit. Fuit auditor nobiliſsimi Poëtæ *Abu Bakeri Ben Abi Derhem Oſcenſis*, cujus vitam ipſe poſteà litteris mandavit. Diem ſupremum obiit anno 563.

Abdalla Ben Mohamad Ben Zaidum Almakhzumi Cordubenſis, *Hiſpalis* incola, genere, eruditione & Juris ſcientiâ inſignis, in foro morte occidit repentina ad veſperas feriæ 2. die 8. menſis Dilhagiat, anno Egiræ 564. Chriſti 1168.

Abdalla Ben Mohamad Ben Sahl Aldhara Granatenſis, ſcientiis Mathematicis inſtructiſſimus, à Principe *Abu Abdalla Ben Sad* in ſui filii Magiſtrum electus fuit. *Murciæ* præclaris de re Mathematica libris relictis, obiit die 15. menſis Dilcadat, anno Egiræ 571.

Abdalla Ben Baker Ben Khalaph, vulgò *Ben Kuter*, ex oppido *Sorba* شربة, vel *Serba*, in *Hiſpalenſi* tractu, Juriſconſultus, idemque Hiſtoricus ſanè eruditus, *Cordubæ* deceſſit anno Egiræ 575.

Abdalla Ben Iahia Alhadhrami, vulgò *Ben Saheb Alsalah*, in oppido *Palma* بلمة, in ditione *Deniæ* clariſſimâ ſtirpe natus, Philologus, idemque Hiſtoricus celeberrimus, *Bibliothecam Arabico-Hiſpanam* evulgavit. *Valentiæ* denique, ubi Artes liberales in Regio Collegio diu profeſſus eſt, obiit anno Egiræ 578. Chriſti 1182. ad veſperas feriæ 7. die 1. menſis Ragebi.

Abdalla Ben Mohamad Ben Ali, vulgò *Ben Obaidalla Alhagiari*, origine *Toletanus*, ampliſſimâ ortus familiâ in oppido *Cangera* قنجاير, quod ab urbe *Almeria* XXX. milliaribus abeſt, qua *Malacam* itur, Juris ſcientiâ, ac multiplici eruditione quàm maximè claruit. *Almeria* à Chriſtianis capta, *Septam* ſeceſſit, ubi mortuus eſt anno Egiræ

ræ 591. Chriſti 1194. feriâ 7. die 1. menſis Saphari.

Abdalla Ben Marvan Altagibi Abvlahassenvs Valentinus, Juriſconſultus, Præfectus oppidi *Sobrob*, id eſt *Segorbe* in Regno *Valentiæ*, vir prudentiâ & æquitate conſpicuus, natus eſt anno Egiræ 539. mortuus verò anno 593. Chriſti 1196. feriâ 7. horis veſpertinis die 15. menſis Schevali.

Abdalla Ben Ahmad Abv Mohamad, aliàs *Ben Gallvs* dictus, *Hiſpalenſis*, *Marochi* civis, ubi Rhetoricam & Juriſprudentiam docuit. *Cordubæ* diem obiit anno Egiræ 592.

Abdalla Ben Abdelrahman Alansari, vulgò *Alzahravi*, quòd in urbe *Zahra* زهرا, id eſt *Flos*, quæ à *Corduba* milliaribus V. diſtat, teſte Geographo *Nvbiensi Climat. IV. Parte I. pag.* 166. natus ſit, Philologus & Arabicarum antiquitatum pluriumque linguarum peritiâ atque uſu ornatiſſimus, interiit anno Egiræ 600. die 6. Rabii prioris.

Abdalla Ben Alhassan Ben Abdalla Alansari, vulgò *Ebn Alcorthobi*, ortu *Malacitanus*, origine *Cordubenſis*, antiquitate generis & gloriâ majorum, uti & temporum rerumque geſtarum cognitione clariſſimus, *Hiſtoriam Hiſpaniæ* ſcripſit accuratiſſimam. Deceſſit anno Egiræ 611. Chriſti 1214. ad veſperas feriæ 6. die 7. Rabii poſterioris.

Abdalla Ben Abrahim, cognomento *Ben Montel*, ex urbe vulgò *Morviedro* مربيطر, *Valentiam* coluit, ibique cùm litterarum ſtudiis, tùm auctorum & operum notitiâ clarus, obiit anno Egiræ 611. die 15. Ragebi.

Abdalla Ben Soliman Abv Mohamad Alansari, vulgò *Ben Havthalla*, in oppido *Honda*, è regione *Valentiæ* clara ſtirpe ortus eſt anno Egiræ 549. Chriſti 1154. feriâ 4. die 4. menſis Ragebi; at ſcribendum *Schabani*, in cujus diem 4. incidit feria 4. Cæterùm dies 4. Ragebi eſt feria 2. non autem 4. ut mendoſus habet Codicis locus. Hic ſanè eſt eruditæ *Bibliothecæ Hiſpanæ* auctor, & *Annalium Valentinorum* ſcriptor egregius. *Cordubæ*, *Hiſpalis*, *Murciæ*, aliarumque Hiſpaniæ urbium præfecturas obtinuit. *Granatæ* demum deceſſit anno Egiræ 612. Chriſti 1215. feriâ 5. die 4. Rabii prioris.

Abdalla Ben Ahmad Ben Soliman Alansari, vulgò *Ebn Thailesan*, nobilis *Cordubenſis*, ſcripſit *Bibliothecam Philologorum Cordubenſium*. Obiit anno Egiræ 614. Chriſti 1217. feriâ 3. die 21. Rabii prioris.

Abdalla Ben Abi Bakervs Alcodhai, Scriptoris noſtri pater, in oppido *Honda* natus eſt anno Egiræ 571. A puero ſtudiorum causâ *Valentiam* venit, ibique variâ eruditione & doctrinâ morumque integritate claruit. Ejus obitus, ut ipſe teſtatum reliquit, accidit anno Egiræ 619. Chriſti 1222. horis meridianis feriæ 2. die 5. Rabii prioris.

Abdalla Ben Mohamad Ben Mathrvh Altagibi, ortu *Valentinus*, origine *Cæſarauguſtanus*, Juriſconſultus & Orator diſertiſſimus, *Deniæ* Præfectus fuit & *Valentiæ*, ubi vitæ finem implevit anno Egiræ 635. Chriſti 1237. feriâ 6. die 5. menſis Dilcadat, Chriſtianis per id temporis *Valentiam* obſidentibus.

Abdalla Ben Cassem Ben Khalaph Allakhamita, cognomento *Alhariri*, *Hiſpali* claris ortus eſt parentibus anno Egiræ 591. feriâ 6. die 12. menſis Schabani. Vir ſanè doctus & eruditus, rerumque Hiſpanarum maximè ſtudioſus fuit. Ejus enim operâ & nomine prodiit *Hiſtoria Hiſpaniæ*, in qua nullam non Arabicæ gentis rem illuſtrem ſuo tempore notatam reperias. Præthereà familiarum origines magno volumine expoſuit. Bibliothecam etiam edidit viro-

rum, qui litteris in universa Hispania floruerunt. Obiisse traditur eodem die & anno, quo capta est *Hispalis* à Rege *Castellæ*, anno videlicet Egiræ 646. Christi 1248. feriâ 2. die 5. mensis Schabani.

Abdalla Ben Ahmad Ben Haphs Alansari ex urbe *Denia*, domicilio & disciplina *Sætabensis*, Medicus & Historicus insignis, *Cairi* supremum diem obiit anno Egiræ 645. feriâ 7. die 29. mensis Schabani.

Abdalla Ben Mohamad Alschacphi Alsusi Cordubensis, Philosophus & Medicus præstantissimus, evulgavit de re Medica opus egregium, quod inscripsit *Experimenta usu probatissima*. A Barbaris *Cordubæ* interfectus est anno Egiræ 403.

Abdalla Ben Said Alvagedi Abu Mohamad, ex oppido quod *Vageda* وجدة vocant, in *Tremisseni* ditione, Jurisconsultus, *Valentiæ* præturam bis gessit, ab anno videlicet Egiriano 495. Christi 1101. quo quidem anno, mense Ragebo ea urbs Christianis erepta; ibique obiit anno 510. relictis præclaris monumentis. In his maximi Templi conclave celebratur, quod ipse ære suo condidit, atque extitisse constat usque dum Christiani *Valentiam* in suam potestatem iterum redegere: quæ res accidit die 17. mensis Saphari, anno Egiræ 636. Christi 1238.

Abdalla Ben Mohamad Ben Hagiage, vulgò *En Iasemin*, patriâ *Fessanus*, sede & scholâ *Hispalensis*, vir Arithmeticæ scientiâ excultissimus, Poëma *De Algebra* scripsit nobilissimum, quod omnium manibus teritur. *Marochi* anno Egiræ 600. jugulatus est.

Obaidalla Ben Malek Alphahri Cordubensis, adeo Juris scientiâ præstitit, ut *Abdelrahmanus*, hujus nominis primus Hispaniarum Rex, eum *Cordubæ* Prætorem delegerit: quod munus annos XIV. summa cum laude gessit. Obiit tandem die 14. mensis Dilcadat, anno Egiræ 182.

Obaidalla Ben Omar Ben Hescham Alhadhrami, *Hispalensis* origine, *Cordubæ* natus educatusque est. Orator ac Poëta scriptis clarissimus, *Murciæ*, *Almeriæ* & *Marochi* bonas Artes docuit. *Hispali* mortuus est anno Egiræ 550. Illius operum de rebus ad *Philologiam* pertinentibus nostro in Codice occurrit Index.

Obaidalla Ben Abdalla Aischun Almapherita, ex loco *Lobrecat* لبرة قاط quod ad Insulam, vulgò *Ibiza* ايبشة, spectat, Jurisconsultus & Historicus celeberrimus, studiorum causâ regiones varias perlustravit. Templum extruxit *Valentiæ* prope portam *Alcanthara* dictam, ibique cælebs ad vitæ usque exitum degit.

Obaidalla Ben Ali Ben Galendo Cæsaraugustanus, *Hispalis* incola, Medicus & Philologus egregius, bibliothecam penè integram exscripsit, codicesque ferè omnes notis eruditis illustravit. *Marochi* obiit anno Egiræ 581.

Obaidalla Ben Abdelrahman Abu Marvan, vulgò *Alsaical*, *Cordubensis*, Rhetorices professor, eruditionis ac pietatis famâ claruit. Annum ætatis suæ centesimum agens, mortuus est in oppido *Osuna* اشونة anno Egiræ 593.

Obaidalla Ben Mohamad Ben Alvalid, aliàs *Almazhagi* nuncupatus, in oppido *Biga* ex illustri & antiqua familia progenitus, *Cordubam* incoluit, ubi Medicinam, cujus in primis gnarus erat, & docuit & scriptis locupletavit. Decessit anno Egiræ 612. Christi 1215. feriâ 3. die 14. Rabii posterioris.

Abdelrahmanus Abu Mathreph Illiberitanus, vir doctrinâ & morum integritate conspicuus, de *Re Rustica* ingens scripsit volumen, ubi præcipuè

de

de Plantis quæ *Deniæ* naſcuntur ad maris litus & in radicibus montis nomine *Caon* قاعون, ſive *Caun*, ut illum *Nubiensis* appellat in *Climatis IV. Parte I. pag.* 160. quem Hiſpani vocitant *Mongon.* Is obiiſſe fertur ſeculo Egiræ quarto.

Abdelrahmanus Ben Abdalla Ben Maiserat, *Cæſarauguſtæ* & civis & prætor, fato functus eſt ibidem anno Egiræ 442. Chriſti 1050. feriâ 3. die 17. menſis Ragebi, quo die Templi maximi *Cæſarauguſtani* accidit incendium.

Abdelrahmanus Ben Abdalla Abu Zaid Valentinus, Mathematicis diſciplinis unus omnium maximè floruit. Ei *De Arithmetica* & *Algebrâ* Opus, quod omnium teritur manibus, adjudicatur. Mortuus eſt anno Egiræ 456.

Abdelrahmanus Ben Mohamad Abulmothreph Toletanus, adoleſcens *Cordubam* ſtudiorum causâ profectus eſt; ibique tantam Medicinæ & Juriſprudentiæ navavit operam, ut Magiſterii laureâ donatus, utramque diſciplinam publicè tradiderit. Edidit Opus tripartitum *De Medicamentis ſimplicibus*; Tractatum *De Somno*; volumen denique *Collectionis* titulo inſcriptum, de *Re* nimirum *Ruſtica*, in qua verſatiſſimus erat: adeo ut Regii Viridarii *Toletani* Præfectus conſtitutus fuerit. Natus anno Egiræ 389. obiit anno 467. Chriſti 1074. feriâ 6. die 20. menſis Ramdani.

Abdelrahmanus Ben Mohamad Ben Sidabuh ex urbe *Agabra*, vulgò *Cabra* قبرة, Juriſconſultus, *Cordubæ* annonæ Præfectus fuit. *Granatæ* deceſſit anno Egiræ 489.

Abdelrahmanus Ben Musa Ben Abi Derhem Altagibi, vulgò *Abulmathreph*, Juriſconſultus, nobilis *Oſcenſis*, & patriæ ſuæ Proprætor: quæ quidem dignitas hæreditario jure illi obtigit. *Oſcæ Hiſtoriam* ad annum uſque Egiræ 501. conſcripſit.

Abdelrahmanus Ben Mohamad Alcaisi, vulgò apud Arabes *Gathi*, Hiſpanè *Gato*, patriâ *Cordubenſis*, profeſſione Medicus, eruditionis laude claruit. Cujus meminit in *Hiſpaniæ Annalibus Abulkhaledus Iazid Ben Abdelgiabar*, cognomento *Almaruani*, referens ejus obitum ad annum Egiræ 548.

Abdelrahmanus Ben Ahmad Abu Giaphar, aliàs *Ebn Alcasiri* dictus, *Granatenſis*, Scriptor eruditus & Juriſconſultus inſignis, complura poſteris doctrinæ ſuæ reliquit monumenta, in quibus elucent *Hiſtoria Granatæ Naturalis & Litteraria* in plures tomos diſtributa; opus *De Jure Hiſpano*; alterum *De Verborum uſu*, ubi præcipuè de *Amphibologiis.* A Chriſtianis in portu *Tunetano* interfectus eſt ſub finem anni Egiræ 576. Hujus meminere Scriptores Hiſpani *Ebn Mumen*, *Ebn Almalgium*, & *Abu Abdalla Ben Baleg.*

Abdelrahmanus Ben Abdalla Abu Zaid, vulgò *Alsahili*, *Malacæ* nobili genere natus anno Egiræ 509. in omni ſcientiarum genere floruit. Huic non pauca, & quidem docta adſcribuntur opera, è quorum numero ſunt, Opus Virorum illuſtrium vitas complectens, cui titulus *Pratum novum* روضة ادف, ex centum & ultra monumentis ſelectum; De rebus diverſis *Quæſita*; tùm Commentarii in *Alcorani* verba. *Marochi*, ubi Juriſprudentiam per plures annos docuit, mortuus eſt anno Egiræ 581. Chriſti 1185. ad veſperas feriæ 4. die 25. menſis Schabani.

Abelrahmanus Ben Mohamad Abulcassemus, alio nomine *Ben Hobaisch* nuncupatus, *Almeriæ* clara ſtirpe ortus eſt die 15. Ragebi, anno Egiræ 504. Hic, quemadmodum Scriptores tradunt, originem ex oppido *Seraca* شارقة, nimirum *Xerica*, in *Valentiæ* ditione, duxit. Ut *Cordubæ* ſtudiorum curriculum abſolvit, ſtatim ad patriam rever-

sus est: quâ à Christianis captâ anno Egiræ 542. Christi 1147. *Murciam* se contulit, ubi Rhetoricam & Philosophiam annos decem in Regio Collegio prælegit. In Arabicarum Antiquitatum studio sic versatus erat, ut illum Asiæ & Africæ Doctores tamquam sui ævi oraculum consulerent. Edidit inter cætera opus impensè eruditum *De Nominibus Gentilitiis familiarum Hispanarum*; item aliud *De Disciplina Militari* plures in tomos distributum. Denique *Murciæ* jam octogenarius fato functus est anno Egiræ 584. Christi 1188. feriâ 4. die 14. mensis Saphari; sepultusque extra portam *Ben Ahmadi* appellatam.

Abdelrahmanus Ben Joseph Ebn Rochia Alazharami Fessanus, domicilio & disciplinâ *Cordubensis*, vir multiplici erudione conspicuus, Bibliothecam habuit lectissimam, quæ testamento filiæ suæ legata, quatuor aureorum millibus veniisse traditur: summâ profectò tunc temporis longè maximâ. Diem obiit supremum anno Egiræ 605.

Abdelmalekus Ben Hescham, vulgò *Ebn Athala*, ex urbe *Silves*, ubi nobili genere ortus est anno Egiræ 475. Christi 1082 feriâ 6. die 2. mensis Saphari. Adolescens ad omnem doctrinam quasi natus, in patria sua Rhetores insignes *Abi Abdalla Ben Schebrin*, & *Abilhassenum Musa*, vulgò Candela nuncupatum, audivit; *Hispali* verò summos Philosophos, utrumque videlicet *Abulhassenum Alakhdhar*, & *Alscharaih*; *Cordubæ* denique Jurisconsultos *Ebn Serage*, *Ben Atab*, *Abi Bahr*, *Abilvalid* & alios. Iis disciplinis instructus, Historiarum tùm veterum, tùm recentium studio se tradidit: quarum tantam est assequutus peritiam, ut *Genealogiarum libros III.* multò doctissimos conscripserit. Mortuus est anno Egiræ 551. Christi 1156. feriâ 4. die 25. mensis Saphari.

Abdelmalekus Ben Zahr, vel auctore *Herbelotio*, *Ebn Zohr*, vulgò *Avenzohar*, aliàs dictus *Abu Marvan Ben Abdelmalek Ben Mohamad Ben Marvan*, *Hispalensis*, genere & doctrinâ spectatissimus, professione Medicus, edidit opus *De Medicamentis simplicibus compositisque* longè celeberrimum, cui titulus *Taisir* تيسير, id est *Præparationis Methodus*; necnon aliud *De Morborum Curatione*, quod *Abrahamo* Principi, *Josephi Ben Tasphini* filio, nuncupavit. *Hispali* decessit anno Egiræ 557.

Id opus *De Medicamentis simplicibus & compositis* recensetur in Catalogo MSS. Arabicorum Regiæ *Bibliothecæ Parisiensis*, *Num. MXXVIII.* Ejusdem meminit *Herbelotius* in *Bibliotheca Orientali*, *pag.* 938. ubi auctorem origine & religione *Judæum* fuisse ait.

Abdelmalekus Ben Abdalla Ben Badrun Alhadramita ex urbe *Silves*, Poëta & Orator insignis, carmen Poëtæ *Ben Abdun* erudito Commentario, cui titulus *Floris Calyx*, illustravit. Vixit sexto Egiræ seculo.

Abdelazizus Ben Tabet Ben Suarius ex oppido *Belala* بلالة, sive *Volalat*, Hispanè *Vallada*, quod ad *Sætabis* ditionem pertinet, Scriptor non ignobilis, claruit anno Egiræ 453.

Abdelazizus Ben Omar Ben Habnuc, vulgò *Abu Iones* vocitatus, ex oppido *Montschon* منتشون, videlicet *Monzon*, in Orientali Hispaniæ plaga, *Cæsaraugustæ* litteris operam dedit, ubi & annonæ Præfectus delectus est, anno scilicet Egiræ 463.

Abdelazizus Ben Mohamad, vulgò *Abulasbaghæus*, ex oppido *Valschid* بلشيد, seu *Valsed*, nimirum *Belchite*, in *Cæsaraugustana* ditione, Chronographus, vixit anno Egiræ 555.

Abdelazizus Ben Hossain, vulgò *Ebn Halala*, ex oppido *Tebar* طبرة, sive *Teva*, quod ad Hispalis occasum

ja-

jacet, Historicus, *Bassoræ* obiit anno Egiræ 617. Christi 1220. feriâ 4. die 7. Ramdani.

Abdelazizus Ben Ali Ben Zaidan Alsamati Cordubæ natus est anno Egiræ 549. *Astigi* verò litteris institutus, in quibus tantùm profecit, ut idem Orator, Poëta, Philosophus insignis evaserit. *Fessæ*, Scriptis editis clarus, diem obiit anno Egiræ 624. Christi 1226. feriâ 2. die 6. mensis Ragebi.

Abdelvahab Ben Isac Abu Mohamad Alphari, vulgò *Ebn Alhamri*, ex oppido *Alhamra* الحمرا, in *Sætabis* ditione, Poëta insignis, fato functus est anno Egiræ 525.

Abdelvahab Ben Mohamad Ben Ali Alcaisi Malacitanus, qui & *Almonscheri* dicitur à loco *Monscher* منشر, sive *Monseri*, in *Malacæ* territorio, Historiæ *Malacitanæ* Scriptor, decessit anno Egiræ 598. Christi 1201. horis matutinis feriæ 7. die 14. mensis Schevali.

MDCLXXI.

Codex litteris Cuphicis exaratus, & fine & anni notâ carens, quo continetur *Bibliotheca Arabico-Hispana* cum Prolegomenis de Hispania ab Arabibus expugnata ac Regum Ommiaditarum serie quæ, quidem inscribitur *Viri cupidi res expetita* (1): auctore *Ahmedo Ben Iahia Ben Ahmad Ben Amira Aldhobi Cordubensi* (2), qui Bibliothecam hanc perduxit ad annum Egirianum 592. Scriptoris insignis *Majoricensis*, nomine *Alhomaidi*, vestigiis insistens.

EXCERPTA
EX
HUJUSMODI BIBLIOTHECA.

Mohamad Ben Alhassenus Abu Baker, vulgò *Alzobaidi*, *Hispalensis*, Grammaticus & Philologus celeberrimus, composuit opus egregium *Grammaticæ Institutiones* & *Grammaticorum Historiam* complectens, item aliquot Poëmata. Eidem quoque assignatur Lexicon Arabicum, *Ain* كتاب العين, id est *Fons*, inscriptum, quod omnium primum apud Arabas prodiit. *Cordubæ* decessit anno Egiræ 330.

Mohamad Ben Hareth Alkhaschni Cordubensis, multiplici eruditione & Juris scientiâ clarissimus, edidit opus Historicum, tomis VI. comprehensum, *Jurisconsultorum, atque Historicorum Hispanorum vitas & obitus* complectens. Hic anno Egiræ 330. in vivis adhuc erat.

Mohamad Ben Khalaph Ben Soliman Ben Phathun ex *Orihuela*, Jurisconsultus scriptis nobilis, *Deniæ* Prætor electus, honorem sibi oblatum respuit, ut sibi & litteris liberiùs viveret. Inter alia scripsit opus doctum simulque ingeniosum *De Contractibus Forensibus*, quod absolvere noluisse traditur, admonitus ab Amicis, id si operis publicam aliquando lucem aspiceret, campum litibus apertum iri latissimum, Judicesque plus æquo defatigandos. Mortuus est anno Egiræ labente 519.

Mohamad Ben Soliman Ben Talid Oscensis, Jurisconsultus, *Oscæ* & *Cæsaraugustæ* Præturam gessit. Diem obiit anno Egiræ 295.

Mo-

(1) *Titulus* : كتاب بغية الملتمس في تاريخ رجال اهل الاندلس ۞

(2) *Auctor* : تاليف احمد بن يحيي بن احمد بن عميره الضبي القرطبي ۞

Mohamad Ben Althaieb Alotki Abu Bakerus ex urbe *Tadmir*, Juriſconſultus & Monachus, pietate doctrinâque apud ſuos conſpicuus, *Cordubæ* & *Murciæ* litterarum ſtudiis incubuit. Expugnationi *Zamoræ* سموره & *Conimbricæ* قلمريه, ſuperſtitioſæ religionis causâ ductus, interfuit; occiſuſque tandem eſt anno Egiræ 379.

Mohamad Ben Abdelala Ben Salem, vulgò *Alkaschkinani*, ita dictus à loco *Kaſchkinan* كشكينان, in agro Cordubenſi, edidit opus criticum *De Scriptorum Erroribus*, uti & *Bibliothecam Juriſconſultorum Judicumque Hiſpanorum*. Vixit ſeculo Egiræ quarto.

Mohamad Ben Abdalla Ben Moslama Abu Amerus Hiſpalenſis, genere & Viziri dignitate inſignis, ſcripſit Tractatum *De Hortorum Cultu*, necnon carmina eadem de re non pauca.

Mohamad Ben Abdalla Ben Mohamad, vulgò *Abu Bakerus Ben Alarabi*, qui *Hiſpali*, ubi natus eſt anno Egiræ 468. liberales diſciplinas ſumma cum laude plures per annos docuit; inde in Orientem profectus, egregia opera ſcribere aggreſſus eſt, quorum aliqua inchoata tantùm, morte præreptus, poſteris reliquit. Quæ autem ille ad umbilicum perduxit, hæc nempe ſunt: *Aſſyriorum Jura*, tomis VI. comprehenſa; Opus *De Opinione probabili ac probabiliori*, necnon de licito earundem in Jure uſu; Commentarii in opera Juridica Doctoris *Maleki Ben Anes*; atque Opuſculum *De Verborum Grammaticorum uſu apud Juriſperitos*. Ejus pulchra *Noctis in ſomnis* Deſcriptio Poëtica extat in noſtro Codice. *Hiſpali*, cujus Præturam geſſit, diem obiit anno Egiræ 543.

Mohamad Ben Abdelsalam Alchaschkini Cordubenſis, Hiſtoriæ Hiſpaniarum univerſæ auctor, qui vitæ finem implevit anno Egiræ 310.

Mohamad Ben Abdelaziz Ben Zaibat Alkalabita Cordubenſis, Juriſconſultus, natus anno Egiræ 445. interiit anno 528. Chriſti 1133. quo quidem anno memoranda *Fragæ* Pugna contigit.

Mohamad Ben Pharagi, Juriſconſultus celebris, *Cordubæ* clara ſtirpe natus eſt anno Egiræ 404. Chriſti 1013. quo condita eſſe fertur urbs ab *Aslao Ben Razin*, quæ hodie *Santa Maria* شنتمريه dicitur. Edidit Tractatum *De Contractibus*; & alium *De Nova rerum Productione*, de qua magna apud Theologos Mahometanos lis eſt, aliis aientibus, negantibus aliis. Mortuus anno Egiræ 497.

Mohamad Ben Phatuh Abu Abdalla, vulgò *Aba Nasser Alhomaidi, Hiſpalenſis*, Juriſconſultus, Bibliothecæ Arabico-Hiſpanæ, quæ *Analecta* inſcribitur, auctor, *Bagdadi* obiit anno Egiræ 488. Hunc Scriptor noſter ut Hiſtoriographum accuratiſſimum ubique laudat, cæteriſque anteponit.

Mohamad Ben Hescham Ben Abdelaziz ex Regia Ommiaditarum ſtirpe, *Cordubenſis*, Orator & Poëta eximius, claruit anno Egiræ 340. ſcripſitque *Hiſtoriam Poëtarum Hiſpanorum.*

Ahmad Ben Mohamad Ben Abdrabboh Ben Habib Abu Omar, nobilis *Cordubenſis*, vir litteris & exquiſita eruditione inſignis, diem obiit anno Egiræ 328. pluſquam octogenarius. Edidit *Annales Cordubenſes* & opera *Poëtica*, quæ in XX. Partes digeſta, in Regia Bibliotheca *Cordubenſi* Auctoris noſtri tempore aſſervabantur.

Ahmad Ben Said Bem Hazam Abu Omar Almontegili Hiſpalenſis ſcripſit *Hiſtoriam Virorum eruditorum.* Deceſſit autem anno Egiræ 350.

Ahmad Ben Abdalla Abu Omar, vulgò *Albagi*, *Hiſpalenſis*, genere, doctri-

ctrinâ atque omni eruditione clarissimus, quarto Egiræ seculo vixit.

Ahmad Ben Abdalla Ben Zaidun Abulvalid Cordubensis, Poëta quidem acutus & disertus, sed maledicus, atque in carpendis hominum vitiis mordacissimus, simulque liberrimus, multorum id genus Epigrammatum artifex extitit, quorum nonnulla in nostro Codice occurrunt.

Ahmad Ben Abdelmalek Abu Amer, vulgò *Ben Schahid*, *Murciæ* anno Egiræ 382. illustri & perantiqua stirpe natus est. Orator fuit, ac Poëta incomparabilis, Medicus quoque non contemnendus. Edidit opus, cujus inscriptio *Aromataria Officina* حانوت عطاري, Carmina varia & Descriptiones Rhetoricas complectens. *Cordubæ* decessit anno Egiræ 426. Christi 1034. feriâ 6. die 30. Gemadi prioris.

Ahmad Ben Abdelvali Abu Giaphar Albati, ex *Bata* بتة, Regni *Valentiæ* oppido, Poëta elegans & eruditus, miserè periit vivus concrematus anno Egiræ 488. Christi 1095. id jubente victore Christianorum Rege, qui *Imperator* nuncupatur.

Ahmad Ben Omar Ben Anes Aladri Abulabbas ex urbe *Almeria*. Is, ut viros per ea tempora litteris celebres audiret, in Asiam profectus est: ubi reconditâ Arabicarum Antiquitatum eruditione, de quibus plura volumina conscripsit, celebratissimus, obiit anno Egiræ 478. Christi 1085. mense Moharami, quum *Alphonsus* Rex Toleto potitus est.

Ahmad Ben Nasser Cordubensis, Arithmeticus & Geometra nobilis scripsit opus de *Geometria* præstantissimum. Decessit anno Egiræ 332. Christi 943. ad vesperas feriæ 5. die 24. mensis Ragebi.

Ahmad Ben Mohamad Ben Pharagi Abu Amru ex *Jaen*, Poëtarum Hispanorum omnium primus Carmen Epicum Orientalium more panxit. Huic plurima adjudicantur scripta, in his Hispaniæ Annales, atque Regum Ommiaditarum gesta, titulo *Hortus Arboribus consitus* كتاب الحدايق, in tomos IV. distributi, quorum duo priores interciderunt. Cùm sententiarum gravitate, tùm verborum cultu in primis excelluit, ut colligere est ex paucis ejusdem versibus in nostro Codice relatis. *Cordubæ* periit articulari morbo, quem ex immodico vini usu contraxerat, anno Egiræ jam labente 360. imperitante in Hispania *Alhakemo*, aliàs *Almostansero Billa*, cui & gratus & familiaris erat.

Ahmad Ben Mohamad Ben Abdelber Valentinus, virorum qui in Hispania Juris scientiâ floruerunt, Historiæ conditor, vixit quarto Egiræ seculo.

Ahmad Ben Mohamad Ben Abdalla Abu Omar in urbe *Talamanca* honestis parentibus natus est anno Egiræ 340. Jurisconsultus & Historicus celebris, *Bibliothecam Historicorum Hispanorum* evulgavit. Mortuus est anno 430.

Ahmad Ben Mohamad Ben Musa Ben Alariph Hispalensis, Poëta ingeniosus, & Calligraphiæ Artis peritissimus; quippe qui sic versus exarabat, ut singuli alia prorsùs manu exarati viderentur. Diem obiit supremum *Cordubæ* anno Egiræ 536.

Abraham Ben Khirat Abu Isac, vulgò *Ebn Alsabagi*, nobilis Poëta *Hispalensis*, seculo Egiræ quarto claruit: cujus Epigramma *De Nube procellosa*, ut pote lectoribus non ingratum, hîc referendum censuimus.

Dies erat atrâ nube indutus,
Quâ tanquam alis Sol oriens obtectus est.
Terra imbre perfusa, hujus absentiam
deflet; Fulgur irridet;

Tonitru diserta voce declamat; Aër veluti mœstus silet. (a)

ISMAIL BEN MOHAMAD ABU ALPHARARES, Jurisconsultus *Cordubensis*, obiit anno Egiræ 357.

ISMAIL BEN OMIA *Toletanus*, Historicus, fato functus est *Toleti* anno Egiræ 303.

ISMAIL BEN ALCASSEMUS, vulgò ABU ALI ALCALI, in oppido *Manar Giord* منار جرد ditionis *Bagdadi* natus est anno Egiræ 288. Is *Cordubam*, ubi Rhetoricam docuit, venit anno Egiræ 330. Rege *Abdelrahmano*, cognomento *Alnasser*, cujus filium *Alhakemum* erudiit. Apud utrumque eâ valuit gratiâ & auctoritate, ut florentissimum Imperium ex ipsius tantum arbitrio pendere videretur. Ob eximiam Arabicæ linguæ peritiam, summamque pariter eloquentiam *Hispaniæ Philologi* cognomentum adeptus est. Plura de Arabum sermone ac eruditione Opera laudatissima composuit, è quorum numero sunt Liber *Exquisitæ Eruditionis* النوادر, varias narrationes Philologicas complectens; Liber, *Arte Præstans* البارع inscriptus, Lexicon videlicet Arabicum; tùm alius *De Orthographia Arabica*, omnium, qui hactenus hac de re prodierunt, accuratissimus. *Cordubæ* tandem decessit anno Egiræ 356. die 3. Rabii posterioris. Hujus meminit HERBELOTIUS in *Bibliotheca Orientali*, *pag.* 245. Verbo *Cali*.

ISAC BEN ABRAHIM BEN MOSARRA *Toletanus*, Poëta insignis, *Toleti* obiit anno Egiræ 352. Christi 963. feriâ 7. die 22. mensis Ragebi.

ISAC BEN SALAMA ISACI FILIUS ALCAINI *Valentinus*, quinti Egiræ seculi Scriptor eruditus, edidit *Hispaniæ Annales*, in plures Partes distributos: ubi de Prætoribus, Consulibus, Ducibus, Jurisconsultis & Poëtis clarissimis, necnon de Præsidiis, atque Præliis agitur.

EDRISUS BEN ALIAMAN ABU ALI, qui ALIEBUSI, ab Insula vulgò *Ibiza*, appellatur, Poëta inclytus, qui ineunte quarto Egiræ seculo floruit. Dicitur etiam ALSCHABINI à verbo *Alschabin* الشبين, quod Arborem *Pinum* sonat, quâ illa insula maximè abundat.

Job, Ducis MUSA BEN NASSIRI ex sorore nepos, qui, ut in suis *Chronicis* refert ABDELRAHMANUS, hujus nominis secundus, Hispaniarum Rex, interfecto *Abdelazizo* memorati Musa Ben Nassiri filio, à militum Præfectis Imperator salutatus est; idque anno Egiræ 97.

HAIAN BEN KHALAPH BEN HOSSAIN BEN HAIAN ABU MARUAN *Cordubensis*, tertii Egiræ seculi Scriptor nobilissimus, edidit *Chronologiam Hispanam*, quam vocant *Majorem*.

KHALAPH BEN SAID ALMINI, Historicus, idemque miles strenuus, *Hispanus* in loco quodam *Minia* مينة, vel *Alminia* dicto natus, in prælio adversùs Christianos commisso cecidit anno Egiræ 305.

KHALAPH BEN ABBAS ABULCASSEM, vulgò ALZAHRAVI, خلف بن عباس ابو القاسم الزهراوي *Cordubæ*, ubi natus est, Me-

(a) يوم كان سحابة لبست غمامي المصامن ✡
حجبت بها شمس الضحي بمثال اجنحة الفراخت ✡
فالغيث يبكي فاقدها والبرق يضحك ضحك شامت ✡
والرعد يخطب مفصحا والجو كالمحزن ساكت ✡

Medicus fuit, simulque Chirurgus peritissimus. De utraque facultate, videlicet de theorica ac practica medendi Arte, ac de Chirurgia, egregiè scripsit. *Cordubæ* decessit anno Egiræ 500. A Latinis variè, *Abbucasis*, *Bucasis Galaf*, *Alsaravius*, *Azaragi* vocitatur. Utrumque opus Latinè jam redditum est, Chirurgicum anno 1532. Medicum verò prodiit anno 1519. Augustæ Vindelicorum. De iis disserens *Abu Mohamad Ali* in *Historia Medicorum Hispanorum*, hæc habet: „ Fateor Doctoris *Alzahravi* libros Medicinæ & „ Chirurgiæ quàm maximè utiles esse „ atque longo rerum usu comprobatos: adeo ut nemo, quod ego sciam, „ opus ullum hac de re illis utiliùs, „ pleniùs, vel accuratiùs hactenus „ conscripserit „. Ex Latinis verò *Paulus Ricius* Auctorem nostrum hisce verbis laudat: „ Quem utique (pace „ aliorum dixerim) nullo Medicorum „ post Medicinæ parentem Hippocratem ejusque Interpretum, inferiorem „ dicere minimè erubesco.

Khalasat Ben Musa Ben Amran Alraii, vir doctrinæ & pietatis famâ inter suos clarus, illustri familia natus est in oppido *Raia* رية, ad Meridiem *Cordubæ* & ad Orientem *Algezirath* spectante, quod frugum pomorumque copiâ felix habetur. *Cordubæ*, cujus erat incola, mortuus est anno Egiræ 376. Christi 986. feriâ 4. die 5. Ragebi.

Soliman Ben Giolgiol Valentinus, Medicus, scripsit *Historiam Medicorum Hispanorum*; floruitque seculo Egiræ quinto.

Said Ben Salem Abu Othman, vulgò *Almageriti*, ex oppido *Magerit*, quod olim *Majoritum*, hodie *Madrid* vocitatur. *Magerit* مجريط autem, vox Africana, *Meatum*, *Aquæductum* & *Curriculum* denotat. Is *Toleti* studuit, utriusque Juris scientiam ibidem professus. Tandem in patriâ obiit anno Egiræ 376.

Said Ben Nemr Ben Soliman Algaphekæus ex oppido *Baira* بيرة, Hispanis *Vera*, in ditione *Almeriæ*, Jurisconsultus insignis, mortuus est anno Egiræ 269.

Saken Ben Said Hispalensis, Historicus, edidit *Bibliothecam Scriptorum Hispanorum* cum Notis criticis. Diem obiit anno Egiræ 457.

Alsamah Ben Malek Alkhulani, *Hispaniarum* Prorex, & summus exercitûs Dux, in prælio à Christianis superatus, occubuit anno Egiræ 103.

Abdalla Ben Mohamad, vulgò *Albagi*, ex urbe *Begia* باجة, id est *Beja*, in Hispania; non autem *Bugia*, Africæ urbe, de qua *Leo Africanus Lib. V. fol.* mihi 206. Id enim nominis *Albagi* ad *Bejam* potiùs urbem in nostro Codice referendum videtur. *Hispali* Jurisprudentiam plures annos docuit, ubi decessit anno Egiræ 378.

Abdalla Ben Mohamad Ben Moghit, vulgò *Ebn Alsophar*, *Cordubensis*, vir planè eruditus, apud *Alhakemum* Hispaniæ Regem, *Almostanser* nuncupatum, Chronographi munus obtinuit: cujus & jussu *Historiam Regum Ommiaditarum* scripsit, ubi eorum carmina collecta reperias. Obiit *Toleti* anno Egiræ 352.

Abdalla Ben Ahmad Abu Abdalla Ben Abdelrahim Algassani, Jurisconsultus insignis, *Malacæ* natus anno Egiræ 456. obiit anno 543. Christi 1148. feriâ 3. die 26. Moharami.

Abdalla Ben Abrahami Ben Giaphar Alamui, vulgò *Abu Mohamad Alasili*, ex urbe *Siduna* شذونة, scilicet *Medina Sidonia*, utriusque Juris Doctor celeberrimus: quem famâ impulsus *Alhakemus* Rex, litteratorum singularis fautor, *Cordubam* accivit, ubi Ju-

ris ſcientiam docuit; tandemque obiit anno Egiræ 392. Dicitur vero *Alasili* ab urbe *Aſila*, ſive *Azila* اصيلة ☼ ازيلة, unde originem duxit, quæ non longè à *Tanger* abeſt; ſed nunc everſa funditùs jacet.

Abdalla Ben Haian Alruschi Valentinus, Juriſconſultus eruditus: qui, teſte *Ebn Alcama* in *Hiſpaniæ Annalibus*, ſelectam adeoque copioſam ſibi comparavit Bibliothecam, ut ejus voluminibus ſaccos centum & quadraginta impleverint hæredes. Obiit anno Egiræ 484.

Abdalla Ben Said Albasculai, à *Baſculi* بشكلاو, ſive *Paſculo*, qui campus eſt, vel planities in agro Cordubenſi, vulgò *Campiña*, Juriſconſultus non contemnendus, *Cordubæ*, ſcriptis clarus, deceſſit anno Egiræ 458.

Abdelrahman Ben Mohamad Ben Abdalla Ben Hobaisch Abulcassemus Hiſpalenſis, Juris ſcientiâ & multiplici eruditione nobiliſſimus, cui cùm in dicendo, tùm in ſcribendo uberrimum ſuppetebat ingenium. Obiit anno Egiræ 584. Chriſti 1188 feriâ 5. die 15. menſis Saphari.

Abdelmalekus Ben Habib Abu Maruan Alsalami, nobilis *Cordubenſis*, Juriſconſultus inſignis, atque omni eruditionis genere planè ornatus, edidit ampliſſimum *De Jure* Tractatum. *Cordubæ* deceſſit anno Egiræ 239. Chriſti 853. feriâ 7. die 18. menſis Dilhagiat.

Obaidis Ben Mahmud Abulcassemus ex urbe *Jaen*, Poëta diſertus, ſcripſit opus ſingulariſſimum *De Hiſpana Eloquentia*, ubi earum ſententiarum Catalogum contexuit, quas aliarum nationum auctores ab Hiſpanis mutuatas in ſua ſcripta transferre ſolent. Mortuus eſt *Cairi* anno Egiræ 511.

Isa Ben Mohamad Alabderita, Poëta amœniſſimus, natus in urbe vulgò *Elche* الش من نظر تدمير, quæ, ut Codicis noſtri verba apertiſſimè teſtantur, *adversùm urbem Tadmir* exſurgit. Ex quo planè patet *Tadmir* atque *Elche* non unam eandemque eſſe urbem, ut quidam ætatis noſtræ Scriptores falsò ſibi perſuaſere. Is autem floruiſſe traditur quarto Egiræ ſeculo.

Omarus Ben Schaib Abu Haphs, aliàs *Algalidh* nuncupatus, *Cordubenſis* ex loco, quem vocant *Fahs Albellota* فحص البلوط ab arboribus glandiferis, quæ ibi feliciſſimè veniunt, haud procul à *Corduba*. Is inſulam *Cretam* اقريطس expugnavit poſt annum Egirianum 220. ejuſque Prætor fuit, ubi etiam obiit anno 240.

Omarus Ben Obaidalla Ben Joseph Ben Hamed Alhazli, vulgò *Alzahravi*, Juriſconſultus inſignis, natus eſt in urbe *Alzahra* الزهرا, id eſt *Flos*, quam condidiſſe prope *Cordubam* fertur Rex *Abdelrahmanus Alnaſſerus*. Deceſſit Valentiæ anno Egiræ 425.

Omarus Ben Nemara Abu Haphs Cordubenſis, Hiſtoricus, ſcripſit *Bibliothecam Juriſconſultorum Cordubenſium*; obiitque anno Egiræ 491.

Othmanus Ben Rabia Hiſpalenſis, edidit *Hiſtoriam Poëtarum Hiſpanorum*. Vitæ finem implevit *Cordubæ* anno Egiræ 411.

Othmanus Ben Said Abu Amru ex urbe *Denia*, Juriſconſultus & Philologus magni nominis, ſcripſit volumina de vario doctrinæ genere centum & ultra. Diem obiit anno Egiræ 444.

Ali Ben Mohamad Abu Alhassan Valentinus, Orator & Poëta celeberrimus. Huic ſanè adſcribendum eſt Opus illud eruditum de *Similitudinibus*, quas in carmine uſurpare ſolent Hiſpani Poëtæ. Deceſſit anno Egiræ 439.

Ali Ben Soliman Abulhassenus Cordubenſis, qui & *Alzahravi*, vulgò

Al-

Alzarabi dicitur, Mathematicis diſciplinis apprimè inſtructus, necnon Medicus idem inſignis fuit. Quo autem ſeculo ille vixerit, Scriptor noſter non indicat.

Abbas Ben Mohamad Alsalehi ex pervetuſta urbe, quam vocant *Talca* طالقة, non longè ab *Hiſpali* diſſitâ, antiquitùs *Italica*, Poëta acutus, ſed mordaciſſimus, obiit anno Egiræ 329.

Galebus Ben Mohamad Alcaisi, vulgò *Alcathini*, ex oppido *Cathin* قطنين in inſula *Majorica*, incola *Deniæ*, nobilis Philologus, ſed pietate nobilior, fato functus eſt anno Egiræ 403.

Cassemus Ben Ahmad Ben Sabeghus ex urbe *Baëna* بيانة, *Cordubæ* incola, ubi mortuus eſt anno Egiræ 340. Plura edidit opera, quorum ſeries in noſtro Codice occurrit: ubi inter alia recenſentur volumina III. *De Jure Mahometano*; Commentarii in *Alcoranum*; Liber de *Coraiſitarum Familia*, unde genus duxit Pſeudopropheta; Libri *Etymologiarum* V. & Liber *De Hiſpaniæ Laudibus*, qui magno eſt in pretio.

Cassemus Ben Tabet Ben Hazem Abu Mohamad Cæſarauguſtanus, auctor Libri Traditionum, cui titulus *Peregrinus* الغريب. *Cæſarauguſtæ* obiit anno Egiræ 369.

Musa Ben Ahmad Abu Amran, vulgò *Albalzuzi*, ex oppido *Balzuz* بلزوز in tractu *Almerienſi*, Poëta antiquus & clarus, vixit ſeculo Egiræ ſecundo, multaque compoſuit carmina, quorum Collectionem publicavit *Abulkhathabus Ben Hazam*, Scriptor *Cordubenſis*.

Musa Ben Nassir Abu Abdelrahmanus, totius Africæ Dux, ſub cujus auſpiciis Hiſpania ſubacta eſt. Ducis *Musa Ben Naſsiri* Hiſtoriam condidit ejus nepos, nomine *Moarek Ben Maron*. Illius mors cadit in annum Egiræ 97. & ſecundùm alios, ſed minùs probabiliter, in annum 99.

Heschamus Ben Mohamad Ben Hescham, qui & *Albaschtani* nuncupatur à loco in Hiſpania Orientali *Baſchtana* بشتانة, fortè *Paſtrana*. Vir in primis erat ſubacti ingenii & immenſæ lectionis, ac proinde eruditionis minimè vulgaris: à quo non pauca deſumſit *Rasis*, Hiſtoriæ Hiſpaniæ Scriptor. Vixiſſe traditur tertio Egiræ ineunte ſeculo.

Joseph Ben Abrahami Abulhagiagæus, vulgò *Althoghri*, *Murcianus*, Juriſconſultus inſignis, Jura prælegit in Collegio *Calioſchæ* قليوشة, vel *Colioxæ*, quod oppidum eſt in ditione *Orihuelæ*. Floruit ſeculo Egiræ quarto.

Joseph Ben Harun Alkindi Abu Amr, vulgò *Alramadi*, ita dictus à loco *Ramada* رمادة in Mauritania, unde originem duxiſſe fertur, ortu *Cordubenſis*, Poëtarum facilè Princeps, ut ex Academiæ *Cordubenſis* Cenſura in noſtro Codice relata planè liquet. Inter alia, quæ poſteris reliquit, memoratur Opus præſtantiſſimum, carmine conſcriptum, *De Avibus*. Vixit anno Egiræ 333.

Joseph Ben Iahia Abu Omar Alazadita, vulgò *Almagami* dictus à loco in Toletana ditione, nomine *Magama* مغامة, forte *Magan* nobilis Grammaticus, diem obiit anno Egiræ 183.

Ebn Soiad Cordubenſis ex oppido *Selaha* صلاحة, vel *Selha*, Grammaticus & Philologus celeberrimus, ſcripſit opus de Arabum ſermone & eruditione in Partes centum diviſum, cui titulus *Præceptor*; uti & Librum *Dialogorum*. Deceſſit *Cordubæ* anno Egiræ 360. Rege *Alhakemo Almoſtanſero*, cui opera ille ſua dedicavit.

Ebn Alaitam Cordubenſis, Medicus laudatiſſimus, ſcripſit Libros tres

De Alimentis, *De Venenis*, & *De Herbarum viribus ac naturis*. Vitâ functus est anno Egiræ 455.

MDCLXXII.

Codex litteris Cuphicis nitidè exaratus anno Egiræ 609. die 25. Ramdani, quo continetur Bibliotheca Arabico-Hispana, in decem Partes distributa, inscripta (1) *Munus Chronologicum Hispanum*: auctore *Abulcassemo*, vulgo *Ben Basckval*, id est *Pasqual*, *Cordubensi*, (2) qui summam operi manum imposuit anno Egiræ 534. die 3. Gemadi.

EXCERPTA
EX
HUJUSMODI CODICE.

Ahmad Ben Abdelrahman Abu Amru, vulgò *Ben Alabsi*, *Hispalensis*, Juris scientiâ & multiplici eruditione clarus, edidit *Juris Institutiones*, atque Opus De Theologia Mystica, cui titulus *Meditationes*. Natus anno Egiræ 293. obiit die 3. Saphari anno 379.

Ahmad Ben Said Ben Abrahim Alhamdani, aliàs *Ebn Alhendi* vocitatus, *Cordubensis*, qui præter eximiam Jurisprudentiam fuit rerum Hispanarum scientissimus; adeòque de iis Historiam condidit in Partes VIII. divisam, quam posteà notis eruditis maximè locupletavit. Decessit die 3. Ramdani, anno Egiræ 399.

Ahmad Ebn Mohamad Abu Giaphar, vulgò *Ben Maimon*, *Toleti* generosâ stirpe natus anno Egiræ 353. morum integritati doctrinam non vulgarem adjecit, & incredibile conquirendorum librorum studium, quos sanè non ad ornamentum, neque ad ostentationem, sed ad animi eruditionem conquisivit. Enim verò quotquot habuit codices, eos notis vel ornavit, vel castigavit. Pretiosam hanc supellectilem ferunt Scriptores mirâ providentiâ è flammis, quibus urbs ferè tota exarserat, ereptam fuisse. Mortuus est in eadem urbe anno Egiræ 400. Christi 1009. feriâ 1. die 8. mensis Schabani.

Ahmad Ben Abdelmalekus Ben Haschem, vulgò *Ebn Almekui*, *Hispalensis*, Jurisconsultus insignis idemque Curiæ *Cordubensis* Præses, jussu *Alhakemi* Hispaniarum Regis Pandectas Hispanos ex centum codicibus collegit & in unum contraxit. Obiit anno Egiræ 401 feriâ 7. die 7. Gemadi prioris.

Ahmad Ben Mohamad Ben Aphiph Ebn Marivel, *Cordubensis*, doctrinæ & pietatis famâ spectatissimus, edidit Tractatum *De Exequiis*; Opus quinquepartitum *De Methodo docendi*, & Historiam *Jurisconsultorum Cordubensium*. Præfecturam obtinuit *Lorcæ*, ubi decessit anno Egiræ 420. Christi 1029. feriâ 1. die 17. Rabii posterioris.

Ahmad Ben Abdelcader Ben Said Alamui Abu Amru Hispalensis, Philologus, varia eruditione ornatus, scripsit Opus bipartitum *De Variantibus Alcorani Lectionibus*, alterumque *De Testamentis*, in Partes XV. divisum. Hujus obitus incidit in annum Egiræ 420.

Ahmad Ben Abdalla Algaphki, vulgò *Ebn Alsaphar*, *Cordubensis*, vir Arithmeticis instructissimus, cujus Opus de hac disciplina nulli sanè ignorandum...

no-

(1) *Titulus*: كتاب الصلة في تاريخ ايمة الاندلس ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابي القاسم خلف بن عبد الملك بن بشكوال القرطبي ۞

notum. Obiisse traditur anno Egiræ 426.

Ahmad Ben Said Ben Ali Alcanthari, dictus *Ebn Alhagial*, *Gaditanus*, litteris *Cordubæ* operam dedit, ubi & Jura prælegit. *Hispali* tandem fato functus est anno Egiræ 428.

Ahmad Ben Khalaph Ben Abdalla Alakhakamita Cordubensis, Grammaticus insignis, domicilio & scholâ *Hispalensis*, senex & cæcus plura *De Arabicæ Linguæ peritia* dictavit opera. Diem supremum obiit, annos centum natus, in Castello, quod vocant *Teliatha* طلياطة, scilicet *Tablada*, anno Egiræ 449.

Ahmad Ben Mohamad Ben Hezballa Abulhassenus Valentinus, Jurisconsultus & Prætor *Toleti*, obiit anno Egiræ 453.

Ahmad Ben Abdelrahman Ben Mothaher Alcansaræus Abu Giaphar Toletanus, edidit *Historiam Jurisconsultorum* & *Judicum Toletanorum*. Decessit *Toleti*, imperitantibus Christianis, anno Egiræ 489.

Ismael Ben Mohamad Ben Obad Abulvalid, *Hispalis* Prætor, ubi & doctrinâ claruit; diemque obiit anno Egiræ 410. Christi 1019. feriâ 1. die 5. Rabii posterioris.

Ismael Ben Mohamad Ben Khazragæus, vulgò *Ben Hareth*, *Hispalensis*, scripsit Historiam Litterariam Virorum Hispanorum, qui aliquid doctrinæ eruditionisque litteris mandarunt, in Partes quatuor divisam, cui titulus *Selectiora* كتاب الانتقاء, quò quæ memoratu digniora visa sunt, diligenter contulit. Mortuus est anno Egiræ 421. die 3. Moharami.

Giaphar Ben Mophrege Ben Abdalla Alhadramita Hispalensis, Medicinæ & Arithmetices peritissimus, obiit anno Egiræ 535. feriâ 6. die 8. mensis Moharami.

Hassanus Ben Mohamad Ben Alhossain, vulgò *Alcabschi*, nobilis *Cordubensis*, edidit *Historiam Hispaniæ*, gesta Regum, atque Jurisconsultorum vitas complectentem. *Murciæ* decessit anno Egiræ 430.

Khalaph Ben Mervan Ben Omiat, qui *Alsakhri* dicitur ab *Alsakhra* الصخرة, id est *Rupe*, *Cordubam* incoluit, ibique litteris & pietatis famâ clarus, obiit anno Egiræ 401. Christi 1010. feriâ 2. die 6. mensis Ragebi.

Khalaph Ben Bahlul, vulgo *Albarbali Hispalensis*, insignis Jurisconsultus, qui *Utriusque Juris Institutiones* eâ scripsit ratione, ut omnibus, quæ prodierunt, meritò quidem præluceant. Diem supremum obiit anno Egiræ 443. Christi 1051. feriâ 4. die 4. Rabii posterioris.

Khalaph Ben Joseph Abulcassemus, dictus *Albarbaschtri* بربشتري ab urbe *Barbastro*, Juris scientiâ & multiplici eruditione nobilis, pestilentiâ extinctus est die 10. mensis Schabani, anno Egiræ 451. Christi 1059.

Khalaph Ben Mohamad Ben Abdalla Ben Savab, *Cordubæ* perillustri familiâ ortus anno Egiræ 424. Christi 1032. feriâ 5. die 2. Moharami, famâ pietatis & scriptis egregiis claruit. *Hispali* fato concessit anno Egiræ 514. Christi 1120. feriâ 5. die 2. Gemadi prioris.

Solimanus Ben Beiter (Petri filius) *Ben Soliman Abu Aiub Cordubensis*, ex oppido *Damas* دامش, nimirum *Adamuz*, à *Corduba* haud longè dissito; scripsit *Bibliothecam Cordubensem*, in Partes VIII. divisam. *Malacæ* obiit anno Egiræ 404.

Solimanus Ben Mohamad Ben Batal Pacensis, *Cordubæ* liberalibus disciplinis operam dedit. Multa & præclara scripsit, atque in primis Opus *De Juris Institutionibus*, Judici cuique planè

nè necessarium. Hic adeò Oratoria & Poëtica facultate excelluit, ut antefeeratur illi nemo, pauci pares putentur. *Illiberi* decessit anno Egiræ 404.

SOLIMANUS BEN ABRAHAM BEN HELAL ALCAISI ABULRABII *Toletanus*, vir morum integritate & doctrinæ laude insignis, qui ut pietatis & Philosophiæ studiis vacare posset, amplissimo patrimonio pauperibus erogato, in remotissima secessit loca, minimè arbitratus se posse & virtutes & divitias simul possidere. Obiit denique in oppido quod vocant *Gormag* غرماج, hodie *Gormaz*, anno Egiræ 406. Extat ibi ejus sepulchrum, quod Hispano-Arabes, transacto sui Paschatis festo, religionis causâ quotannis adire, & donis votisque celebrare solebant; tantaque ejusdem fama ac reverentia ea tempestate percrebuerat, ut illud oppidum incolis evaserit frequentissimum.

SOLIMANUS BEN KHALAPH BEN SAD BEN AIUB ALTAGIBI, vulgò ABULVALID ALBAGI, qui in urbe vulgò *Beja*, olim *Pax Augusta* dicta, generosis parentibus natus est anno Egiræ 403. Christi 1012. feriâ 3. die 14. mensis Dilcadat. *Cordubæ* Jura complures annos prælegit, ubi & Prætor fuit. Is *Almeriæ* decessit, relictis *De Jure* egregiis libris, anno Egiræ 474. Christi 1081. feriâ 4. die 19. mensis Ragebi. Clarissimi hujus Scriptoris meminit HERBELOTIUS in *Bibliotheca Orientali*, *pag.* 169. ubi illum Africanum facit, ratus gentile nomen ALBAGI, vel BAGI ab urbe *Vaga*, vel *Baga*, hodie *Bugia*, ad Africam pertinente derivari. At ex Codice nostro id nomen ab urbe *Beja* interdum deduci posse deprehendimus. *Bagi* enim sonat *Pacensis*, nomen deductum ab urbe, quæ Latinis *Pax Augusta*, Arabibus, corrupto vocabulo, *Page* dicta.

SAID BEN MOHAMAD BEN SCHOAIB *Cordubensis*, Orator elegans & eruditus, Præturam in insula *Cabtaur* قبتور, id est *Caput Tauri*, obtinuit; ibique prope nonagenarius obiit anno Egiræ 410. Christi 1019. feriâ 6. die 7. Gemadi posterioris.

SAID BEN ISA ALASPHARI, aliàs ABU OTHMAN nuncupatus, Philologus & Dialecticus ingeniosissimus, edidit Tractatum *De Argumentationibus*. E vita migravit Toleti anno Egiræ 415.

SAID BEN AHMAD BEN ABDELRAHMAN BEN MOHAMAD BEN SAED ABULCASSEMUS, origine *Cordubensis*, ortu *Almeriensis*, Toleti Prætor, vir Juris scientiâ, exquisita eruditione, rerum civilium peritiâ nemini sanè posthabendus. Inter alia quæ reliquit doctrinæ monumenta, habentur *Hispaniæ Annales* & *Mahometanorum Historia* in Epitomen contracta, cujus dictio nitidissima, methodus verò maximè perspicua est. Hanc porrò Historiam, quam refert GREGORIUS ABULPHARAGIUS in *Historia Dynastiarum*, *pag.* 100. EDUARDUS POCOCKIUS & Latinè convertit, & notis eruditis illustravit. *Toleti* tandem obiit die 4. mensis Schevali, anno Egiræ 462. Videsis HERBELOTIUM, *pag.* 730. & 1003.

ABDALLA BEN MOHAMAD BEN NASSERI ALAZADI ALHAPHEDI, vulgò ABULVALID EBN ALPHARDI, *Cordubensis*, ingenuis artibus & multiplici eruditione instructus, luculentam planè scripsit *Historiam Virorum Hispanorum, qui litteris & scriptis quàm maximè claruere*; tùm *Bibliothecam Poëtarum Hispanorum*; necnon *Dictionarium Historico-Criticum*, ubi ambigua & mutila Auctorum nomina, aperta simul & plena exhibentur. *Cordubæ* à Barbaris interfectus est anno Egiræ 403. Christi 1012. feriâ 1. die 6. mensis Schevali.

ABDALLA BEN OMAR BEN ISA BEN VALID, vulgò EBN ALASLAMI, ex urbe, quam

quam vocant *Medinat Alphargi* مدينة الفرج, hodie *Guadalaxara*. Id ipsum tradit in *Historia Arabum* RODERICUS TOLETANUS *pag.* 32. his verbis: „ *Medina Alphragel*, quæ nunc dicitur *Guadalfajara*. Jurisconsultus magni nominis, edidit Tractatum tripartitum *De Juris Institutionibus*; Opusculum *De Potionibus*; itemque Opus *De Grammatica* singularissimum. *Cordubæ* mortuus est anno Egiræ 451.

ABDALLA BEN SAID ABU MOHAMAD, vulgò *EBN ALSCHPHAC*, *Cordubensis*, Regiæ Curiæ Præses, vir acri judicio, Jurisperitiâ & scriptis editis clarissimus, obiit anno Egiræ 426. Christi 1034. feriâ 2. die 18. Moharami.

ABDALLA BEN RADA BEN KHALED, *Eboræ Algarbiorum* ابرة من الغرب, natus anno Egiræ 354. Hìc autem obiter observes Arabum Scriptores Lusitaniam *Algarb*, id est *Occidentem* appellare solitos; *Africam* verò & *Mauritaniam* rariùs *Algarb*, ferè semper *Almagreb* ad illius discrimen vocitare. Poëta fuit disertus atque elegans, qui sententiarum gravitatem cùm verborum cultu mirè conjunxit. *Hispali* mortuus est die 30. mensis Dilcadat, anno Egiræ 429.

ABDALLA BEN MOHAMAD BEN ZAIAD ALANSARI, nobilis *Cordubensis*, politioribus litteris & pietatis famâ floruit, scriptis mandavit præclarum opus *De ratione scribendarum Epistolarum*. Obiit anno Egiræ 435. Christi 1043. ad vesperas feriæ 4. die 4. Ramdani.

ABDALLA BEN SAID BEN LABAGE ALAMAVI ex oppido *Santaella*, Concionator pietate ac doctrinâ juxta insignis, qui publica Principum vitia acriter & coram reprehendere non semel ausus est. Plura scripsit *Ascetica*, quæ omnium manibus teruntur. Supremum obiit diem in Monasterio, quod sibi construxit non procul à *Corduba*, anno Egiræ 436. Christi 1044. feriâ 6. die 4. Ragebi.

ABDALLA BEN ALVALID ABU MOHAMAD BEN BAKERUS ALANSARI, *Carmonensis* ex loco *Soticas* شنتيقش من عمل قرمونة dicto, qui ad *Carmonæ* ditionem pertinet, Jurisconsultus & Historicus eruditus, natus est anno Egiræ 360. mortuus verò *Damasci* anno 448. die 14 Ramdani.

ABDALLA BEN MUSA BEN SAID ALANSARI, qui & *ALSCHARACI* vocitatur, ab oppido *Scharaca* شارقة, scilicet *Xerica*, in territorio urbis *Schobrob* شبرب *Segorbe* dictæ, *Toletanus*, vir magna vitæ austeritate, pari doctrina inclytus, fato functus est anno Egiræ 456.

ABDALLA BEN MOHAMAD BEN SAID ALAMVI, cognomento *ALBASCULAI*, ita dictus ab oppido *Basculi* بشكلاو, incoluit *Cordubam*, ibique Jurisprudentiæ Professor, obiit anno Egiræ 461. plusquam octogenarius.

ABDALLA EBN MOHAMAD BEN DERI ALTAGIBI, qui *ALRIKLI* dicitur, ab oppido Cæsaraugustani tractûs *Rikla* ركلة, *Sætabim* incoluit, ubi doctrinâ & scriptis celeberrimus, obiisse traditur anno Egiræ 498. Christi 1104. feriâ 4. die 28. Moharami.

ABDALLA BEN MOHAMAD ABU AHMAD BEN ALSAIED Bacensis, Grammaticus & Jurisconsultus insignis, multorum quoque operum scriptor egregius extitit: cui in docendo tanta inerat facilitas atque felicitas, ut complures ad illum audiendum undique convenirent. Opera autem, quæ emisit in vulgus, hæc nempe sunt: Tractatus *De Studiorum ratione*; Opus *De Causis, cur Juris antistites inter sese discrepent*; alterum verò *De Judicio Forensi*. Mortuus est anno Egiræ 521. die 15. Ragebi.

ABD-

Abdalla Ben Ahmad Ben Said Ben Iarbu natus est urbe vulgò *Santa Maria*; atque hîc notandum est, Geographos & Chronographos Arabas duplicem civitatem *Sanctæ Mariæ* nomine agnoscere, quarum altera ad Occidentalem Hispaniam, ut ipsi loquuntur, altera ad Orientalem pertinet, vulgò *Albarracin*; domicilium autem *Cordubæ* fixit. Vir subacti ingenii, ac reconditæ eruditionis, edidit inter alia Opus sanè præstantissimum *De Utriusque Juris Allegationibus*; tùm Supplementum Operis Canonici *Doctoris Abi Nasseri Alklabadi*, & Commentarium in Opera Canonica Doctoris *Moslemi Ben Alhagiagi*. *Hispali* decessit anno Egiræ 522. Christi 1128. feriâ 1. die 9. mensis Saphari.

Abdalla Ben Isa Alschaibani Abu Mohamad ex oppido *Quinta* قنتة, hodie *Quinto*, quod ad *Cæsaraugustæ* tractum pertinet, Jurisconsultus haud infimæ notæ, *Valentiæ*, scriptis relictis, diem obiit anno Egiræ 530.

Abdalla Ben Junes Ben Thalha Ben Amrun Oranensis, Artis Medicæ & Arithmeticæ peritissimus, *Hispalim* venit anno Egiræ 429. quo contigit magna, & memorabilis illa fluminis exundatio; & vixisse fertur annos octoginta.

Abdelrahmanus Ben Othman Alsadphi Abulmethrephus, *Toleti* natus est anno Egiræ 327. Hic studiorum causâ Orientem peragravit, unde codices, quoscunque ibi pretiosiores invenit, magno pretio mercatus, secum in Hispaniam asportavit. Scripsit Opus *De Mulierum Colloquio*, in plures partes divisum; Tractatum Asceticum *De Abstinentia*; & alterum *De Morborum Causis*. Obiit *Cordubæ* anno Egiræ 403.

Abdelrahmanus Ben Marvan Alansari, vulgò *Alcanazei*, *Cordubæ* illustri familia ortus anno Egiræ 341. à puero se pietati & litteris dedit: adeo ut talis evaserit, qualem cognitum cives judicarunt sui. Inter ingenii monumenta ab ipso relicta occurrit Tractatus *De Contractibus*, prætereaque *Historia Philosophorum Cordubensium*. Obiit anno Egiræ 413. Christi 1022. ad vesperas feriæ 4. die 12. Ragebi.

Abdelrahmanus Ben Omar, vulgò *Alvalid*, Philologus, auctor *Historiæ Principum Almeritarum*, in urbe *Corduba*, ubi natus est, interiit anno Egiræ 423.

Abdelrahmanus Ben Abdelrahman Ben Ragia Alhageri, aliàs *Schementani* dictus, à loco *Schementan* شمنتان, fortè *Mentesa* in Regno *Jaen*, *Almeriæ* incola, Mathematicis disciplinis institutus, obiit ibidem Prætor anno Egiræ 486.

Abdelrahmanus Ben Abdalla Abu Zaid, vulgò *Ben Mentel*, cùm genere, tùm pietatis & doctrinæ famâ clarissimus, *Cæsaraugustæ* natus anno Egiræ 451. decessit anno 515. Hujus carmina nonnulla in nostro Codice referuntur.

Abdelrahmanus Ben Mohamad Ben Iazid Abulhassenus *Cordubæ* natus est anno Egiræ 432. Christi 1040. feriâ 3. die 13. mensis Dilcadat, Jurisconsultus insignis, & *Cordubæ* Prætor. Decessit anno 515. Christi 1121. feriâ 5. die 15. mensis Dilhagiat.

Abdelrahmanus Ben Omar Abulcassemus, vulgò *Albaiasi*, *Cordubensis*, Juris scientiâ apprimè excultus, Regiæ Cordubensis Curiæ à Secretis delectus fuit. Cujus muneris partes ita præclarè sustinuit, ut omnes humanitate magis quàm auctoritate sibi devinxerit. Mortuus ibidem est anno Egiræ 525. feriâ 2. die 1. Ramdani.

Abdelrahmanus Ben Abdalla Ben Gaschaleon *Cæsaraugustanus*, Histori-

ricus peritus ac diligens, *Cordubæ*, ubi ſedem fixit, fato functus eſt anno Egiræ 541. Chriſti 1146. feriâ 6. die 17. menſis *Ramdani* (ſcribendum *Schevali*) cujus dies 17. in feriam 6. incidit. Hujuſmodi errores Chronologici, qui in noſtris Codicibus paſſim occurrunt, Amanuenſium incuriæ ſunt meritò regerendi.

Abdelrahmanus Ben Ahmad Ben Khalaph Cordubenſis, Juris ſcientiâ & multiplici eruditione ornatus, *Alcorani* Interpres in Regio *Cordubenſi* Collegio, & poſteà ejuſdem urbis Decurio. Obiit anno Egiræ 545. Chriſti 1150. feriâ 3. die 10. Gemadi poſterioris.

Abdelmalekus Ben Ahmad Ben Abdelmalek Ben Schahid Abu Maruan Cordubenſis, Orator ac Poëta egregius, ſed in primis Chronographus excellentiſſimus, qui Arabum Annales in Partes centum diſtributos, annorum ſeriem & Regum ordinem ſecutus, confecit. Domi inſidiis interfectus eſt anno Egiræ 393. Chriſti 1002. feriâ 1. die 4. menſis Dilhagiat.

Abdelmalekus Ben Tariph Abu Maruan Cordubenſis, Grammaticus inſignis, edidit Opuſculum *De Verborum Conjugatione* omnium longè abſolutiſſimum atque accuratiſſimum. Ejus obitus cadit in annum Egiræ 400.

Abdelmalekus Ben Massarra Ben Pharagi Ben Aziz Aliahsi Abu Maruan, nobilis *Cordubenſis*, qui originem duxiſſe fertur ex urbe, vulgò *Santa Maria de Albarracin*, quæ ad Orientalem Hiſpaniæ plagam pertinet, vir fuit planè eruditus, & in Arabum Antiquitatibus verſatiſſimus. *Cordubæ* deceſſit anno Egiræ 552. Chriſti 1157. feriâ 5. die 8. menſis Ragebi.

Abdelaziz Ben Omar, aliàs *Ben Garzia* nuncupatus, ex urbe *Guadalaxara*, doctrinæ & pietatis famâ clarus, deceſſit anno Egiræ 382.

Abdelgiabar Ben Abdalla Ben Ahmad Ben Asbaghi Almaruani ex Regia *Ommiaditarum* ſtirpe, *Cordubæ* natus eſt anno Egiræ 450. Litteris humanioribus, ac temporum doctrinâ rerumque geſtarum cognitione præcelluit. Scripſit Hiſtoriam Hiſpaniæ univerſalem, cui titulus *Regum & Regiminis Spectaculum* عيون الامامة ونواظر السياسة. E vivis exceſſit *Hiſpali* anno Egiræ 516. die 3. Ramdani.

Omar Ben Mohamad Ben Abdelvahab Abu Haphs Cordubenſis, qui *Alzahravi* dicitur, ab oppido *Zahra* الزهرا, quod *Florem* ſonat, haud procul à *Corduba* ſito, vir eruditione & pietatis famâ clariſſimus extitit. Natus, ut refert *Hiſtoriographus Ben Haianus*, in oppido *Alzahra* anno Egiræ 361. obiit anno 454. Chriſti 1062. feriâ 6. die 10. menſis Saphari.

Othmanus Ben Said Abu Amru, vulgò *Ebn Alsairaphi*, nobilis *Cordubenſis*, ex loco *Cota Roſa* قوطة راشة, *Deniæ* incola, ubi Alcoranum multos per annos interpretatus eſt, in quem & plures doctoſque juxta commentarios edidit. In eo eluxit cum dicendi gratiâ ſumma vitæ gravitas ſic morum ſuavitate temperata, ut omnibus amori ſimul eſſet & venerationi. *Deniæ* tandem admodum ſenex deceſſit anno Egiræ 444. Chriſti 1052. feriâ 7. die 15. Schevali.

Ali Ben Ahmad Ben Said Ben Galeb Alpharesi Cordubenſis, litteris humanioribus apprimè inſtructus, nec non ſacræ & profanæ Hiſtoriæ peritiſſimus, præter opera bene multa, quæ poſteritati reliquit, volumina omnigenæ eruditionis referta tercentum & ultra manu ſua deſcripſit. Obiit anno Egiræ 456. feriæ 2. die 2. Schabani.

Ali Ben Ismael, vulgò *Ben Sada*, *Murcianus*, nobili loco natus, Orator idem & Philologus præſtantiſſimus ex-

extitit. Edidit inter alia Tractatum *De Arabici sermonis proprietate & usu*; atque alterum *De vera & genuina tùm veterum, tùm recentiorum Arabum Poëtarum intelligentia*. Hujus mors incidit in annum Egiræ 458.

Abbas Ben Ocbata Alhamdani, dictus *Ebn Alsaca*, ex oppido Arabibus *Aclin Albasal* اقليم البصل, Hispanis *Cebolla*, ditionis Hispalensis, ubi mortuus est anno Egiræ 414. Is *Cordubæ* litteris politioribus operam dedit, quas & postea ibidem summa cum ingenii laude docuit.

Amru Ebn Othman Abu Haphs Cordubæ perantiqua & nobili familia natus anno Egiræ 312. Jurisconsultus insignis, atque Historiæ non ignarus fuit. Diem supremum obiit in oppido *Cantes* قنتيش (legendum *Fuentes* فنتيش) anno 400.

Amranus Ben Abdraboh, vulgò *Azlor*, vir eximiæ doctrinæ & pietatis: adeo ut nescias utrum eruditionem, an morum integritatem priùs in eo demireris. Hic opus *De Morborum Causis & Signis* Medici clarissimi *Alasili* in epitomen contraxit. Mortuus est *Cordubæ*, ubi natus, anno Egiræ 421.

Phathus Ben Abraham Alamui, aliàs *Ebn Alcasari* nuncupatus, *Toletanus*, litteris ac morum suavitate, sed in primis pietate longè spectabilis fuit. Is sanè non pauca munificentiæ suæ monumenta reliquit, in his Templa duo quæ *Toleti* extruxit, alterum in *Monte Frigido* جبل البارد, alterum in *Foro Coriariorum* سوق الدباغين, uti & *Castra Vacsch*, vel *Vekes*, ac *Makeda* حصن وقش ومكادة. E vita migravit anno Egiræ 403. Christi 1012. feriâ 5. die 1. mensis Ragebi.

Pharagius Ben Joseph Abu Omar ex urbe *Soria* سرية, Philologus & Historiæ peritus, obiit anno Egiræ 393. Christi verò 1002. feriâ 3. die 6. Rabii prioris.

Mohamad Ben Said Ben Alsari Abu Abdalla Cordubensis, Jurisconsultus magni nominis, cujus Scriptorum Indicem refert Historicus *Abu Haphs Alzaravi*, vulgò *Alzahrabi*. Hæc autem hujusmodi sunt: Tractatus *De Juridicis Probationibus & Præsumptionibus*; Opus Historico-Juridicum *Hortus Jurisperitorum*, & Opusculum *De Actionibus Viri Religiosi diurnis atque nocturnis*. A Barbaris bello Civili interfectus est *Cordubæ* anno Egiræ 403. feriâ 1. die 6. Schevali.

Mohamad Ben Cassem Alamui Abu Abdalla, qui *Algialethi* dicitur ab oppido *Algialetha* الجيالطة, fortè *Julieta* territorii *Veliæ*, sive *Oliæ* اولية, in agro *Cordubensi*, quem Arabes Hispanorum more *Campiña* قنبانية vocitant: vir acri ingenio & doctrina non vulgari, Curiæ Cordubensis adlectus Præses, haud facile est dictu, quantâ prudentiâ, æquitate, fide id muneris administraverit. Natus anno Egiræ 333. à Barbaris domi occisus est anno 403. die 6. Schevali.

Mohamad Ben Abdelrahman Ben Baschar Abu Abdalla Lusitanus ex oppido *Muragek* مرجيق, an *Murascia*? Jurisconsultus & Theologus insignis, *Hispali*, cujus Præturam triennio gessit, vitâ functus est anno Egiræ 503. die 3. Ramdani.

Mohamad Ben Abdalla Almui, vulgò *Ben Fornes*, *Cæsaraugustanus*, vir doctus & pius, edidit *Historiam Virorum, qui Cæsaraugustæ litteris claruerunt*. Obiisse traditur die 29. Saphari anno Egiræ 512.

Mohamad Ben Abi Nasseri Phatuh Ben Abdalla Alazadita, vulgò *Abu Abdalla Alhomaidi*, patriâ *Majoricensis*, origine *Cordubensis*, pietatis, & multiplicis eruditionis famâ clarissimus,

mus, ſcripſit *Bibliothecam Arabico-Hiſpanam* planè accuratam, quæ apud eruditos magni fit: adeo ut complures eam perpetuis Commentariis & ornarint & locupletarint. Denique *Bagdadi* obiit anno Egiræ 488.

Mohamad Ben Soliman Alkalai Abu Bakerus, vulgò *Ebn Alcasira*, *Hiſpalenſis*, eloquentiæ Arabicæ per ea tempora facilè princeps, fato functus eſt anno Egiræ 508.

Mohamad Ben Ali Ben Abdelaziz Ben Hamdain Althalabi Cordubenſis, Regiæ Cordubenſis Curiæ Præſes, litteris humanioribus cæteriſque ſcientiis inſtructiſſimus, *Cordubæ* deceſſit anno Egiræ 508. Chriſti 1114. horis meridianis feriæ 6. die 28. Moharami.

Mohamad Ben Ahmad Ben Iſmael, vulgò *Abu Amer*, *Toletanus*, *Cordubæ* incola, *Hiſtoriæ Toletanæ* Scriptor diligentiſſimus, obiit anno Egiræ 523. Chriſti 1128. feriâ 7. die 17. Rabii prioris.

Mohamad Ben Ahmad Ben Khalaph Ben Betro, qui & *Ebn Alhagigi* nuncupatus, *Cordubæ* clara ſtirpe ortus eſt anno Egiræ 458. ubi ob ſummam Juris, Chronologiæ, aliarumque diſciplinarum peritiam ad Regiæ Cordubenſis Curiæ Præfecturam bis evectus eſt. Denique in Templo maximo preces Deo fundens, à perditiſſimis hominibus interfectus fuit anno Egiræ 529. Chriſti 1134. feriâ 6. die 4. Saphari.

Mohamad Ben Abraham Ben Galeb Abu Bakerus ex urbe *Silves*, Orator diſertus & eruditus, Concionatoris munus in patria ſua per plures annos geſſit, ubi ſcriptis editis clarus, obiit anno Egiræ 532. Chriſti 1137. feriâ 3. die 3. Gemadi *prioris* (ſcribendum *poſterioris*, cujus dies 3. cadit in feriam 3. anni, de quo ſuprà.)

Mohamad Ben Soliman Ben Maruan, vulgò *Alboneti*, *Valentinus*, Hiſtoricus & Juriſconſultus, *Almeriæ* deceſſit anno Egiræ 536. ad veſperas feriæ 2. die 11. Saphari.

Malek Ben Abdalla Abulvalid Cordubenſis, qui & *Alsahli* nuncupatur à loco adjacente, cui nomen *Sahlat Almodobar* سهلة المدور, id eſt *Vicus Orbicularis*, hodie *Villa de Almodovar del Rio*, omni ſcientiarum genere, atque imprimis Matheſi excelluit: de qua etiam egregiè ſcripſit. Memoriæ proditum eſt nullum ab eo lectum fuiſſe librum, quin aliquid notatu dignum in ſua adverſaria retulerit; vel ſiquid caſtigandum eſſet, ad Codicis oram emendatum adſcripſerit. *Cordubæ* deceſſit anno Egiræ 507. feriâ 7. die 8. Schabani.

Mothrephus Ben Isa Algassani Abu Abdelrahmanus Granatenſis, Chronographus & Geographus illuſtris. Hic ut viros per ea tempora litterarum famâ celebratos audiret, Hiſpaniam univerſam & Africam diuturnis itineribus peragravit. Tandem in patriam reverſus, juſſu Regis *Alhakemi* confecit opus illud præſtantiſſimum *De Illiberis Deſcriptione*. Mortuus eſt ibidem anno Egiræ 377.

Maslema Ben Ahmad Abulcassemus, vulgò *Almagrithi*, videlicet *Matritenſis*, Arithmetices peritiſſimus, obiit die 11. Dilcadat anno Egiræ 395.

Mauphac Ben Sid Abu Tamam Alschacac, *Hiſpali* natus, origine tamen *Luſitanus* ex oppido *Oros*, vel *Aros* أروش, vir genere & Juris ſcientiâ clariſſimus, obiit anno Egiræ 426.

Hescham Ben Ahmad Ben Khaled Abulvalid, vulgò *Alvacschi*, *Toletanus*, Orator, Poëta, Juriſconſultus, Hiſtoricus & Mathematicus inſignis fuit, qui plura de omni ſcientiarum genere, & quidem doctè, ſcripſiſſe fer-

tur. Decessit in urbe *Denia* anno Egiræ 489. Christi 1095. feriâ 2. die 1. Gemadi posterioris.

Heschamus Ben Ahmad Ben Said Abulvalid, vulgò *Ben Avodio*, *Cordubensis*, vir integerrimus & Jurisprudentiæ peritiâ clarissimus, scripta bene multa posteris reliquit. Mortuus est *Cordubæ* anno Egiræ 509. Christi 1115. feriâ 1. die 3. mensis Saphari.

Haron Ben Musa Ben Giondola Abu Nasserus, ortu *Cordubensis*, origine *Matritensis*, Orator summus, humanitate, comitate, pietate nemini ætatis suæ posthabendus, obiit, teste *Ben Haiano*, anno Egiræ 401. Christi 1010. feriâ 2. die 5. mensis Dilhagiat.

Iahia Ben Mohamad Ben Vahab Altamimi, vulgò *Abu Zacharia*, ex urbe *Guadalaxara*, nobilis Geographus, edidit *Meccæ Descriptionem*, necnon Opus de illius *Ponderibus & Mensuris*. Vitæ finem implevit anno Egiræ 394. Christi 1003. feriâ 6. die 29. Schevali.

Joseph Ben Haron Alramadi, vulgò *Jannes Abu Amru*, Poëtarum Cordubensium facilè Princeps, plura variis de rebus, præsertim de *Re Equestri*, ac de *Venatione* carmina conscripsit. Ob eloquentiæ dulcedinem *Principum virorum Deliciæ* appellabatur. Is *Cordubæ* obiit jam senior in summa rei familiaris inopia anno Egiræ 403.

Joseph Ben Omar Algiaheni, aliàs *Ebn Abi Thalta* dictus, *Toletanus*, qui præter litteras humaniores Jurisque peritiam, Astrorum cognitione maximè claruit. Fato functus est anno Egiræ 435. relictis egregiis libris, Tabulas Astronomicas complectentibus novis observationibus illustratas, quas ipse XXX. annorum spatio accuratissime fecerat.

Joseph Ben Abdalla Abulcassemus Ben Abdelbar, vulgò *Abu Amru*, *Cordubæ* natus est anno Egiræ 368. feriâ 6. die 25. Rabii posterioris. Jurisconsultus & Historicus fuit celeberrimus, quippe qui de Utroque Jure præstantissima ediderit opera: è quorum numero sunt *Pandectæ Hispani*, in Partes XC. distributi & litterarum serie digesti; *Historia Scholarum*, quatuor Dogmata de Utroque Jure complectens, ubi de earum consensu & dissensu etiam agitur; *Historia Cordubensis* tùm Naturalis, tùm Litteraria, varia denique carmina. Obiisse fertur anno Egiræ 463. in urbe *Sætabi* feriâ 6. die 3. Rabii posterioris.

Joseph Ben Abdelrahman Ben Gemad Abu Jacob, Grammaticus & Chronographus, *Matriti* مجريطا illustri familia ortus anno Egiræ 395. obiit anno 473.

Joseph Ben Musa Alasadi, vulgò *Ben Albabas*, *Toletanus*, Jurisconsultus gravissimus, Proprætor *Sætabi* bis fuit. Denique supremum diem obiit in oppido, quod vocant *Olmos* ولمش, anno Egiræ 475.

Joseph Ben Abdelaziz Ben Odaisa, vulgò *Abulhagiagæus*, ex oppido *Schorion* شريون, an *Surium* Ptolemæi? *Toleti* Jurisprudentiam prælegit; ibique Bibliothecam ad publicum usum suo ære construxit. *Fessæ* decessit anno Egiræ 505. die 15. Schevali.

Junes Ebn Abdalla Ben Mohamad Abulvalid, vulgò *Ben Alsaphar*, *Cordubensis*, vir litteris politioribus, morum probitate, atque Juris scientia spectatissimus, urbis *Badajoz* & *Cordubæ* Præturam complures annos gessit: quâ tandem abdicatâ, in loca remotiora secessit, ubi pietatis studio & contemplationibus omnino intentus, varia conscripsit opera Ascetica: quorum en Catalogum: Liber *De Monachorum Vita, ejusque præstantia*; Liber *De voluptate & dulcedine, quam ex-*

pe-

periri solent qui, rebus mundanis posthabitis, ad æternæ felicitatis præmia contendunt; Liber *De Afflictorum clamoribus ad Deum*; Liber *De Libertate & Captivitate*; Liber *De Gaudio & Lætitia quæ ex sincero Dei amore percipiuntur*; atque alia permulta ejusdem argumenti Carmina. Decessit nonagenario major anno Egiræ 429. Christi 1037. feriâ 6. die 28. Ragebi.

Junes Ben Mohamad Ben Moghit Abulhassenus, *Cordubæ* nobili genere natus est anno Egiræ 447. ubi omni doctrinâ fuit excultus ac politus, quippe qui dicendi copiâ, Juris cognitione, Historiæ Geographiæque Hispanæ peritiâ unus omnium maximè floruerit. Obiit in patria anno Egiræ 532. Christi 1137. feriâ 1. die 8. Gemadi posterioris.

Jomon Ebn Ahmad Altagibi Abu Musa Toletanus, Grammaticus & Jurisconsultus nobilissimus, scripsit inter alia Opusculum *De Pœnitentia*, ut & Opus celeberrimum *De Filiorum Educatione*, in Partes V. distributum. Vitâ functus est anno Egiræ 390. Christi 999. feriâ 6. die 1. mensis Dilhagiat.

INDEX

FOEMINARUM

quæ litteris in Hispania maximè claruerunt.

Ascha Bent, seu Filia *Ahmedi* Ducis, Poëtria *Cordubensis*, ingenio, eruditione & pangendi carminis facultate singularis, adeo ut Regibus in amore ac deliciis fuerit. Ejus Carmina perinde atque Orationes sæpissimè in Regia Academia *Cordubensi* summo omnium plausu legebantur. Vitam egit cælibem & castam ad obitum usque, qui contigit anno Egiræ 400. relictis non paucis ingenii monumentis, necnon locupletissimâ simul & lectissimâ Bibliothecâ.

Labana, *Cordubæ* nobili genere orta, Poëtria accuratissima, Philosophiæ & Arithmeticæ haud ignara, Regi *Alhakemo* ab Epistolis, simulque à Secretis fuit. Florente adhuc ætate, non sine gravi doctorum desiderio interiit anno Egiræ 374.

Mazana Cordubensis, & Regia & doctissima fœmina, prudentiâ, ingenio, consilioque summo prædita, Regi *Alnassero Ledinalla* idcirco gratissima ejusque adhibita consiliis. Mortua est anno Egiræ 358.

Saphia Hispalensis, Oratoria & Poëtica facultate nobilis, Calligraphiæ Arte adeò præcelluit, ut Scribis etiam peritissimis admirationi simul esset atque exemplo. Obiit, triginta annos nata, anno Egiræ labente 417. Illius occurrit in nostro Codice Epigramma *De Arte bene scribendi*.

Radhia, Regis *Abdelrahmani* liberta, ortu *Cordubensis*, fœmina in dicendi facultate versatissima, quippe quæ plura *De Arte Oratoria* volumina conscripserit. Hæc centum & septem annos vixisse fertur, tandemque anno Egiræ 423. decessisse.

Valada, Regis *Almostakphi* filia, *Cordubensis*, humanioribus litteris mirificè exculta, eoque nomine ab Scriptoribus plurimùm celebrata: quæ cum Academicis eruditione claris non semel & solutâ & strictâ oratione contendens, iis palmam semper præripuit. Mortua est anno Egiræ 484. Christi 1091. feriâ 3. die 2. mensis Saphari.

Phathema, *Josephi Ben Iahia Almogami* filia, *Valentiæ* orta, *Cordubæ* Jurisprudentiæ operam dedit, ubi scriptis & pietatis laude nobilis, obiit anno Egiræ 319.

Phathema, *Ahmedi*, vulgò *Albagi*, viri clarissimi, soror, *Hispalensis*, quæ cum fratre *Juris Institutiones* peritissimè scripsit, & suæ ætatis *Historiam*, ubi

ubi ſtyli gravitatem atque elegantiam mireris.

Phathema, *Zachariæ* Prætoris, *Alschablari* dicti, filia, *Cordubenſis*, doctrinâ inſignis, plurima volumina manu ſuâ pereleganter deſcripſit. Virginitate, quoad vixit, ſanctiſſimè ſervatâ, obiit anno Egiræ 427. annos nonaginta & quatuor nata.

Algasania Hiſpalenſis, Oratoriâ ac Poëticâ facultate præcellens, plura edidit carmina in aliquot Regum laudem, quorum non pauca celebrat *Alhomaidæus* in *Bibliotheca Hiſpana*.

Maria, *Abi Jacobi Alphaisuli*, filia, *Hiſpali* ex nobili ſtirpe procreata, eruditione & Arte Poëtica longè celeberrima. Hujus occurrit in noſtro Codice Epigramma admodum elegans atque ingenioſum, quod ſi cùm aliis inſignium Poëtarum conferas, nullum eo præſtantius fortè reperias. Floruit anno Egiræ 411.

Thona, quæ & *Habiba* vocitatur, *Valentina*, Grammaticæ & Juriſprudentiæ peritiſſima, de utraque facultate libros ſcripſit egregios. Obiit anno Egiræ 506.

INDEX ALTER
PRÆSTANTIUM LITTERIS Fœminarum,
EX EBN ALKHATHIBI BIBLIOTHECA.

Maria, *Abrahami Ben Althophaiel* filia, *Granatenſis*, ingenio, memoriâ, doctrinâ & Muſices Arte inſignis, fato functa eſt anno Egiræ 545.

Mohgia Granatenſis, ſtirpe clarâ, lætæ indolis fuit fœmina, moribus & fortunis ornatiſſima, & ad rem Poëticam ſuapte naturâ facilis.

Mosada, Hiſtoriæ cùm ſacræ, tùm profanæ perita, *Granatæ* obiit anno Egiræ 593.

Leila Granatenſis, antiquitate generis, gloriâ majorum, doctrinâ & prudentiâ omnium maximè floruit.

Alias complures Fœminas doctrinâ celebres, quæ in noſtris Bibliothecis MSS. Arabicis occurrunt, prætermittimus, brevitati conſulentes.

INDEX
BIBLIOTHECARUM Arabico-Hiſpanarum quæ in hoc Codice laudantur.

Bibliotheca Grammaticorum, Scriptoris *Abi Amri Sætabenſis*.

Bibliotheca, ſeu Annales Scriptorum *Hiſpanorum*, auctore *Abu Nassero Alhomaidæo Majoricenſi*.

Bibliotheca Juriſconſultorum *Cordubenſium*, ſcriptore *Abi Amri Ben Aphiphi Cordubenſi*.

Bibliotheca Philologorum, auctore *Abu Bakero Alhasseno*, vulgò *Alcabschi*, *Valentino*.

Bibliotheca, ſive Hiſtoria Scriptorum *Hiſpanorum*, auctore *Hiano Ben Maruan Cordubenſi*.

Bibliotheca *Abi Isac Abhrahami*, vulgò *Ben Schanzir*.

Bibliotheca Juriſconſultorum *Toletanorum*, auctore *Abu Giapharo Ben Mothaher Hiſpalenſi*.

Bibliotheca *Abi Amri Ben Abdelberi Cordubenſis*.

Bibliotheca *Abi Abdalla Ben Abed Murciani*.

Bibliotheca *Hiſpalenſis*, auctore *Abu Abdalla*, vulgò *Alkhulani*.

Bibliotheca *Valentina*, auctoribus *Abu Abdalla Mohamad Ben Atab*, ejuſque filio *Abulcassemo*.

Bibliotheca *Abi Omari Ahmad Ben Mohamad*, aliàs *Ben Alhoz* nuncupati, *Cæſarauguſtani*.

Bibliotheca Interpretum *Alcorani*, au-

auctore *Abu Mohamad Ben Khazragi*, *Hispalensi.*

Bibliotheca Medicorum, scriptore *Abulcassemo Ben Modir.*

Bibliotheca Philosophorum, scriptore *Abu Ali Algassano.*

Bibliotheca Universalis eruditissimi viri *Abi Thalebi Almarvani*, *Cordubensis.*

MDCLXXIII.

Codex litteris Cuphicis exaratus, mutilus & anni notâ carens, quo continetur Tomus Secundus *Bibliothecæ Arabico-Hispanæ*, quam Autor anonymus vestigiis *Abulcassemi*, vulgò *Khalaph Ben Baskual*, de quo in Codice proximè superiori, diligenter insistens, litteris mandavit, atque in duos Tomos distributam, ad annum Egirianum 645. perduxit.

Tomus hic Secundus, quem nostra exhibet Bibliotheca, litteras, quæ sequuntur, habet, nimirum. د . خ . ح . ذ . ر . ز . ط . ظ . ل . م . Varia ibi occurrunt Locorum, Oppidorum, Castrorum nomina, quæ apud alios quæsieris frustra; quæque ad illustrandam tùm Historiam, tùm Geographiam Hispanicam maximè conducunt.

MDCLXXIV.

Codex mutilus, Tomum complectens octavum Bibliothecæ Universalis, in Tomos X. divisæ, cui titulus *Classes Virorum illustrium* (1): auctore *Abulabbas Abilhasseno*, vulgò *Ben Mangiur* (2), de cujus patria, perinde atque ætate nihil ferè explorati afferre licet, nisi quod castigatus sermo, quo ipse utitur, *Hispanum* fuisse indicio sit.

Hujusmodi autem Bibliotheca apud Mahometanos omnes summo est in pretio, quippe quæ de viris pietate, doctrinâ & bellica virtute clarissimis agit, eorumque scripta accuratissimè recenset.

MDCLXXV.

Codex litteris Cuphicis exaratus, & quidem autographus, quo continetur Tomus V. operis Historici, cujus inscriptio *Itinerarium* (3): auctore *Ben Rascid Ben Ahmad Alnauschrisi* (4) *Nebrissensi.* Is, ut viros doctrinæ laude, Scriptorumque famâ celeberrimos audiret, *Africam*, *Ægyptum*, *Syriam* perlustravit anno Egiræ 673. In eo opere præcipua earum Regionum loca, perinde ac Bibliothecæ, & Academiæ clarissimæ describuntur; prætereà doctorum Virorum, quorum consuetudine Scriptor noster usus est, vitæ & scripta referuntur.

Hujusmodi Itineraria in nostris Bibliothecis Arabicis MSS. frequentissimè occurrunt. Mos enim erat per ea tempora doctis Hispanis solemnissimus, in varias scilicet orbis plagas excurrere, viros litteratos visendi consulendique gratiâ; inde eorum scripta cum Hispanis Academiis communicare.

MDCLXXVI.

Codex litteris Arabico-Ægyptiacis exaratus, & punctis diacriticis planè destitutus, in quo habetur Anonymi *Bibliotheca Judicum*, ac *Prætorum qui in Ægypto floruere.* Hæc autem Collectaneorum potiùs nondum in ordinem digestorum speciem exhibet, quàm ordinatæ Bibliothecæ.

Co-

(1) *Titulus* : طبقات الاعيـــــــان ۞

(2) *Auctor* : تاليف ابو العباس ابـــي الحسن بن منجور ۞

(3) *Titulus* : رحلـــــــــــة ۞

(4) *Auctor* : بن رشيد بن احمـــــد النوشريسي ۞

MDCLXXVII.

Codex litteris Cuphicis exaratus, & ſine & anni notâ carens, quo continetur Bibliotheca *Arabico-Hiſpana*, quæ à nomine *Sabek* سابق incipit, deſinitque in nomen *Schaker* شاكر. Inſcribitur *Supplementum* (1), ejuſque auctor eſt EBN *ABDELMALEKUS*, vulgò *AL-MARAKSCHI* (2), patriâ *Valentinus*, qui ſexto Egiræ ſeculo claruiſſe perhibetur.

MDCLXXVIII.

Codex litteris Cuphicis exaratus *Granatæ* anno Egiræ 759. Chriſti 1357. feriâ 7. die 27. menſis Schabani, quo continetur Opus Hiſtoricum, quadripartitum, in Capita XII. diſtributum, magni quidem apud Mahometanos pretii & auctoritatis, inſcriptum *Liber Authenticus & Genuinus* (3), ubi de *Mahometi* miſſione, dictis & geſtis, ſtylo elegantiſſimo diſſeritur: auctore CADHI *AIAD Septano*, cujus non ſemel meminimus.

MDCLXXIX.

Codex nitidè deſcriptus *Cairi* anno Egiræ 971. Chriſti 1563. horis pomeridianis feriæ 5. die 15. Rabii poſterioris, Volumen videlicet quintum Operis, quod *Via Directionis* (4) inſcribitur, in V. volumina digeſti, *Mahometi* ejuſque Sociorum acta complectentis: auctore *MOHAMAD BEN JOSEPH* (5) *Damaſceno* quidem, ſed *Cairi* urbis incola, qui anno Egiræ 974. feriâ 1. die 17. Moharami ſupremum diem obiit.

In hoc & ſuperiori Codice, ut etiam in aliis, anni Egiriani notæ à Tabulis Chronologicis *Joannis Gravii*, aliorumque omnino diſcrepare videntur: ſecundùm quas dies 27. menſis Schabani anni Egiræ 759. incidit in feriam 6. non autem in feriam 7. & dies 15. Rabii poſterioris anni 971. non in feriam 5. ſed in feriam 4. cadit; ſimiliter dies 17. Moharami anni 974. in feriam 7. non autem in feriam 1. Hoc enim loco diligenter animadvertendum eſt duplicem eſſe apud Arabas Mahometanos Epochæ Egirianæ computum, Vulgarem nempe & Aſtronomicum. Prior, quem aliqui Hiſtorici ſequuntur, à feriâ VI. initium ſumit, ac proinde à die XVI. Julii; poſterior verò, cui ferè omnes Aſtronomi adhærent, à feriâ V. nimirum à die XV. Julii ducitur. Id ipſum aliis verbis adnotat *ULUG BEIKUS* in egregio *Epocharum* opere, à *JOANNE GRAVIO* è Perſico in Latinum ſermonem converſo, ubi *pag.* 8. hæc habet: „ Initium hujus „ Epochæ eſt principium Moharam „ illius anni..... & illud ſecundùm „ medium calculum, eſt feria quin- „ ta; ſed ſecundum phaſim Lunæ, „ dies Veneris. Nos autem feriam quin- „ tam accipimus „. Videſis GOLIUM in *Notis in Alpherganum*, *pag.* 55. & 56.

MDCLXXX.

Codex nitidè exaratus die 15. Ragebi, anno Egiræ 725. Mahometi Vitam & Miracula continens, cui titulus *Fax in tenebris* (6): auctore *ABU ABDALLA MOHAMAD BEN MUSA BEN AL-*

(1) *Titulus*: تكملة

(2) *Auctor*: ابن عبد الملك المراكشي

(3) *Titulus*: كتاب الشفا بتعريف حقوق المصطفي

(4) *Titulus*: سبيل الهدي

(5) *Auctor*: تاليف محمد بن يوسف الشامي نزيل القاهرة

(6) *Titulus*: مصباح الظلام

Alnaman Almozali Hispalensi (1), qui eodem Egiræ anno 611. quo id operis absolvit, è vita migravit.

MDCLXXXI.

Codex nitidè exaratus absque anni notâ, quo continetur Tomus IV. *Vitæ Mahometi*, quam edidit vir eruditus *Mohamad Ebn Ata*, Alcorani Prælector & Interpres in Regio *Cairensi* Collegio.

MDCLXXXII.

Codex litteris Cuphicis exaratus, anni notæ prorsùs expers, continens Mahometi Historiam in Partes XX. distributam, cui titulus *Liber Vitæ Mahometi* (2) : auctore *Abu Said Abdelrahmano Ben Abdalla*, vulgò *Albarki* (3), ex *Barca* urbe in Africa.

MDCLXXXIII.

Codex nitidè exaratus die 6. Moharami anno Egiræ 915. quo continetur Opus Historicum, inscriptum *Miracula maximè singularia* (4), Mahometi leges, resque gestas complectens: auctore *Gelaleldino Asiuthæo*. In eo opere, ut in aliis id genus, nihil est quod mireris præter inanium fabularum portenta, nihil quod probes, præter styli elegantiam.

MDCLXXXIV.

Codex litteris Cuphicis exaratus absque anni notâ, quo continetur Tomus III. Operis Sociorum Mahometi Acta complectentis, litterarum ordine digesta, hoc insignis titulo: *Sociorum Historia* (5), quod edidit celeberrimus Annalium Mahometanorum conditor *Ebn Haianus Septanus*, seculo Egiræ IV. clarus. *Sociorum* autem *Mahometi* nomine intelliguntur Pseudoprophetæ Discipuli, cæterique Mahometanæ Legis Doctores, qui tanquam SS. Patres apud suos habentur coluntur que.

MDCLXXXV.

Codex manu perita exaratus *Granatæ* anno Egiræ 731. quo continetur Opus in Partes X. distributum, inscriptum *Codex Orthodoxorum Propositorum de Traditionibus Divinis* (6), quæ centum numerantur: auctore *Ali Ben Balban Valentino* (7), qui seculo Egiræ quinto per universum Mahometanum orbem doctrinâ ac pietate floruisse traditur. (8)

MDCLXXXVI.

Codex pereleganter exaratus anno Egiræ 815. quo continetur Traditionum Historia in Partes XI. divisa, *Lumen Propheticum* (9) inscripta, quam *Hassanus Ben Mohamad Saganensis*, gente *Persa*, publicavit anno Egiræ 661.

MDCLXXXVII.

Codex nitidis litteris exaratus absque anni notâ, complectens Vitam viri sanctitate inter suos clari, patriâ *Murciani*, professione Monachi, nomine *Abu-*

(1) *Auctor* : ابو عبد الله محمد بـــن موسي بن النعمان المزالي الاشبيلى ☼
(2) *Titulus* : كتاب سيرة محمـــــد ☼
(3) *Auctor* : تاليف ابو سعيد عبد الرحمن بن عبد الله البرقي ☼
(4) *Titulus* : كتاب المعجـــــزات والخصايص ☼

(5) *Titulus* : كتاب معرفة التابعيــن ☼
(6) *Titulus* : كتاب المقاصد السنية في الاحاديث الالهية ☼
(7) *Auctor* : علي بن بلبان البلنسـي ☼
(8) *Initium* : فان عبـــــــد ك ☼
Finis : افضل العلـــــــوم ☼
(9) *Titulus* : مشارق الانوار النبويـة ☼

Abulabas Ahmad, vulgò *Aschadheli* (1), ita dicti ab oppido *Schadhela* شاذلة, haud procul ab urbe Tuneto, qui claruisse traditur anno Egiræ 694. Auctorem habet TAGEDDINUM ABULHASSAN EBN ATALLA, aliàs IACUT nuncupatum (2), virorum qui apud Mahometanos sanctitatis laude floruere, vitarum Scriptorem celebratissimum. (3)

MDCLXXXVIII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 805. die 20. Saphari, quo continentur:

1.° Historia Caliphæ *Ali* res gestas, & prælia ipsum inter & *Moaviam Ben Abi Sophianum* commissa de Imperii summâ, cui titulus *Notitia Victoriæ Ali, ejusque Juris in Caliphatum* (4): De bellis *Ali* consule GEORGIUM ELMACINUM *pag.* 38. & ABULPHARAGIUM *pag.* 119. & 120.

2.° Opusculum de Arte Divinatoria, quam ejus Professores vocitant *Zaiergiam*, inscriptum *Circulus Elementaris* (5); insertis compluribus Tabulis, ad usum hujusmodi nugatoriæ Artis delineatis. Ejus auctor est AHMEDUS ALGOZI (6) seculo Egiræ VIII. clarus.

MDCLXXXIX.

Codex nitidè exaratus, sed mutilus, continens Historiam *Scheriphorum*, seu *Nobilium*, qui genus à Mahometo ducere se jactitant, *Explanatio* (7) inscriptam, quam Doctor ALHASSENUS BEN MOHAMAD ALHASSENI (8) edidit *Cairi* anno Egiræ 700. Ibi agitur de Jure Pontificio Mahometano quod penès Caliphas erat, qui principio dignitatem Regiam simulque Pontificiam habuerunt; eorum autem everso imperio, *Meccæ* Antistites sibi vindicarunt.

MDCXC.

Codex litteris Cuphicis exaratus, absque anni notâ, foliis 192. constans, quo continetur Tomus secundus *Magnæ Collectionis Canonum Mahometanorum*, quos celeberrimus Traditionis assectator ABU ISA MOHAMAD ALTHARMADHI (9) in volumina XVI. contulit, ubi præter Canonas, Sectæ Mahometanæ Historiam, & quidem absolutissimam, reperias.

MDCXCI.

Codex autographus, die 6. Rabii prioris anno Egiræ 713. absolutus, Regum Persarum, præcipuè Dilemitarum & Samanidarum, Annales complectens, quorum titulus *Virorum sapientum Horti* (10), in tomos duos distributos: auctore ABU ABDALLA ALNAGETI MAHMUD BEN OMAR *Nisaburiensi* (11); adjectis prætereà egregiis MAHMUDI BEN SEPKETKIN Commentariis. Hujus-

(1) *Titulus* : سيرة ابو العباس احمد الشاذلي ۞

(2) *Auctor* : تاج الدين ابو الحسن بن عطاء الله ياقوت ۞

(3) *Initium* : فاني قصدت في هذا ۞
Finis : باجزا النصيب ۞

(4) *Titulus* : كتاب اعلام النصر وفضل علي ذو النسبين ۞

(5) *Titulus* : ادوار العنصرية ۞

(6) *Auctor* : احمد الغزي ۞

(7) *Titulus* : كتاب التقريب فيما يتعلق بالسبب النقيب ۞

(8) *Auctor* : تاليف الشيخ الحسن بن محمد الحسني ۞

(9) *Auctor* : ابو عيسى محمد الترمذي ۞

(10) *Titulus* : بساتين الفضلا ورياحين العقلا ۞

(11) *Auctor* : ابو عبد الله النجاتي محمود بن عمر النيسابوري ۞

jusmodi Historia eo est apud Arabas in pretio, ut elegantiarum sermonis Arabici ac eloquentiæ penus jure censeatur.

MDCXCII.

Codex pereleganter exaratus die 7. Scheuali, anno Egiræ 903. quo continetur Opus historicum de *Mahometanorum* Secta & Progressu, inscriptum *Legum & Cæremoniarum Liber* (1), Persicè elucubratum à *Mohamad Ben Alhosen Balkhita.* (2)

MDCXCIII.

Codex nitidis litteris exaratus die 4. Rabii posterioris, anno Egiræ 626. quo continetur Chronologia priscorum Arabum, hoc titulo: *Magnum Genealogiarum Volumen* (3); auctore (4) *Mohamad Ben Alsaieb Alkhalbi Cordubensi.* (5)

HISTORICI
IN QUARTO.

MDCXCIV.

Codex nitidè exaratus die 5. Saphari, anno Egiræ 969. quo continetur Volumen prius *Historiæ Universalis* ab Orbe condito ad annum usque Egiræ 652. in volumina duo distributæ: auctore Anonymo. Id autem voluminis ad annum duntaxat ejusdem Æræ 380. perducitur.

MDCXCV.

Codex litteris Cuphicis exaratus absque anni notâ, in quo primus Tomus occurrit Historiæ universalis, quæ tribus comprehensa, titulum præ se fert *Mundi Annales* (6), res gestas omnium temporum complectens: ubi de Mundi Creatione, de Patriarchis, & Prophetis secundùm Traditiones Mahometanas & Rabbinicas differitur; tùm de veterum Arabum gestis; de Caliphis, aliisque Mahometani Imperii Regibus. Occurrit prætereà ad Codicis calcem Mahometi Testamentum. Auctor est *Abu Abdalla Mohamad Ben Modharaph.*

MDCXCVI.

Codex nitidè exaratus die 15. Ragebi, anno Egiræ 969. continens Historiam universalem omnium Nationum, quæ *Sectarum Notitia* (7) inscribitur, ubi vir eruditione & doctrinâ clarissimus *Mohamad Ben Abdelkarimus*, vulgò *Alscheherestani* (8), qui anno Egiræ 540. in Perside magnum sanè nomen adeptus est, agit de Sectarum Auctoribus, singula eorum dogmata recensens: opus profectò perutile ad variarum nationum exterarum statum administrationemque pernoscendam, maximè Indorum, Magorum, Sabæorum, in quibus Scriptor noster vixit, quorumque mores & linguas probè calluit.

MDCXCVII.

Codex eleganti ac peritâ manu exaratus, quo continentur:

1.° Opusculum centum Narrationes complectens satis lepidas, cùm solutâ, tùm strictâ oratione scitissimè con-

(1) *Titulus* : كتاب المثنوي ۞
(2) *Auctor* : محمد بن الحسين البلخي ۞
(3) *Titulus* : ۞ كتاب النسب الكبير ۞
(4) *Auctor* : تاليف محمد بن السايب الكلبي القرطبي ۞
(5) *Initium* : ولد ربيع ۞
Finis : هولاء بنو الهن بن زيد ۞
(6) *Titulus* : تاريخ العالم ۞
(7) *Titulus* : كتاب الملل والنحل ۞
(8) *Auctor* : محمد بن عبد الكريم الشهرستاني ۞

conſcriptas, cui titulus *Medulla Medullarum* (1): auctore Abulhasseno Ahmad Ben Mohamad Alaschari (2) *Syro*, magni nominis Theologo. Hoc autem Opuſculum exaratum eſt anno Egiræ 996. Chriſti 1587. pomeridianis quidem horis feriæ 5. die 26. Ramdani.

2.° Tractatus de Filiorum educandorum ratione, inſcriptus *Selectioris Juventutis Exemplar* (3): auctore (4) Mohamad Ben Mohamad Ben Daphar *Meccano*. (5)

3.° Opuſculum, *Animadverſiones in Carmina Poëtæ* Abilthaieb (6) inſcriptum: auctore Abdelrahmano Abu Kathir *Ægyptio* (7). Is in opera celeberrimi Poëtæ Almotanabi Abiltaieb eruditum cenſorem agens, modò bona quæque illius carmina à malis ſecernit, modò ſingula indicat quæ vel ipſe aliis ſurripuerit, vel alii ab illo, aut mera, aut partim immutata deſumſerit. Id autem Commentationis exaratum eſt anno Egiræ 993. Chriſti 1584. feriâ 6. die 26. Rabii poſterioris.

4.° Poëma in *Mahometi* laudem Gemaleldini Ebn Homair, *Granatenſis* (8).

5.° Opuſculum Hiſtoricum Doctoris Asiuthæi, inſcriptum *Odor Roſæ Damaſcenæ* (9), de quibuſdam videlicet Mahometi Sociis, qui annos centum & viginti vixere.

6.° Cenſura Theologica in Pronuntiata *LXXVII.* ad fidem, moreſque pertinentia, quæ olim tradidit Camusi auctor, quæque ut à verò prorsùs aliena Theologi Orientales proſcripſere.

MDCXCVIII.

Codex litteris Cuphicis exaratus anno Egiræ 524. Præfationis expers, continens priſcorum Arabum Hiſtoriam, titulo *Annales* (10): auctore Abu Omaro Mohamad Almotharazi (11), peritiſſimo Antiquitatum Arabicarum Scriptore. Ibi de Arabum moribus, legibus, ſtudiis, veſtibus, cibo & potu uberiùs diſſeritur; recenſentur etiam viri genere, litteris, bellicâ virtute clariſſimi. Occurrit præthereà Nomenclatura Dierum, Menſium, atque Annorum cum ſingulari variarum rerum notitiâ.

MDCXCIX.

Codex litteris Cuphicis exaratus abſque anni notâ, quo continentur veterum Arabum Annales, *Monumenta* (12) inſcripti: auctore Abu Amru Joſepho Ben Abdalla Ben Abdelber, vulgò Alnamari (13), *Cordubenſi*, qui an-

(1) *Titulus*: لب اللباب في لطايف الحكايات ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابو الحسن احمد بن محمد الاشعري ۞

(3) *Titulus*: الغرر والدرر ۞

(4) *Auctor*: محمد بن محمد بن ظفر المكي ۞

(5) *Initium*: سبحان الله خالق الانسان ۞

Finis: ومعني كلشاه ملك الطين ۞

(6) *Titulus*: تنبيه الاديب علي ما في شعر ابي الطيب من الحسن والمعيب ۞

(7) *Auctor*: تاليف عبد الرحمن ابو كثير المصري ۞

(8) *Auctor*: جمال الدين ابن حمير الغرناطي ۞

(9) *Titulus*: رسالة ربيع النسرين ۞

(10) *Titulus*: اخبار العرب ۞

(11) *Auctor*: تاليف ابن عمر محمد المطرزي ۞

(12) *Titulus*: الانباه في ذكر اصول القبايل ومعرفة الانساب ۞

(13) *Auctor*: ابو عمرو يوسف بن عبد الله بن عبد البر النمري ۞

anno Egiræ 460. compluribus ſcriptis clarus obiit. Eo autem in opere ſermo fit de Arabum origine, Familiarum ſerie, nominibuſque gentilitiis. (1)

MDCC.

Codex Cuphicis litteris exaratus, quo continentur:

1.° Hiſtoria Arabum Equitum & Equorum, veterum monumentis maximè celebratorum, inſcripta *Equorum Equitumque Nomenclatura* (2): auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Zaiad Alarabi* (3) *Cordubenſi.*

2.° Opus Hiſtorico-Genealogicum de Equis, qui inter Arabas nobiliſſimi atque generoſiſſimi habiti ſunt, cui titulus *Equorum Genealogia & Hiſtoria* (4): auctore *Abulmondero Hescham Ben Mohamad Alkalbi*, *Valentino* (5). Id autem exaratum eſt anno Egiræ 450.

3.° Camelorum Hiſtoria, *Camelorum Liber* (6) inſcripta: auctore *Abu Said Abdelmaleko Alasmaæo* (7), qui de Arabum Antiquitatibus egregiè ſcripſit anno Egiræ 200.

4.° Collectio Arabum Proverbiorum cum explanatione, cui titulus *Adagiorum Liber* (8): auctore *Abu Akrama Amero Ben Amran Aldhobi* (9), Scriptore vetuſtiſſimo.

5.° Opuſculum de Arabum Origine, ubi de *Cahtano* & *Adnano*, à quibus Arabes *puri*, & *adſcititii*, qui & *Moſtarabes* vocitantur, originem traxiſſe dicuntur. Auctor eſt *Abuelabbasus Mohamad Ben Iazid* (10), qui in ejuſmodi opuſculo, quod *Cahtani* & *Adnani* نسب عدنان وقحطان *Originem* inſcripſit, de Arabum Tribubus, Regibus, Menſuris & Ponderibus eruditè agit.

6.° Arabum Adagia lectiſſima explanata, auctore *Abu Phaid Ebn Almovargio.* (11)

Scriptorum ſupra recenſitorum Collectio ad Arabicæ litteraturæ ſtudium cultumque mirum quantum faciat. Ibi enim rerum quæ vel Naturam, vel Artem ſpectant, omnino inſolentium Deſcriptiones reperias, uti & veterum Arabum mores atque Hiſtoriam, præter Adagia, Formulas, & infinita propemodum Vocabula, quorum vera ac perfecta cognitio non aliunde ſanè quàm ab hujuſmodi monumentis eſt petenda.

MDCCI.

Codex litteris Cuphicis, anni notæ expers, quo continetur Anonymi opus dicta & facta lectiſſima Arabum Poëtarum, atque Calipharum, qui *Alraſchedin* vocitantur, videlicet *Abubaker*, *Omar*, *Othman*, & *Ali*, complectens, inſcriptum (12) *Narrationes.* (13)

Co-

(1) *Initium* : فاذي ذكـــــرت ۞
Finis : وذكرنا الاختلاف في ذلك ۞

(2) *Titulus* : كتاب اسما خيل العرب وفرسانها ۞

(3) *Auctor* : تاليف ابو عبد الله محمد بن زياد الاعرابي ۞

(4) *Titulus* : كتاب نسب الخيـــــل واخبارها ۞

(5) *Auctor* : تاليف ابي المنذر هشام بن محمد الكلبي البلنسي ۞

(6) *Titulus* : كتاب الابـــــل ۞

(7) *Auctor* : تاليف ابي سعيد عبد الملك الاصمعي ۞

(8) *Titulus* : كتاب الامثـــــال ۞

(9) *Auctor* : تاليف ابي عكرمة عامر بن عمران الضبي ۞

(10) *Auctor* : ابو العباس محمد بـــن يزيد ۞

(11) *Auctor* : ابو فيد ابن المـــورج ۞

(12) *Titulus* : حكايات عن الخلفـــا الراشدين والشعرا المتقدمين ۞

(13) *Initium* : قال ابو عمـــــر ۞
Finis : لتسكن فيهـــــا ۞

MDCCII.

Codex pereleganter exaratus anno Egiræ 946. Christi 1539. feriâ 3. die 19. Schabani, in quo habetur *Medinæ* urbis restitutæ Historia tripartita, inscripta *Solutio Mahometo debita* (1): auctore *Ali Ben Abdalla Ben Ahmad*, vulgò *Alsamhudi*, *Medinensi* (2). Ibi describitur Templi Medinensis incendium, quod contigit anno Egiræ 654. feriâ 5. die 1. Ramdani. Templi verò ædificium instauratum fuisse perhibetur anno 729. Sequuntur & alia memorabilia, ad varios *Medinæ* casus spectantia.

MDCCIII.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Chronicon Orientale, *Sufficiens* inscriptum, & in Partes tres divisum, Calipharum Regumque *Syriæ* & *Ægypti* seriem, resque gestas complectens: auctore (3) *Takildino Mohamad Ben Ali Alhassani Fessano*, & *Meccæ Judice* (4). Opus mole quidem perexiguum, sed rara & multiplici eruditione refertissimum, quam apud Scriptores Latinos frustrà quæsieris. Etenim *Dynastiarum Orientalium Historia*, quæ *Edvardi Pocockii* studio Arabicè & Latinè prodiit, non-nisi pertenuem exhibet earum notitiam.

2.° Historia Calipharum, elegantissimis versibus conscripta ab *Hasseno Ben Mohamad Alothmani*, *Demiatensi*, *Meccæ incola* (5); *Hominum Oblectamentum* inscripta. (6)

3.° Historia, *Vir Elegans* (7) inscripta, quam in vulgus emisit *Abulbaca*, vulgò *Ben Algian* (8), anno Egiræ 883. Ibi Egypti Regis *Almaleki Alaschraphi*, *Abu Nasseri Caietbai* res præclarè gestæ potissimùm describuntur. Hujus meminit laudatus *Pocockius* in Supplemento *Historiæ Dynastiarum*, *pag.* 27.

4.° Præconium Doctorum Meccanorum, à *Mohieldino Abdelcader Ben Sahsah Ægyptio*, ex urbe *Fejuma* (9) editum, titulo *Prolusio Elegans*. (10)

5.° Laus *Viziri Soliman Bascha Asaph Khan*, inscripta *Uniones & Corallia* (11): auctore *Mohamad Abulphath Alkanani*, *Medinensi*. (12)

6.° Descriptio Templi Medinensis, anno Egiræ 939. inchoati, absolutique anno 944. cui titulus *Pulchrum Munus* (13): auctore *Mohamad Ben Khedher Alrumi* (14), seu gente *Græco*.

MDCCIV.

Codex mutilus, volumen secundum Historiæ Belli Arabici, quæ titulo

(1) *Titulus*: الوفا بما يجب لحضرة المصطفي ۞

(2) *Auctor*: علي بن عبد الله بن احمد السمهودي المدني ۞

(3) *Auctor*: تاليف تقي الدين محمد بن علي الحسني الفاسي قاضي مكة ۞

(4) *Initium*: ان بعض من والاني بالاحسان ۞

Finis: وختم لنا ولهم بخير ۞

(5) *Auctor*: نظم حسن بن محمد العثماني الدمياطي نزيل مكة ۞

(6) *Titulus*: نزهة الانام ۞

(7) *Titulus*: المستظرف ۞

(8) *Auctor*: ابو البقا بن الجيعان ۞

(9) *Auctor*: محي الدين عبد القادر بن محمد المصري الفيومي ۞

(10) *Titulus*: المقامة البديعية ۞

(11) *Titulus*: اللؤلؤ والمرجان ۞

(12) *Auctor*: تاليف محمد ابو الفتح الكناني المدني ۞

(13) *Titulus*: تحفة اللطيفة ۞

(14) *Auctor*: محمد بن خضر الرومي ۞

lo *Nationes ſubactæ* (1) circumfertur, complectens, ubi Calipharum prælia adverſùs Perſas & Afros ſuſcepta fuſiùs deſcribuntur; occurrunt etiam varia & callida Ducum ſtratagemata. Auctoris nomen latet.

MDCCV.

Codex litteris Cuphicis exaratus anno Egiræ 424. quo continetur Pars X. Hiſtoriæ Calipharum, cujus inſcriptio *Rerum Temporumque Series* (2); hæc verò Pars ab anno Egiræ 64. initium ſumit, perduciturque ad annum uſque 314. auctore *Abu Omaro Ahmad Ben Mohamad Ben Abdrabboh* (3) *Cordubenſi.* (4)

MDCCVI.

Codex litteris Cuphicis exaratus anno Egiræ 874. Chriſti 1469. feriâ 6. die 7. Ramdani, complectens Annales Mauritaniæ, qui *Hortus foliorum amœnus* (5) inſcribuntur, ubi & ejus Regum ſeriem & urbes ab iis conditas aptè deſcriptas, & eorum adverſùs Chriſtianos Hiſpaniæ Reges prælia uberiùs enarrata perlegas. Hujuſmodi Annales bifariam diſtributi, ducto initio à Regia *Edriſitarum* familia, quæ rerum in Mauritania ab anno Egiræ 172. potita eſt, ad annum 610. pertingunt. Auctor eſt *Abu Mohamad Ben Abdelhalim Granatenſis* (6), qui anno Egiræ 726. floruit. Huic non pauca adjudicantur opera eruditiſſima, in his Hiſpana Chronologia, cui titulus *Horti Excerpta* (7), quæ fortè in Regia Eſcurialenſi Bibliotheca olim extitit, & incendio deperiit. Habes prætereà in noſtro Codice peraccuratam, perelegantemque urbis *Feſſæ* Deſcriptionem, quam ſic dictam putat Scriptor à *Bipenni aurea* in loco, ubi condita eſt Feſſa, caſu repertâ; vel ab urbe perantiquâ *Sef*, jam dirutâ, inverſo litterarum ordine, appellatam *Fes* فاس. Videſis *Leonem Africanum Lib. III. pag.* 106. qui *Feſſam* ab *Edriſo* conditam eſſe tradit anno Egiræ 185. cum veriùs, ut notat noſtri Codicis Auctor, condita ſit anno Egiræ 192.

MDCCVII.

Codex Cuphicis litteris exaratus abſque anni nota, quo continetur Opus Hiſtoricum, *Analecta* (8) inſcriptum, *Joſephi* Granatæ Regis, cognomento *Abulhagiagi*, res geſtas complectens, qui plura bella cum Chriſtianis gerere coactus, viribus impar, ab Africæ Regibus opem per legatos litteris, ac muneribus ampliſſimis inſtructos petit. Auctor Operis *Ahmad Alnuscharsi* (9), Chronographus Hiſpanus, qui abſolvit illud anno Egiræ 750. laudatoque ſupra *Joſepho* Regi nuncupavit. Ibi cùm hujus, tùm plurium Africæ Regum de bello in Chriſtianos jam victores inſtaurando Epiſtolæ alternæ quinquaginta occurrunt. (10)

Co-

(1) *Titulus* : تجارب الامم ۞

(2) *Titulus* : كتاب العقد ۞

(3) *Auctor* : تاليف ابي عمر احمد بن محمد بن عبد ربه ۞

(4) *Initium* : واستخلف معوية ۞

Finis : اما تراه من هو ان يسرع ۞

(5) *Titulus* : كتاب الانيس بروض القرطاس ۞

(6) *Auctor* : ابو محمد بن عبد الحليم الغرناطي ۞

(7) *Titulus* : زهرة البستان في اخبار الزمان ۞

(8) *Titulus* : كناسة الدكان بعد انتقال السكان ۞

(9) *Auctor* : احمد النوشرسي ۞

(10) *Initium* : فاني عثرت لما فك ۞

Finis : وبحرس مجدكم والسلام ۞

MDCCVIII.

Codex nitidè exaratus, ſed mutilus & anni notæ expers, Hiſtoriam Ægypti continens, *Naſſero* Regi nuncupatam, titulo *Sukardan* (1) id eſt *Vas Sacchariferum*: auctore *Ahmad Ebn Abi Hagela*, *Tremiſſenenſi*, qui Cairi 776. diem obiit. Hujus Codicis exemplar aliud extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num. DCXCII.*

MDCCIX.

Codex nitidè exaratus, & fine & anni notâ carens, quo nempe continetur Anonymi *Hiſtoria Regum Perſarum, & Arabum*, quorum bella præclaraque facinora deſcribuntur.

MDCCX.

Codex pereleganter exaratus, quo continetur Liber, cui titulus *Joſeph & Zolikha* (2) ſive Hiſtoria Joſephi Patriarchæ, quam potiùs fabulam Mileſiam dixeris, de *Joſephi* & *Zolikhæ* uxoris *Putipharis* amoribus, verſibus Turcicis ex Arabico ſermone expreſſa: interprete *Homaico*. Ejus verò auctor eſt celeberrimus Poëta, *Nadhami* vocitatus, qui illam Perſicis verſibus, & quidem pereleganti ſſimis, perſequutus eſt. Hujus meminit *Herbelotius* in *Bibliotheca Orientali*, *pag.* 939. pluraque prætereà ejuſdem aſſervantur exemplaria in Regia Bibliotheca Pariſienſi.

MDCCXI.

Codex litteris Cuphicis exaratus, initio ac fine mutilus, quo continetur *Joſephi* Hiſtoria, tùm ſtricta, tùm ſoluta oratione Arabicè pereleganter conſcripta, cujus auctorem ignoramus.

MDCCXII.

Codex Turcicâ linguâ exaratus Conſtantinopoli die 5. Ramdani, anno Egiræ 960. continens Hiſtoriam Regis Perſarum, nomine *Ardeſchir*, in duas Partes diſtributam. Ibi bellum inter *Iran* & *Turan* geſtum deſcribitur. *Ardeſchir* autem *Iran* Imperator, præfecto copiis *Kiran Habek*, humili quidem loco nato, ſed eximiæ fortitudinis viro, multas de *Idrage*, Turan Rege, victorias reportavit: opus primùm ab *Abuthahero Musa Tharsusi* (3), ſeu *Tharſenſi* Perſicè conſcriptum, poſteà in linguam Turcicam Anonymi ſtudio converſum. Nomine *Turan* omnino *Turqueſtaniam*, nomine verò *Iran* intelligimus *Perſidem*.

MDCCXIII.

Codex nitidè exaratus, ſed mutilus, complectens Hiſtoriam Calipharum, aliorumque Orientis Regum, Turcicè conſcriptam.

MDCCXIV.

Codex eleganti litterarum formâ, litteriſque aureis paſſim diſtinctus, exaratus anno Egiræ 844. quo continetur Liber *Ortus Luminum* (4) inſcriptus, ſive Fabula Mileſia Perſicè conſcripta ab ingenioſiſſimo Poëta, gente *Perſa*, *Abdelrahmano*, vulgò *Algiami*, de rebus geſtis *Alexandri Magni*; de præclaris facinoribus Regis *Bahram*, Græcis *Varanes*, ſive *Vararanes* dicti, ex ſtirpe Arſacidarum; de amoribus *Choſrois* & *Schirin*, necnon *Leili*, atque

(1) *Titulus*: كتاب السكردان ۞
(2) *Titulus*: كتاب يوسف وزليخا ۞
(3) *Auctor*: تاليف ابو طاهر موسي الطرسوسي ۞
(4) *Titulus*: كتاب مطلع الانوار ۞

que *Magenuni.* Hocce Opus variis Codicibus comprehenſum, in Regia Bibliotheca Pariſienſi exhibetur.

MDCCXV.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 1002. Chriſti 1593. feriâ 2. die 22. Gemadi poſterioris, in quo habetur Hiſtoria *Meccæ*, ſeu *Arabiæ Felicis*, inſcripta *Fulgur Iemanenſe* (1), ubi de illius urbis origine & nomine; de Arabum Regibus; de Mahometo illiuſque Succeſſoribus ad deletum uſque ab Othomanis illorum Imperium. Varia quoque ibidem bella adversùs tùm Chriſtianos in Africa, tùm Ægypti Reges enarrantur; prætereà de urbe *Tuneto* diſſeritur à *Sinano* Baſſa expugnata anno Egiræ 982. ingenti Hiſpanorum claſſe partim captâ, partim procellis disjecta; atque Arce, cui Arabicè nomen حصن حلق الواد *Fluvii Fauces*, Hiſpanè *La Goleta*, in Selimi, hujus nominis ſecundi, Turcarum Imperatoris ditionem redactâ. Hujus Hiſtoriæ auctor eſt vir clariſſimus Cothbeddinus *Meccanus* (2), *Sinani* Baſſæ familiaris & Chronographus, cui hocce opus ſummâ dicendi elegantiâ perpolitum nuncupavit. Aliud ejuſdem exemplar extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num. DCCCXLV.*

MDCCXVI.

Codex exaratus anno Egiræ 999. Chriſti 1590. feriâ 2. die 21. Gemadi poſterioris, complectens alterum ſuperioris Hiſtoriæ exemplar, inferioris tamen notæ.

MDCCXVII.

Codex nitidè exaratus, quo continetur Pars VII. Hiſtoriæ virorum tàm doctrinæ, quàm fortitudinis laude apud Mahometanos inſignium, ordine alphabetico digeſtæ, cui titulus *Viri ætatis ſuæ illuſtriores, & belli Principes* (3): auctore *Thalab Ben Abik Ben Abdalla Alsaphadi* (4), gente *Syro.* Hæc autem Pars eos tantummodò exhibet viros, qui nominibus *Ali*, *Omar*, & *Iſa* prædíti ſunt; perduciturque ad annum Egiræ 758.

MDCCXVIII.

Codex luculentus, ſed foliis nonnullis ſub finem mutilus, quo nimirum continetur Pars prior Hiſtoriæ univerſalis, cui titulus *Obitus virorum illuſtrium* (5). Eam accuratè, eruditè, eleganterque ſcripſit celeberrimus Hiſtoriographus, *Schamseddinus Abulabbas Ahmad Ben Mohamad*, vulgò *Ebn Khalcan* (6), gente *Syrus*, & Damaſci Prætor, qui anno Egiræ 608. natus, obiit anno Egiræ 681. Nobiliſſimam hanc Hiſtoriam, litterarum ſerie diſpoſitam, plures eodem ordine proſequuti ſunt; nonnulli etiam illuſtrarunt notis, acceſſionibuſque locupletarunt; eandemque *Mula Adhereddinus* Perſicè reddidit. Ibi virorum Mahometanorum cujuſvis nationis, ævi, dignitatis, qui doctrinæ, bellicæ virtutis, Artis politicæ laude claruerunt, vitæ, patriæ, mores, res geſtæ, necnon ſcripta uberiùs referuntur. Hæc eadem Pars extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num. DCCCLXIV.*

(1) *Titulus* : البرق اليماني في فتح العثماني ۞
(2) *Auctor* : قطب الدين المكي ۞
(3) *Titulus* : اعيان العصر واعيان النصر ۞
(4) *Auctor* : طلب بن ابيك بن عبد الله الصفدي ۞
(5) *Titulus* : وفيات الاعيان ۞
(6) *Auctor* : شمس الدين ابو العباس احمد بن محمد بن خلكان ۞

MDCCXIX.

Codex nitidè exaratus abſque anni notâ, quo continetur Pars tantùm Secunda proximè recenſitæ Hiſtoriæ Continuationis ab Anonymo diligenter elaboratæ, ubi litteræ occurrunt . ر . ز . س . ش . ص . ض . ط . ظ . ع . Habes & hîc vitam magni *Abulphedæ* & *Beithari* unà cum illorum Scriptorum Catalogo.

MDCCXX.

Codex litteris Cuphicis exaratus anno Egiræ 851. quo continetur Opus, cui titulus *Auctoritatum*, ſeu *Teſtimoniorum Recenſio* (1), Bibliothecam Hiſpanam complectens, eorum videlicet Auctorum, quorum ſcripta recenſet & ad ſeverioris cenſuræ libram exigit Scriptor nobilis *Ahmad Ben Ali Albalvi*, gente *Hiſpanus*, patria *Accitanus*. (2)

MDCCXXI.

Codex litteris Cuphicis exaratus abſque anni notâ, continens Bibliothecam Arabico-Hiſpanam, cui titulus *Barnameg* (3), id eſt *Catalogus*, in Partes duas diſtributam: auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Giaber*, *Accitano* (4), qui anno Egiræ 715. pluribus *Hiſpaniæ*, *Africæ*, *Ægypti* & *Syriæ* locis peragratis, quoſcunque audierat viros doctrinæ laude præſtantes, recenſuit; pariterque Bibliothecas cùm privatas, tùm publicas à ſe viſas deſcripſit. (5)

MDCCXXII.

Codex Cuphicis litteris exaratus die 17. Gemadi, anno Egiræ 959. in quo ſcilicet occurrunt:

1.° Bibliotheca Poëtarum, Philologorum, ut & virorum Artis Politicæ peritiâ excellentium, quorum ſcripta, facta, dicta præcipua ibidem legas. Titulum præfert *Acta Eruditorum* (6): auctore *Abulhasseno Ali Ben Abdelmehsen Alphatuhi Hiſpalenſi*. (7)

2.° Hiſtoria Regum Africæ, qui *Aphſitæ* vocitantur, inſcripta *Phareſia* (8), ita dicta à nomine Regis Granatæ *Abu Phares Abdelaziz*, cui *Abulabbas Ahmad Ben Alkhathib*, ortu *Conſtantienſis* (9), ejus Chronographus, nuncupavit anno Egiræ 806. (10)

MDCCXXIII.

Codex litteris Cuphicis exaratus *Granatæ* die 27. Gemadi poſterioris, anno Egiræ 685. continens Bibliothecam Arabico-Hiſpanam in Partes X. diviſam, quæ inſcribitur *Rami fructibus maturis gravidi* (11), ubi lectiſſima quæque Poëtarum inſigniorum monumenta paſſim occurrunt. Hujuſce operis auctor, cujus nomen latet, *Hiſpanus* fuit, floruitque anno Egiræ 657.

(1) *Titulus*: رسوم الاسنـــــاد ✡

(2) *Auctor*: ذاليق احمد بن علي البلوي الاندلسي الوادي اشي ✡

(3) *Titulus*: ✡ برنامـــــج

(4) *Auctor*: ابو عبد الله محمد بـــن جابر الوادي اشي ✡

(5) *Initium*: ✡ فان بعض اربـــــات
Finis: ✡ من جملتهـــــا

(6) *Titulus*: المستجاد من فعـــلات الاجواد ✡

(7) *Auctor*: ابو الحسن علي بـــن عبد المحسن الفتوحي الاشبيلي ✡

(8) *Titulus*: الفارسية في مبادي الدولة الحفصية ✡

(9) *Auctor*: ابو العباس احمد بـــن الخطيب القسنطيني ✡

(10) *Initium*: ✡ فهذا مختصـــــر
Finis: ✡ ووالي انعامـــــه

(11) *Titulus*: ✡ كتاب الغصون اليانعـة

657. ut ex eodem Codice planè liquet.

MDCCXXIV.

Codex litteris Cuphicis exaratus anno Egiræ 663. Christi 1264. feriâ 3. die 22. Ramdani, quo continetur Bibliotheca Arabico-Hispana, quæ titulum præ se fert *Index Doctorum Hispaniæ* (1): auctore ALI ABI ALHASSAN ALRAINI *Hispalensi* (2), qui anno Egiræ 656. huic operi manum admovens, multa Hispanorum virorum monumenta litteraria in unum congessit.

MDCCXXV.

Codex litteris Cuphicis exaratus, quo continetur Bibliotheca Arabico-Hispana ad annum Egiræ 650. deducta, cui titulus *Alphabetum* (3): auctore viro erudito ABU BAKERO ALCODHAI, vulgò BEN ALABAR, *Valentino*, cujus opera non semel ante recensuimus.

EXCERPTA QUÆDAM EX EODEM CODICE.

AHMAD BEN ABRAHAM BEN MOHAMAD BEN KHALAPH, vulgò BEN ABI LEILI, *Granatensis*, incola *Murciæ*, & *Silves* Prætor, vir multiplici eruditione clarissimus, obiit anno Egiræ 514. Christi 1120. quo quidem tempore accidit prælium, quod vocant *Kotanda*, vel *Cotanda* قتندة ۞ كتندة; utroque enim modo apud Scriptores Arabas reperias. Porrò *Kotanda*, vel *Cotanda* oppidum est ad urbis *Darocæ* tractum pertinens, ubi Christianos inter & Almoraviditas acriter pugnatum est. Ex Almoraviditis viginti hominum millibus cæsis, victoria tandem à Christianis stetit. De die, quo contigit hæc pugna, Auctores variant; alii eam ad diem 23. Rabii prioris anni 514. alii ad diem 18. ejusdem mensis referentes.

AHMAD BEN MOHAMAD ABU GIAPHAR, vulgò EBN ALMORKHI, ortu *Hispalensis*, scholâ *Cordubensis*, vir doctrinâ & pietate insignis, fato functus est in oppido *Scharana* شرانة, fortè *Serena* ad urbis *Xerez* tractum pertinente, anno Egiræ 533.

ABRAHAMUS, JOSEPHI BEN TASPHINI filius, BEN TARCON, BEN VARTANTHAR ABU ISAC, *Murciæ* Princeps, matrem habuit nomine *Taischat*. Litteratorum virorum Mecænas, Poëta quoque non vulgaris extitit; idemque omnes æquales suos bellica laude longè superavit. Enim verò, eodem Duce, munitissima Arx, quam vocant *Aliitham* البيط, expugnata est; & prælium *Barcinonense*, aliàs *Aliorat* البورت dictum, anno Egiræ 508. licet infelici marte, commissum fuit.

MOHAMAD BEN JOSEPH BEN ABDALLA ABU THAHER natus loco *Aschtorqui* اشتركوي, *Asturik* in *Tudelæ* ditione, vir omni scientiarum genere excultus, plura edidit doctrinæ monumenta, in his Poëmata *de Traditionibus*; atque *Ecclesiæ Mahometanæ Historiam* ad annum Egiræ 538. perductam, quo anno *Cordubæ* mortuus est die 5. Gemadi prioris.

MOHAMAD BEN ABILKHASSAL ABU ABDALLA, vulgò DULVAZRATIN, *Cordubensis*, vir ordine equestri, eloquentiâ, eruditione, atque scriptis plurimis celeberrimus fuit. Eum originem traxisse à loco nomine *Vescara* بشقورة, qui & *Virgiliath* فرغليط dicitur, Hispaniæ Scri-

(1) Titulus: ۞ برنامج علما الاندلس
(2) Auctor: تاليف علي ابي الحسن الرعيني الاشبيلي ۞
(3) Titulus: ۞ المعجم

Scriptores ferunt; eundemque mortuum esse *Cordubæ* anno Egiræ 540. Christi 1145. feriâ 1. die 13. mensis Dilhagiat.

Mohamad Ben Ahmad Abu Baker Alcaisi, Scriptor nobilissimus, qui in urbe *Beja* nobili genere natus, *Hispalim* studiorum causâ incoluit, ubi diem obiit anno Egiræ 542. *Beja*, quam Latini *Pacem Augustam* vocitant, Arabes *Bagia* باجه, vel *Bage* dixere; Exteri *Vaga*, *Baga* & *Bugia* nominant; *Leo* verò *Africanus Lib. V. fol.* 213. *Beggia* appellat. Quocunque autem vocetur nomine, eam esse duplicem Arabum Geographi tradunt: quarum altera est Africæ, altera Hispaniæ, de qua *Geographus Nubiensis pag.* 166.

Iahia Ben Soliman Abulualid, vulgò *Aschiati*, ex loco *Schiat* شية ad urbem *Ilerdam* pertinente, quod nomen Arabicum latine sonat *Signum*, vir pernobilis & planè doctus. Hic *Ilerdæ* Præturam gessit, quâ à Christianis captâ anno Egiræ 545. Christi 1150. *Valentiam* petere cogitur, in cujus ditione primùm oppido *Albont* البنت, vulgò *Alpuente*, inde urbi *Santa Maria* شنتمريه præficitur; ibique obiit anno Egiræ 548.

MDCCXXVI.

Codex litteris Cuphicis exaratus absque anni notâ, complectens Scriptoris *Ben Alabar*, de quo supra, Historiam virorum qui Regum à Secretis fuere, quique in rebus Imperii administrandis excelluere. Hæc titulum habet *Res adversæ* (1); ibique illorum gesta, dicta, varii casus referuntur.

MDCCXXVII.

Codex litteris Cuphicis exaratus; quo continentur:

1.° Bibliotheca Arabico-Hispana Jurisconsultorum, *Moniti Utilitas* (2) inscripta: auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Omar Ben Roschd*, vulgò *Averroes*, gente *Hispano* (3), qui anno Egiræ 700. claruisse traditur. (4)

2.° Bibliotheca Scriptorum de Traditionibus Sectæ Mahometanæ, cui titulus *Sacra Historia illustrata* (5), quam *Abu Ali Ben Abi Scharaph Cordubensis* (6) ad annum Egiræ 615. perduxit.

3.° Bibliotheca Theologorum, inscripta *Catalogus* (7), quam Auctor eruditus *Abulcassemus Ben Abdalla Ben Mohamad Alansari*, vulgò *Ebn Alschath* nuncupatus, *Hispalensis* (8) absolvit, ut ad Codicis calcem adnotatur, anno Egiræ 683. Christi 1284. feriâ 5. die 25. mensis Dilcadat. Is autem Codex exaratus est *Granatæ* anno Egiræ 705. feriâ 5. die 6. Gemadi posterioris.

MDCCXXVIII.

Codex litteris Cuphicis descriptus in urbe *Almeria* anno Egiræ 538. Christi 1143. feriâ 6. die 4. Rabii posterioris, in quo habetur Bibliotheca Arabico-Hispana, sive Itinerarium eruditi viri

(1) *Titulus*: اعتـــــاب ۞
(2) *Titulus*: كتاب افادة النصيح ۞
(3) *Auctor*: تاليف ابي عبد الله محمد بن عمر بن رشد الاندلسي
(4) *Initium*: فاني لما رايت ۞
Finis: علي سمت السلف ۞
(5) *Titulus*: كتاب الاشراف ۞
(6) *Auctor*: تاليف ابي علي بن ابي شرف القرطبي ۞
(7) *Titulus*: برنامج ۞
(8) *Auctor*: تاليف ابي القاسم بن عبد الله بن محمد الانصاري الشهير بابن الشاط الاشبيلي ۞

viri *Abu Mohamad Abdelhac Ben Athia Granatæ Prætoris* (1), qui, ut ipse testatum reliquit, postremam huic operi manum imposuit anno Egiræ 533. Christi 1138. feriâ 1. die 10. Ragebi.

MDCCXXIX.

Codex litteris Cuphicis exaratus, initio & anni notâ carens, continens Bibliothecam Arabico-Hispanam Poëtarum præstantissimorum, quorum non pauca eaque lectissima carmina ibidem legas. Auctor est *Ahmad Ben Mohamad Alcodai*, ex oppido C*ambosch* قرية تعرف بكنبش, vulgò C*ampillo* ad territorium *Giennii*, sive *Jaenis* pertinente, quod fructibus, maximè vini copiâ & bonitate, felicissimum est.

MDCCXXX.

Codex litteris Cuphicis exaratus, & anni notâ carens & foliis mutilus, quo continetur Bibliotheca Arabico-Hispana, quam Auctor anonymus litteris mandavit anno Egiræ 689. eorum vitas describens, quoscunque in Hispania atque Africa doctrinæ famâ, scriptisque celebres nosse & visere potuit.

MDCCXXXI.

Codex Cuphicis litteris exaratus, & initio & fine mutilus, quo continetur Anonymi Bibliotheca Hispanos viros complectens, qui tùm in Hispania, tùm in Africa doctrinæ, pietatisque laude floruerunt ad annum usque Egirianum 711.

MDCCXXXII.

Codex litteris Cuphicis exaratus, principii expers, continens Bibliothecam virorum illustrium qui in Africa sexto & septimo Egiræ seculo claruerunt. Scriptoris nomen omnino latet.

MDCCXXXIII.

Codex litteris Cuphicis exaratus die 15. Moharami, anno Egiræ 992. quo continetur Africæ Itinerarium, sive Descriptio, inscripta *Iter Africanum* (2), quæ anno Egiræ 688. prodiit, auctore *Abu Mohamad Alabderita Valentino* (3). Ibi præcipuæ Africæ urbes, Africanorumque mores stylo pereleganti describuntur; & unà virorum litteris spectatissimorum, quos in ea regione laudatus Scriptor vidit, referuntur opera.

MDCCXXXIV.

Codex litteris Cuphicis exaratus, sub finem mutilus, complectens tertium duntaxat volumen Bibliothecæ Ægyptiacæ, quæ *Iter Ben Raschidi* (4) inscribitur, in Tomos V. tributæ: ubi ii tantum occurrunt viri, qui ab anno Egiræ 685. ad annum 700. in urbibus *Cairo* & *Alexandria* omni disciplinarum genere maximè floruerunt. Auctor est *Abdalla Abu Omar Ben Raschid*, nobilis *Granatensis*.

MDCCXXXV.

Codex litteris Cuphicis pereleganter descriptus anno Egiræ 515. quo continetur Mahometi Vita, titulo *Prophetæ Mores* (5), ubi de illius indole, factis, dictisque, necnon de victûs & vestitûs ratione scrupulosiùs differitur: auctore *Ali Ebn Roschd Alraini Cordu-*

(1) *Auctor* : تاليف ابو محمد عبد الحق بن عطيه قاضي غرناطه ۞

(2) *Titulus* : رحلة المغربية ۞

(3) *Auctor* : تقييد ابو محمد العبدري البلنسي ۞

(4) *Titulus* : رحلة بن رشيد ۞

(5) *Titulus* : كتاب شمايل النبي ۞

dubenſi (1), inter Traditioniſtas Hiſpanos celeberrimo. (2)

MDCCXXXVI.

Codex litteris Cuphicis exaratus, mutilus, ſub cujus finem unum, alterumve folium deſideratur. In eo quidem occurrit Hiſtoria Mahometi genus & geſta complectens, in Capita L. diſtributa, cui titulus *Margaritæ inſertæ* (3): auctore *Mohamad Ben Ahmad Allakhamita Alarphini Septano, Monacho* (4), qui anno Egiræ 633. claruit.

MDCCXXXVII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 992. feria 7. die 2. menſis Moharami, quo continetur Mahometi Hiſtoria, *Fax ſplendida* (5) inſcripta, in Partes II. diviſa, quarum priore de illius moribus ac miraculis, alterâ verò de Epiſtolis ad varios Reges exaratis fuſiùs agitur: auctore *Abdalla Ben Abdelrahman*, vulgò *Ebn Hadida Alkhazragita, Cairenſi* (6), qui huic operi ſummam impoſuit manum anno Egiræ 779. feriâ 6. die 4. menſis Dilhagiat.

MDCCXXXVIII.

Codex litteris Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Mahometi, ejuſque Sociorum Acta, idque ſecundùm Mahometanorum Traditiones probatiſſimas, hoc titulo *Hiſtoria genuina illuſtrata* (7); ſubjectis notis criticis *Ahmadi Ben Mohamad*, vulgò *Alschomni, Valentini* (8). Is autem Liber exaratus eſt anno Egiræ 871. Chriſti 1466. feriâ 2. die 1. Gemadi prioris.

2.° Opuſculum, cui titulus *Occaſio arrepta* (9), varias Quæſtiones, quæ ad Sectæ Mahometanæ fidem ac mores pertinent, complectens: auctore *Mohamad Ben Ahmad Ben Marzuc Hiſpalenſi*. (10)

MDCCXXXIX.

Codex nitidè exaratus *Meccæ* die 10. Dilhagiat, anno Egiræ 736. quo continetur Mahometi Vita in epitomem contracta, *Compendium Vitæ Propheticæ* (11) inſcripta: auctore *Ebn Giomat Alkenani, sectæ Schapheiticæ Doctore* (12). Hujus meminit *Assiuthævs* in *Bibliotheca Grammaticorum*, ubi illum Hiſpanum eſſe, virumque magni apud Arabas Hiſpanos nominis & auctoritatis, eundemque octavo Egiræ ſeculo ſermonis Arabici & Juris Canonici peritiâ claruiſſe tradit. Hiſtoriam hanc, quam Scriptor noſter anno Egiræ 735. *Cairi* evulgavit, cæteris caſtigatiorem accuratioremque Doctores Mahometani

(1) *Auctor* : تأليف علي ابن رشن الرعيني القرطبي ۞

(2) *Initium* : حدثنا الفقيه ۞
Finis : فانظروا عمن تأخذون دينكم ۞

(3) *Titulus* : كتاب الدر المنظم في المولد الاعظم ۞

(4) *Auctor* : محمد بن احمد اللخمي ثم العزفي السبتي الصوفي ۞

(5) *Titulus* : مصباح المضي ۞

(6) *Auctor* : تأليف عبد الله بن عبد الرحمن المعروف بابن حديده الخزرجي المصري ۞

(7) *Titulus* : مزيل الخفا عن الفاظ الشفا ۞

(8) *Auctor* : تأليف احمد بن محمد الشمني البلنسي ۞

(9) *Titulus* : اغتنام الفرصة في محادثة عالم قفصة ۞

(10) *Auctor* : محمد بن احمد بن مرزوق الاشبيلي ۞

(11) *Titulus* : مختصر في سيرة النبوية ۞

(12) *Auctor* : تأليف ابن جماعة الكناني الشافعي ۞

ni quinquaginta profitentur, ut ex eorum Censuris extremo Codici subjectis planè liquet. (1)

MDCCXL.

Codex eleganti & peritâ manu exaratus die 7. Moharami, anno Egiræ 987. quo continentur:

1.° Historia Mahometi partim solutâ, partim strictâ oratione conscripta, cui titulus *Astrum sublime & splendidum* (2): auctore EBN HABIB *Alepino.* (3)

2.° Carmina in laudem decem Sociorum, quos primos Mahometus ad impiam suam Sectam propagandam sibi adscivit, *Fenestræ decem* (4) inscripta: auctore MOHAMAD ABU ABDALLA BEN MASSUD, vulgò BEN ABI ALKHOSSAL, *Hispano.* (5)

3.° Ejusdem Opusculum de Mahometi Uxoribus, titulo *Columbæ.* (6)

4.° Opusculum de Pietate & religione Mahometo debita: auctore viro erudito, totiesque memorato EBN BASCHCUAL, seu PASCUAL.

5.° Opusculum inscriptum *Mahometi vitæ Imitatio* (7), cujus auctor EBN HABIB, supra *Num. I.* laudatus.

6.° Opusculum tripartitum de Mahometi Prophetia & Apostolatu, quod titulo *Chronologiæ Propheticæ Lux* (8) ASSIUTHÆUS publicavit.

MDCCXLI.

Codex nitidè exaratus absque anni notâ, quo continetur Historia, seu Descriptio Templi Meccani ac Medinensis versibus expressa, cui titulus *Beneficentia utriusque Templi* (9): auctore (10) MOHAMAD BEN AHMAD BEN SAB ALABSI, *Meccæ* SACERDOTE. (11)

MDCCXLII.

Codex litteris Cuphicis exaratus *Cordubæ* absque anni notâ, quo continetur Bibliotheca Auctorum principum Sectæ Mahometanæ, quam ABU ABDALLA MOHAMAD BEN KHALPHUN AZADITA (12) *Valentinus*, secundùm Magnam Collectionem Doctoris IAHIA ALLAITHI *Cordubensis*, notis illustratam edidit hoc titulo: *Liber Declarationum.* (13)

MDCCXLIII.

Codex exaratus anno Egiræ 664. Christi 1265. feriâ 4. die 16. Gemadi posterioris, in quo Pars X. Historiæ universalis Mahometanæ, *Collectio Fundamentalis* (14) inscripta, quam anonymus Auctor ordine alphabetico

(1) *Initium*: فهذا مختصر ۞
Finis: وقبل بيوم الاربعا ۞
(2) *Titulus*: كتاب النجم الثاقب ۞
(3) *Auctor*: تاليف ابن حبيب الحلبي ۞
(4) *Titulus*: كتاب مناقب العشرة ۞
(5) *Auctor*: محمد ابو عبد الله بن مسعود الشهير بابن ابي الخصال الاندلسي ۞
(6) *Titulus*: الحمامة ۞
(7) *Titulus*: المقتفي من سيرة المصطفي ۞
(8) *Titulus*: اشراق التواريخ في الانبيا ۞
(9) *Titulus*: حسنات الحرمين في مدح جد الحسنين ۞
(10) *Auctor*: نظم محمد بن احمد بن سبع العبسي صاحب الصلاة الفرضية ۞
(11) *Initium*: فانه لما قعد بي دهري ۞
Finis: او افاض النيل ۞
(12) *Auctor*: ابو عبد الله محمد بن خلفون الازدي ۞
(13) *Titulus*: كتاب التلخيص ۞
(14) *Titulus*: الجزء العاشر من جامع الاصول ۞

co totam digessit. Hæc omnino complectitur cùm Mahometi ejusque Sociorum, tùm aliorum ejusdem sectæ Antistitum facta & dicta, quæ singillatim ex majorum traditione memorantur. (1)

MDCCXLIV.

Codex litteris Cuphicis exaratus, mutilus, continet Anonymi Historiam Mahometanam Critico-Dogmaticam, in duas Partes distributam, quæ *Rerum sequendarum Inquisitio* (2) inscribitur.

MDCCXLV.

Codex nitidè exaratus die 12. mensis Saphari, anno Egiræ 977. Vitas piorum Mahometanorum complectens, cui titulus *Astra simul coruscantia* (3). Hujusmodi autem Vitarum Scriptor, cujus nomen ignoratur, id opus absolvisse *Cairi* se profitetur anno Egiræ 894 ad vesperas feriæ 4. die 15. Rabii posterioris. (4)

MDCCXLVI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 1004. Christi 1595. feriæ 3. horis antemeridianis die 24. Rabii posterioris, quo continetur Anonymi Opus, cui titulus (5) *Dux Virorum piorum* (6). Ibi Sermo fit de Sectæ Mahometanæ Martyribus & Sanctis, quorum sepulchra Peregrinorum frequentiâ in diversis Mahometani Imperii locis celebrantur; occurrunt etiam ibidem Cæremoniæ ritusque ea visendi.

MDCCXLVII.

Codex litteris Cuphicis descriptus, carens anni notâ, continens vitam viri apud suos pietate insignis, *Schahabeldini Abulabbas Ahmad Ben Omar Alansari*, ortu *Murciani*, quam *Abulphadhl Ahmad Ben Ata Cordubensis* (7) in vulgus emisit hac inscriptione: *Excellentia Abulabbasi.* (8)

MDCCXLVIII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 862. die 25. Rabii posterioris, quo continetur Vita *Abilphadhli Abdelrahmani*, qui *Cairi* anno Egiræ 763. die 25. Ramdani natus, pietatis & doctrinæ famâ claruit: auctore *Seraggeddino Albalkini* (9), cujus prætereà varia Poëmata in laudem *Abilphadhli* eodem in Codice reperias. (10)

MDCCXLIX.

Codex nitidè exaratus, in quo quidem occurrunt:

1.° Opus *Via Regia* (11) inscriptum, vitam *Abu Zachariæ Mehiaddini Damasceni*, vulgò *Alnui*, complectens, qui

(1) *Initium* : تعرف العيـــــــــن ۞
Finis : كرامته مع محمـــــــد ۞
(2) *Titulus* : بغية البقـــــــــا ۞
(3) *Titulus* : الكواكب الزاهره فـــي اجتماع الاوليا ۞
(4) *Initium* : بان العلوم وان زخـــرت بحارها ۞
Finis : ورفعهم مكانا عليـــــا ۞
(5) *Titulus* : كتاب مرشد الزوار الـــي قبور الابرار ۞
(6) *Initium* : هذا كتاب ذكرت فيه ۞
Finis : وكنت اعده ولـــــدا ۞
(7) *Auctor* : تاليف ابو الفاضل احمد بن عطا القرطبي ۞
(8) *Titulus* : لطايف المنن في مناقـــب ابي العباس ۞
(9) *Auctor* : تاليف سراج الديـــــن البلقيني ۞
(10) *Initium* : فهذه ترجمــــــــه ۞
Finis : تمريحــــــــــا ۞
(11) *Titulus* : منهــــــــــاج ۞

morum integritate, doctrinæ famâ multisque scriptis clarus, *Damasci* obiit anno Egiræ 676. feriâ 4. die 25. Ragebi. Id autem operis *Assiuthæi* labore & studio prodiit anno Egiriano 871 feriâ 7. die 10. Saphari; exaratum verò *Cairi* anno 995. feriâ 1. die 2. Saphari.

2.° Ejusdem Historia Critica, ubi Traditionibus veris ab apochryphis secretis, utrarumque Catalogus proponitur. Inscribitur *Margaritæ dispersæ* (1).

3.° Collectio Traditionum Mahometanarum, inscripta *Animi Hilaritas* (2): auctore *Mohamad Ben Magh* (3), Traditionum Mahometanarum Doctore insigni.

4.° Collectio quarumdam Precum ad Mahometanorum usum, quam in vulgus emisit *Abulhassanus Albhakri*, Templi *Damasceni* Sodalis & Æedituus primarius.

5.° Opusculum, Capitibus X. comprehensum, de Sacrificiis Mahometanis, cui titulus *Solenniores immolandi Ritus* (4): auctore *Schamseddino Mohamad Alscharbini* (5), Cæremoniarum in urbe *Mecca* Magistro.

MDCCL.

Codex litteris Cuphicis exaratus, anni notâ carens, qui Regiæ Bibliothecæ *Marochanæ* olim fuit, secundam tantummodo Partem complectens Itinerarii Hispani tripartiti, quod *Ben Alkhathibi* supra memoratus edidit, *Analecta* (6) inscriptum (7). Exhibetur ibi plurimarum urbium, quas Auctor lustravit, descriptio; necnon virorum clarissimorum & Bibliothecarum recensio.

MDCCLI.

Codex litteris Cuphicis descriptus, nullâ anni notâ, Iter litterarium Hispano-Africanum continens, titulo *Catalogus* (8), quod emisit anno Egiræ 626. (9) *Obaidalla Alcasem Ben Joseph Ben Ali Altagibi Valentinus*. (10)

MDCCLII.

Codex litteris Cuphicis exaratus, sine anni nota, in quo habetur Arabicarum Antiquitatum Historia cum notis ad oram adjectis, titulo *Proverbiorum Liber* (11). Ejus auctor *Abi Abdalla Mohamad Ben Abdelmumen Ben Salam Alkhazagui* (12), cùm antiquitate, tùm eruditione celeberrimus. (13)

MDCCLIII.

Codex nitidis exaratus litteris, quo continentur:

1.° Itinerarium Ægyptiacum, quod edidit anno Egiræ 876. Christi 1471. fe-

(1) *Titulus* : الدرر المنثرة في الاحاديث المشهرة ۞

(2) *Titulus* : كتاب طرب القلوب ۞

(3) *Auctor* : محمد بن ماجه ۞

(4) *Titulus* : المناسك الكبري ۞

(5) *Auctor* : شمس الدين محمد الشربيني ۞

(6) *Titulus* : نفاضة الجراب ۞

(7) *Initium* : وعملنا علي الصعود الي الجبل ۞

Finis : لامن فلان في كذا ۞

(8) *Titulus* : برنامج ۞

(9) *Auctor* : عبيد اللة القاسم بن يوسف بن علي التجيبي ۞

(10) *Initium* : اخبرنا الشيخ ۞

Finis : ولرغبة الاصحاب في الاختصار ۞

(11) *Titulus* : كتاب الامثال ۞

(12) *Auctor* : تاليف ابي عبد الله محمد بن عبد المومن بن سلام الخزاعي ۞

(13) *Initium* : هذا كتاب الامثال وهي حكمة العرب في الجاهلية والاسلام ۞

Finis : قال الاصمعي ۞

feriâ 2. die 8. Rabii posterioris *Mohamad Ben Ali Alschamni Alrarmi Hispanus* (1).

2.° Epistola pereleganter exarata, feriâ 1. die 19. Dilcadat, anno Egiræ 898. Christi 1492. in qua Antistes *Abdalla Ahmad Ben Iahia Alnauschersius* Antistitem *Abu Abdallam Ben Casiam* de Mahometanorum Granatensium, captâ à Christianis *Granatâ*, Marochum adventu certiorem facit; simulque de improbo eorundem illuc iterum revertendi consilio vehementer conqueritur.

MDCCLIV.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Meccæ Privilegiorum Collectio, titulo *Moschi Odores* (2): auctore *Mohamad Algazali Meccano* (3).

2.° Opus Dogmaticum, *Impiarum Quæstionum Confutatio* (4) inscriptum: auctore *Schehabeddino Ahmad Ben Edris Alcarani* (5), qui argumenta centum & sexaginta duo cùm ex Veteri, tùm ex Novo Testamento petita ibi adducit Christianisque objicit. (6)

Hujusmodi Operis impiissimi scribendi locum fecit aliud Opus Arabicâ linguâ conscriptum, quod Christianus vir, gente *Hispanus*, adversùs Alcoranum olim publicaverat.

HISTORICI
IN OCTAVO.

MDCCLV.

Codex litteris Arabico-Ægyptiacis, perita quidem manu exaratus, absque anni nota, quo continetur Pars secunda Historiæ Universalis tripartitæ, à clarissimo *Apameæ* Rege, vulgò *Abulpheda*, aliàs *Schahenschah*, conscriptæ. Hæc autem Pars, quæ sola extat in Regia Bibliotheca Escurialensi, initium ducit ab anno Egiræ 42. indeque ad annum 542. perducitur.

MDCCLVI.

Codex nitidè exaratus, anni notæ expers, continens Historiam Ægypti Regis, nomine *Almoezzledinalla*, ex Phathemitarum stirpe, cui titulus *Specimen Historicum* (7): auctore *Mohamad Abielhassan Alexandrino* (8), qui in hocce opere Aulam Cairensem describens, quidquid ad illius mores, ritus, magistratus, administrationem tùm civilem, tùm militarem pertinet, singillatim recenset: Opus non pauca complectens, quæ apud Leonem Africanum frustra quæras. Sub finem legitur Diarium quoddam, ubi traduntur res memoratu dignæ, quæ, Rege *Almoezzeldinalla*, singulis mensibus contigerunt. (9)

Co-

(1) *Auctor* : رسالة محمد بن علي الشمني الرارمي الاندلسي ۞

(2) *Titulus* : فوايح المسكية ۞

(3) *Auctor* : تاليف محمد الغزالي المكي ۞

(4) *Titulus* : الاجوبة الفاخرة في رد الاسولة الفاجرة ۞

(5) *Auctor* : تاليف شهاب الدين احمد بن ادريس القرافي ۞

(6) *Initium* : فان بعض النصاري قد انشا رسالة مشتملت علي الاحتجاج بالقران وعلي صحة مذهب النصرانية ۞

Finis : ولا يقبلوا مافيها من الدلالة علي محمد ۞

(7) *Titulus* : لمعت اخبار الايام ۞

(8) *Auctor* : تاليف محمد ابي الحسن الاسكندراني ۞

(9) *Initium* : كان بمصر ولاة ۞

Finis : مسروق ابن ابرهة ۞

MDCCLVII.

Codex nitidè exaratus, in quo habentur:

1.° Hiſtoria Æthiopum, *Lumen Fuſcorum* (1) inſcripta, quam edidit *Abulpharagius Ebn Algiozi*, ſexti Egiræ ſeculi Scriptor non contemnendus.

2.° Hiſtoria Apologetica Nationis Æthiopicæ, in Capita VII. diviſa, titulo *Triumphus Æthiopicus* (2), ubi de Æthiopum præſtantia, præclariſque dotibus, quas pereleganti, ut ſolet, ſtylo perſequitur *Assiuthæus*; ac eorum præstereà nigredinis cauſam inveſtigans, varias Auctorum de hocce argumento refert opiniones.

MDCCLVIII.

Codex nitidis litteris exaratus, abſque anni nota, ad uſum olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo continetur Hiſtoria Ægypti tripartita, cui titulus *Pulchra Confabulatio* (3): auctore *Assiuthæo*, qui de illius Regibus, Præfectis, Judicibus, Doctoribus, Ducibus ac variis militiæ Ordinibus; item de ejuſdem Ædificiis cùm publicis, tùm privatis, necnon de aliis rebus, quæ in urbe *Cairo* memoratu dignæ viſuntur, uberiùs ibi diſſerit. Sequitur Recenſio Auctorum quinquaginta qui de rebus Ægyptiacis ſcripſere. (4)

MDCCLIX.

Codex pereleganter exaratus, ubi ſub finem aliquot deſiderantur folia, continens Hiſtoriam Æthiopum, ſeu Abyſſinorum, quam idem *Assiuthæus* publicavit hoc titulo: *Pergularum Ornamentum* (5). Hanc ſanè non aliam eſſe à ſupra relatâ *Num. MDCCLVII.* quæ *Triumphus Æthiopicus* inſcribitur, ex utriuſque collatione comperimus, niſi quod hæc caſtigatior ſit atque uberior.

MDCCLX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur ejuſdem Hiſtoria, *Varia Primarum rerum Cognitio* (6) inſcripta, & Capitibus VII. comprehenſa, ubi Primi rerum Inventores artiumque Auctores recenſentur. Id operis, ſi fabulas Mahometanas excipias, planè utile eſt & viro cuique erudito haud ingratum. Primùm prodiit operâ Scriptoris *Alassakeri*, ordine atque Auctorum teſtimoniis planè deſtitutum: quod poſteà *Assiuthæus* erudita manu admotâ, & caſtigavit & meliorem in ordinem digeſſit. Extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi inter Arabicos Codices *Num. CDXLI.*

MDCCLXI.

Codex eleganti quidem & perita manu exaratus, ſed anni notâ carens, quo continetur Chronicon Ægyptiacum, cui titulus *Sectæ Mahometanæ Oblectamentum* (7): auctore viro erudito *Bactascho Altocati* (8) *Cappadoce*, urbis *Cairi* Præfecto, qui Ægypti Reges reſque eorum geſtas ibidem refert, orſus à Caliphis ad Selimum I. uſque Otho-

Tom. II. Y 2

(1) *Titulus*: تنوير الغبش في فضل الحبش ۞

(2) *Titulus*: رفع شان الحبشان ۞

(3) *Titulus*: حسن المحاضرة في اخبار مصر والقاهره ۞

(4) *Initium*: اوردت كتاب ۞
Finis: بالزعفران ۞

(5) *Titulus*: كتاب ازهار العروش في اخبار الحبوش ۞

(6) *Titulus*: الوسايل الي معرفة الاوايل ۞

(7) *Titulus*: نزهة السنية في اخبار الملوك المصيرية ۞

(8) *Auctor*: تاليف بكتاش التوقاتي ۞

Othomanum Imperatorem, qui anno Egiræ 922. Regnum Ægyptiacum adeptus eſt. (1)

MDCCLXII.

Codex nitidè exaratus, & quidem autographus, ſed abſque anni nota, quo continetur Hiſtoria Templi Hieroſolymitani in Capita X. diſtributa, titulo *Manuductor* (2): auctore NASSEREDDINO *BEN KHEDHR ALEPINO* (3), à quo abſolutum eſt opus die 10. Saphari, anno Egiræ 948. Ibi Templum deſcribitur, item ampliſſima ejus privilegia recenſentur. (4)

MDCCLXIII.

Codex pereleganter exaratus die 25. Dilcadat, anno Egiræ 836. quo continetur Hiſtoria *Meccæ*, Capitibus XL. comprehenſa, quæ *Donum honorificum* (5) inſcribitur. Illius auctor eſt *TAKIEDDINVS MOHAMAD BEN AHMAD BEN ALI ALHASNI*, ortu *FESSANVS*, *MECCÆ INCOLA* (6), qui hoc ſuum opus, aliis Scriptoribus in epitomen contractis, ad umbilicum perduxit anno Egiræ 817. Agitur ibidem in primis de *Meccæ* origine à mundi uſque incunabulis repetita; de illius Regibus, ac viris doctrinæ & fortitudinis laude præſtantibus. Occurrit præterea ejuſdem urbis, & Templi Meccani Deſcriptio accuratiſſima. Fit ſermo de Collegiis XII. & Hoſpitiis publicis XLVIII. in eadem Civitate ad Peregrinorum commodum extructis. Idem opus, ſed recentiori manu exaratum, extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num. DCCXVI.*

MDCCLXIV.

Codex nitidè exaratus, in quo quidem occurrunt:

1.° Itinerarium *Locorum Sacrorum viſendorum Cognitio* inſcriptum (7), ubi, præter Deſcriptiones urbium locorumque quæ Monachus Suphita *ALI BEN ABI BAKERVS Heratenſis* in Perſide, Aſia & Africa luſtravit, multa virorum piorum Epitaphia referuntur.

2.° Epiſtola privilegia *Meccæ* incolarum complectens, quam ad Monachos ſcripſit Doctor & Antiſtes *ALHASSANVS Baſrenſis.*

3.° Grammatica Doctoris *ALTAPHTAZANI*, cujus plura exemplaria habet noſtra Bibliotheca.

MDCCLXV.

Codex ſcitè exaratus anno Egiræ 979. Chriſti 1571. feriâ 5. die 16. Ramdani, quo continetur Tractatus Hiſtoricus in Capita VII. diſtributus, de origine uſuque potûs, vulgò *Cafè*: quem publicavit *ABDELCADERVS EBN MOHAMAD ALANSARÆVS*, *ALGEZIRI ASSYRIVS* (8) anno Egiræ 966. non autem anno Egiræ 996. ut tradit Auctor Catalogi Regiæ Bibliothecæ Pariſienſis *pag.* 204. ubi exemplar aliud occurrit in-

(1) *Initium* : فهزه نزهـــــــــــه ۞
Finis : وفي الاخـــــــــــرة ۞

(2) *Titulus* : المستقصي في فضايـــــل المسجد الاقصي ۞

(3) *Auctor* : ناصر الدين بن خضـــــر الحلبي ۞

(4) *Initium* : فهذا مختصر لطيف لخصته عجلا ۞
Finis : طول الزمن تــــــــــــردد ۞

(5) *Titulus* : تحفة الكرام باخبـــار البلد الحرام ۞

(6) *Auctor* : تاليف تقي الدين محمـــد بن احمد بن علي الحسني الفاســـي المكي ۞

(7) *Titulus* : كتاب في معرفـــــــة الزيارات ۞

(8) *Auctor* : عبد القادر ابن محمـــــد الانصاري الجزيري ۞

inscriptum *Communis Monachorum Suphitarum consensus de licito potionis Cafè usu* (1). Hujusmodi potionis usum, quem primus in *Meccam* invexit anno Egiræ 859. Monachus Suphita Gemal-eldinus *Abu Abdalla Alzabgiani* (2), ex urbe *Zabgian* ذبجان in Arabia Felici, Mahometani Pontifices, ut lege vetitum proscripsere; at posteà Concilio habito, excussisque in utramque partem rationibus, illum Alcorani jure permissum declararunt. Ad etymon verò vocis *Cafè*, sive, ut Arabes efferunt, *Cahue*, quod spectat, deductam eam volunt à voce *Abstinentia* الاتقا; siquidem qui hujusmodi potione utuntur, vigilias inediamque sæpiùs ac libentiùs tolerare solent. (3)

MDCCLXVI.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Historia Monetæ Arabicæ, *Res, Rationesque contractæ* (4) inscripta, quam clarissimus Scriptor, Takieldinus *Abu Mohamad*, vulgò *Almacrizi*, *Syrus Heliopolitanus* (5), jussu Ægypti Regis *Almaleki Almovaied Abu Nasseri* scripsit, eique nuncupavit anno Egiræ 818. Hoc autem Opus rarum admodum est & singulare; quum ea de re nemo alius, quod sciam, inter Arabum Scriptores consultò egerit. (6)

2.° Ejusdem Opusculum de Peregrinatione Meccana, cui titulus *Aurum putum* (7), quod à Makrisio vulgatum est anno Egiræ 841. Ibi Caliphæ XI. & Reges XIII. hujusmodi peregrinationem agressi recensentur.

Arabes Mahometani principio Monetam suorum Regum nomine signatam non habebant, Græcâ ac Persicâ contenti ad Omari Imperatoris tempora, qui, Imperio longè latéque prolato, primus Arabicam Monetam anno Egiræ 18. signari jussit. Hujusmodi Moneta aurea erat & argentea: prior *Dinar* dicta, drachmam unam Arabicam pendebat, cujus pretium sub variis Caliphis varium fuit; unus enim *Dinar* aureus initio XX. subinde XXV. nummos argenteos valuisse traditur; altera *Derhem* vocitatur, pondere quidem aureo nummo minor: ita ut unus argenteus *Derhem* cum semisse unam æquet *Drachmam*. Pro minuta autem Moneta Arabes per ea tempora *papyro*, sive *crassiori chartâ* in quadrum confectâ usi sunt. Hunc fermè usum in Regno *Catai* vigere narrat Hartonus à Calmeto relatus in Prolegomenis de *Monetæ signatæ vetustate*.

Quando autem cœperit Arabicæ Monetæ usus, utrum effigie aliquando signata fuerit, haud facilè definias; quum Arabum Scriptores de hac re parùm solliciti, nihil omnino litteris, si nostri Auctoris opus excipias, mandaverint. Ex Latinis Herbelotius in *Bibliotheca Orientali*, *pag.* 297. Monetæ Arabicæ initium & usum ad annum Egiræ 76.

(1) *Titulus*: عمدة الصفوة في القهوة ۞
(2) *Auctor*: جمال الدين ابي عبد الله الزبجاني ۞
(3) *Initium*: فقد خبط المصنفون في تحريم القهوة ۞
Finis: ۞ فامنن واسعد
(4) *Titulus*: كتاب شذور العقود في ذكر النقود ۞
(5) *Auctor*: تقي الدين ابو محمد المقريزي ۞
(6) *Initium*: ۞ فقد درز الامر
Finis: ۞ بمنه وكرمه
(7) *Titulus*: كتاب الذهب المسبوك في ذكر من حج ۞

76. Æræ verò Christianæ 695. refert. Alii Nummos Arabicos effigie signatos non nisi post Christianum seculum XI. & XII. apud Arabas obtinuisse arbitrantur. Nos verò in præsentia ut satis Quæstioni propositæ faciamus, aliqua ad rem pertinentia ex Auctore nostro excerpta proponemus.

„ Primus qui Mahometanam Monetam ad Persicæ exemplar cudit, „ fuit Calipha *Omarus Ebn Alkhathab*, „ idque anno Egiræ XVIII. in qua „ solùm superaddidit: *Laus Deo*, *Mahometus Dei Apostolus*; vel *Non* „ *est Deus nisi Deus*; ad ejus verò „ latus nomen *Omarus* adscripsit. „ *Abdalla Ben Zobair* omnium primus Monetam rotundam *Meccæ* „ signavit, incidens (ex adversa parte) in circuitu: *Abdalla*; (in areâ) „ *Mahometus Dei Apostolus*; ex aversa verò: *Deus jussit restitutionem* „ *& justitiam*. Imperator *Alaminus* „ *Mohamad*, filius *Harun Raschidæi*, in parte superiori Monetæ „ insculpi jussit: *Dominus meus Deus*; „ in inferiori: *Alabbas Ben Alphadhl*. „ Quum autem *Alaminus* filium *Musam*, quem vocavit *Alnatek Bilhak*, *Almodhpher Billa*, Imperii successorem designasset, nummos aureos ejus nomine insignitos cudit hac inscriptione: *Omnis* „ *gloria & honor Musæ Almodhphero*. *Gioharus Abu Alhasenus Siculus*, Regis *Almoezledinalla* exercitûs summus Imperator, Ægypti Regno subacto, conditaque anno Egiræ 358. urbe *Cairo*, monetam *Almoeziatam* cudit, in cujus utraque parte versiculi tres inscripti. In prioris versiculo primo „ legebatur: *Precatio Antistitis Moezi ad unitatem unius Domini*; in „ secundo: *Almoezledinalla Fidelium* „ *Imperator*; in tertio: *Cusus est* „ *hic aureus in Ægypto*, *anno Egiræ* 358. In altera verò parte: „ *Non est Deus præter Deum*; *Mahometus Dei Apostolus*, *quem Deus* „ *misit ad directionen & fidei veritatem*, *ut fides hæc fide quacunque* „ *sit clarior*, *invitis etiam Infidelibus*. „ Prætereà anno Egiræ 567. imperante *Almaleko Salaheddino Josepho* „ *Ben Ajub*, *Cairi* publicè signata fuit „ moneta Arabica, quæ & anteà in „ Ægypto cusa fuerat nomine Regum *Almostadhi Bamralla*, & *Almaleki Ala-deli Nureddini Mahmud Ben Zanki*.

„ *Josephus Ben Taschphin* Monetam Arabicam in Hispania signavit „ hac inscriptione: *Non est Deus præter Deum*; *Mahometus Dei Apostolus*: „ *Imperator Fidelium Joseph Ben Taschphin*; & in illius circuitu: *Qui aliam* „ *præter Mahometanam sequitur fidem*, „ *Deo placere nequit*, *atque in altera vita peribit*. In adversa parte: *Dux* „ *Abdalla Fidelium Imperator Abbasida*; „ in circuitu demum cusæ monetæ locus & tempus.

„ *Moavia Ben Abi Sophian* (primus *Ommiaditarum* Calipha anno „ Egiræ 43.) nummos aureos signavit „ in quibus erat ejus effigies expressa, „ virum gladio cinctum referens. Similiter anno Egiræ 76. Calipha *Abdelmalekus*, præside *Hegiagæo*, artifice verò Judæo quodam, nomine „ *Samir*, nummos & aureos & argenteos *Iracæ* cudit symbolo, effigieque signatos, ex quorum altera parte legere erat: *Deus unus*; „ ex altera: *Non est Deus nisi ipse*. „ In priori versu: *Cusa est Moneta* „ *hæc in urbe*; in altero: *Mahometus Dei Apostolus*, *ad dirigendos* „ *homines missus*, subjecto etiam nomine *Hegiagæi*. Denique *Almalekus Aldhaher Rukneddinus Bibars*

„ *Al-*

„ *ALBONDOKDARI ALSALEHI ALNEGEMI* „ (*Ægypti* Rex anno Egiræ 658.) nummos, quos vocant *Dhaheria*, leonis effigie signavit „ . (a)

Com-

(a) اول من ضرب في الاسلامية المعاملة عمر ابن الخطاب في سنة ثمانية عشر من الهجرة علي نقش الكسروية وزاد فيها الحمد لله ۞ محمد رسول الله ۞ وفي بعضها لا اله الا هو ۞ وعلي جزء منها اسمه عمر ۞ عبد الله بن زبير ضرب بمكة دراهم مستدورة وهو الاول من ضرب هذه الدراهم ونقش بدورها عبد الله ۞ وباحد الوجهين محمد رسول الله ۞ وبالاخر امر الله بالوفاء والعدل ۞ الامين محمد بن هرون الرشيد نقش في السكة باعلي السطر ۞ ربي الله ۞ ومن اسفلها العباس بن الفضل ولما عهد الامين الي ابنه موسي ولقبه الناطق بالحق المظفر بالله ۞ ضرب الدنانير باسمه ونقش عليها كل عز ومفخر لموسي المظفر ولما دخل ابو الحسين جوهر الكاتب الصقلي الي مصر بعساكر امير المومنين المعز لدين الله في سنة ثلثماية وثمانية وخمسين وبني القاهرة المعزية وضرب الدينار المعزي ونقش عليه باحد وجهيه ثلثة اسطرا احدها دعا الامام معز لتوحيد الاحد الصمد ۞ وتحته سطر فيه المعز لدين الله امير المومنين ۞ وتحته سطر فيه ضرب هذا الدينار بمصر سنة ثمانية وخمسين وثلثماية ۞ وفي الوجه الاخر ۞ لا اله الا الله محمد رسول الله ارسله بالهدي ودين الحق ليظهره علي الدين كله ولو كره المشركون ۞ وفي سنة سبعة وستين وخمسماية ضربت المعاملة بالقاهرة باسم الملك الناصر صلاح الدين يوسف بن ايوب وباسم امير المومنين المستضي بامر الله وباسم السلطان الملك العادل نور الدين محمود زنكي ۞

يوسف بن تشفين ضرب المعاملة في الاندلس ونقش عليها لا اله الا الله محمد رسول الله ۞ وتحت ذلك امير المسلمين يوسف بن تشفين وفي الدايرة ومن يتبع غير الاسلام دينا فلن يقبل منه وهو في الاخرة من الخاسرين ۞ وفي الصفحة الاخري ۞ الامير عبد الله امير المومنين العباسي ۞ وفي الدايره سنة ضربه وموضع سكته ۞

معوية بن ابي سفيان ضرب دنانير عليها تمثاله متقلدا سيفا ۞ عبد الملك سنة ست وسبعين ضرب بالعراق علي يد الحجاج الدنانير والدراهم ۞ وكان فيها نقشها وصورة ۞ والصانع كان يهوديا يقال له سمير ۞ ونقش علي احد وجهي الدرهم الله احد وعلي الاخر لا اله الا هو ۞ وفي الطوق الواحد ضرب هذا الدرهم بمدينة كذا وفي الاخر محمد رسول الله ارسله بالهدي واسم الحجاج ۞ اما الملك الظاهر ركن الدين بيبرس البندقداري الصالحي النجمي ضرب دراهم ظاهرية ۞ وجعل علي الدرهم صورة سبع ۞

Complura numiſmata Arabica emblemate & effigie ſignata nobis exhibet Muſæum *Arigonium*, necnon Hottingerus in opuſculo *De Cippis Hebraicis*, ubi occurrit inter alios Nummus Salaheddini, *Ægypti* Regis, in quo caput cernitur capillo radiato. Nummi hujus lemma *Mundi Caducitas* جادبز الرذيا; inſcriptio: *Job Rex victor Salaheddinus, & Orbis Religionis Reſtaurator* ايوب الملك الناصر صلاح الدنيا والدين; item Nummus Cupreus perantiquus, qui Calipham Montasserum exhibet, thorace ſemilunæ inſtar pectore tenùs cinctum, qui anno Egiræ 247. imperium auſpicatus eſt.

Equidem ego antequam Auctoris noſtri Codicem nactus eſſem, nummos Arabicos effigie ſignatos, adulterinos prorsùs eſſe credebam, hoc in primis argumento nixus, quòd Mahometani perinde atque Hebræi omne imaginis vel ſimulacri genus, tanquam idololatriæ veſtigia, ſint ſemper averſati. Quo factum eſt, ut illi nullas in templis domibuſque imagines extare necdum in ornatum patiantur. Hujus nodi difficultatem nonnulli apud Hottingerum ſentientes, ne hujuſmodi Nummos falſos fateantur, Caliphas cæteroſque Reges, quorum ſignata effigie moneta circumfertur, à Religionis inſtitutis defeciſſe contendunt. Verùm quum Mahometani Scriptores eos nummos citra ſcrupulum probent, ac pro genuinis ſuiſque habeant; non eſt cur nos de illorum veritate dubitemus.

Obſervandum tamen eſt, nummos Arabicos antiquos eſſe Cuphicis litteris, & quidem ſine punctis diacriticis expreſſos, quæ non niſi Arabicæ linguæ peritiſſimi ſupplere, adeoque ſcripta legere valeant.

MDCCLXVII.

Codex nitidè exaratus, anni notâ carens, Regiæ olim Bibliothecæ *Marochanæ*, quo continetur Hiſtoria Peſtis, inſcripta *Liberatio Vindictæ per orationem pro Defunctis* (1), eademque in duas Partes diſtributa, quam *Ahmad Ben Abi Hagela Cairi* anno Egiræ 764. edidit. Ibi maximè agitur de inſignioribus divinæ iræ flagellis, videlicet Fame, Peſte & Terræmotu. Recenſentur verò Peſtes XXXIII. ab anno Egiræ 14. ad annum 764. in his tres illæ, quas nimirùm anno 448. 749. & 764. univerſum orbem invaſiſſe memoriæ proditum eſt. Præ cæteris denique memoratur Peſtis anni 764. qua duorum duntaxat menſium ſpatio in una urbe *Cairo* DCCCC. hominum millia interiiſſe narrat Scriptor noſter.

MDCCLXVIII.

Codex litteris Cuphicis, & quidem Auctoris manu exaratus. Eo continetur Hiſtoria Regum Africæ, qui *Beni Marin* vulgò appellantur, partim ſolutâ, partim ſtrictâ oratione conſcripta, cui titulus *Odor Roſæ* (2): auctore *Abdalla Ismael*, *Josephi* Ducis *Malacæ* filio (3), qui hocce Opus, anno Egiræ 789. abſolutum, *Abulabaso Ahmedo* Regi *Feſſæ* nuncupavit.

MDCCLXIX.

Codex ſplendidè exaratus anno Egiræ 978. ad uſum Regiæ Bibliothecæ *Marochanæ*. Continet Hiſtoriam Regum urbis *Badajoz*, quam verſibus elegan-

(1) *Titulus*: كتاب دفع النقمة فـــــى الصلاة علي بني الرحمة ۞

(2) *Titulus*: التاريخ المسمي النفحة النسرينية ———————— ۞

(3) *Auctor*: تاليف عبد الله اسمعيل ابن الامير يوسف امير مالقة ۞

gantissimis conscripsit *Abu Mohamad Abdelmagid Ben Abdun*, doctisque postea commentariis, quos exhibet Codex noster, adornavit *Abdelmalekus Ben Badrun Septanus*. Alterum hujus exemplar alibi retulimus.

MDCCLXX.

Codex eleganter exaratus absque anni nota, quo continetur Anonymi Historia Medicorum circumforaneorum, quos *Charlatanes* vulgò vocitamus, *Liber Artium* (1) inscripta, ubi id genus hominum artes in venditandis medicamentis, curandisque morbis describuntur.

MDCCLXXI.

Codex litteris Cuphicis exaratus *Granatæ* die 5. Ramdani, anno Egiræ 765. quo continentur:

1.° Chronologia Calipharum Regumque Hispaniæ & Africæ, versibus conscripta, titulo *Vestis acu picta* (2), simulque in epitomen contracta à clarissimo Regum *Granatensium* Chronographo *Abu Abdalla Ben Alkhathib Ben Abdalla Mohamad*, cujus vitam, adjectis ejusdem Commentariis, alibi in hoc volumine describimus.

2.° Ejusdem Historia Regum *Granatæ*, in partes quinque distributa, cui titulus *Specimen Plenilunii* (3).

MDCCLXXII.

Codex litteris Cuphicis exaratus absque anni nota, in quo habentur:

1.° Chronologiæ Calipharum, de qua proximè dictum est, alterum exemplar similiter litteris Cuphicis descriptum, sed minùs emendatum.

2.° Anonymi Opus Historico-Philologicum, quo variarum Hispaniæ urbium laudes & ornamenta, tùm Civium mores adumbrantur.

Jam verò Chronologiam atque Historiam Scriptoris *Ebn Alkhathibi*, prætermissis versibus, & quibusdam explicationibus Grammaticis, sed inserto textu Arabico, Latinè convertere aggredimur.

„ Memoriæ prodidit *Abu Isac*, „ mortuo Dei Apostolo, electum esse „ non sine divino consilio in ejus locum *Abu Bakerum*, feriâ videlicet 3. „ ab ejus obitu: qui, subactis Arabibus, atque habita ad populum oratione, prælium adversùs Syros ineundum proposuit. Itaque Mahometani „ in *Syriam* profecti, bellum gravissimum cum Romanis gessere. Huic „ tandem vitâ jam functo successit „ *Omarus Ben Alkhathab*, *Alpharuk* „ dictus, qui omnium primus *Fidelium Imperator* nuncupatus est; eo „ enim imperitante, urbes complures „ expugnatæ sunt. Is bellum in primis Damascenum ab *Abu Bakero* cœptum confecit; inde expeditione in „ *Iracam* susceptâ, Persas apud urbem „ *Cadisiam* fudit: hinc magnus illi patuit ad alias victorias aditus. Omarus „ denique, dum orationi vacabat, ab „ *Abu Lullo*, *Almogaiera Ben Schobe* puero, inter multæ noctis silentia „ interfectus est anno Egiræ 23. feriâ „ 4. die 26. mensis Dilhagiat. (a)

„ Tri-

(a) قال ابو اسحق لما توفي رسول الله جمعهم الله على ابي بكر وبيع له يوم الثلاثا بعده ولما فرغ ابو بكر قتال العرب خطب الناس وعرض عليهم غزو اهل الشام فتوجه المسلمون

(1) *Titulus*: كتاب الحيل

(2) *Titulus*: الحلل المرقومة

(3) *Titulus*: اللمحة البدرية في الدولة النصرية

„ Triduo poſt obitum *Omari* Calipha electus eſt *Othman Ben Afan*, quo Rege, Imperium quàm maximè prolatum eſt. Dictus autem fuit *Dhalnurin*, quòd duas Dei Apoſtoli filias in matrimonium duxiſſet. Nec parum ſplendoris ejuſdem tempore Caliphatui acceſſit. Socii ſimiliter atque amici ampliſſima etiam adepti ſunt prædia & opes. Nimius tamen ejus erga propinquos amor effecit ut *Ægyptii* id ægrè ferentes, ejus domum circumſederint. Intereà ab illo traditionem *Mervani Ben Abilhakemi Ben Alasi*, ejus Scribæ & conſanguinei, petierunt. Et quum iidem litteras ab eo Othmani nomine exaratas, per quas duriſſimum jugum ſubire intelligerent, intercepiſſent; Othmanus verò laudatum Meruanum ipſis tradere abnuiſſet, in eum irruentes, venerabile Alcoranum in ſinu geſtantem interfecerunt. (a)

„ Eodem die, quo *Othmanus* interfectus eſt, *Saedus Ben Abi Raccas*, *Abdalla Ben Omar*, & *Asama Ben Zaidus*, *Ali Ben Abi Thalebum* Calipham ſalutarunt, diſſidentibus *Thalha* & *Zobairo*, qui ſimul cum *Aischa* *Meccam* ſe ſe receperunt, Othmani ſanguinem ulciſcendi causâ. Quum autem *Ali* *Aischam* ad prælium prodiiſſe intellexiſſet, *Baſoram* ſe contulit anno Egiræ 36. ubi acriter utrinque pugnatum. Contigit hoc prælium, quod *Cameli* poſteà dictum eſt, eodem anno feriâ 5. die 10. Gemadi prioris: in quo ex *Cameli* (quo vecta *Aischa* exercitui imperabat) Sectatoribus XIII. hominum millia, ex *Ali* verò Sociis V. millia cecidiſſe memoriæ proditum eſt. Fertur, interfecto Othmano, *Oma Habibat* filia *Abi Sophiam Ben Harb* ad *Moaviam* fratrem miſiſſe ſubuculam *Othmani* ſanguine tinctam, eum ad illius necis ultionem adhortans. *Moavias* idcircò fortiſſimam Syrorum cohortem arceſſivit: cui *Ali Cupha* profectus die 5. Schevali ejuſdem anni cum nonnaginta hominum millibus apud *Damaſcum* occurrit; *Mohavias* etiam ſuas eduxit copias. Uterque caſtra caſtris in loco *Sephian* contulit, „ ubi

المسلمون الي الشام فكانت بينهم وبين الروم وقيعة تبرك ۞ ثم تولي عمر الفاروق هو عمر بن الخطاب وهو اولي من تسمي باميرالمومنين وفتحت في عهده الفتوح امضي عمر ما براه ابو بكر من غزوة الشام ثم غزا العراق واوقع بالفرس وقيعة القادسية ثم توالت الفتوح ثم قتله في المسجد غلسا ابو لولوة غلام المغيرة بن شعبة وذلك يوم الاربعا لاربع بقين من ذي الحجة عام ثلاثة وعشرين ۞

(a) بويع عثمان بن عفان بعد عمر بثلاثة ايام وفتحت علي عهده فتوح عظيمة ودعي ذا النورين لمكان مصاهرته من رسول الله وعظمت في عهده الخلافة واقتني الصحابة الضياع واتسعت الاحوال ونقم الناس عليه استعمال قرابته وسار اليه اهل مصر فحصروه وسالوه اسلام مروان بن ابي الحكم بن العاصي كاتبه وقريبه وقد عثروا علي كتاب بخطه عن عثمان في شانهم بما يحملهم علي الصعب من الامر فانكره عثمان وابي من اسلامه اليهم فتسوروا داره وقتلوه والمصحف الكريم في حجره ۞

Abdelrahmanus Damaſci natus eſt anno Egiræ 113. Hiſpaniam ingreſſus anno 138. menſe Dilcadat; eodemque anno die 10. menſis Dilhagiat, fuſis Prætore *Josepho Alphahri*, ejuſque Collega *Samieles*, *Cordubam* occupat. Mortuus eſt anno 172. Hæc in Codice noſtro *Alhomaidus Supplementi* Scriptor. *Ebn Alabarus* autem in *Hiſpana Chronologia* refert *Abdelrahmanum* in Hiſpaniam adveniſſe die 10. Rabii prioris, anno 138. & die 9. menſis Dilhagiat ejuſdem anni, feriâ 5. *Josephum Alphahri* debellaſſe; ætatiſque ſuæ anno XXVIII. Regem ſalutatum; litteris rebuſque præclarè geſtis inclaruiſſe: cujus non pauca refert ibidem carmina. Addit prætereà eum obiiſſe anno 171. in urbe *Emeritâ* die 22. Rabii poſterioris, feriâ 3. Huic aſtipulatur *Rodericus Toletanus* in *Hiſtoriâ Arabum*, *pag.* 18. qui *Abderramen Abenmeia* eum appellat, atque anno Arabum 171. deceſſiſſe tradit. Perperam ergo *Herbelotius* hujus Antiſtitis de Regis illius obitûs anno ſententiam, utpote cum cæterorum Chronographorum Arabum calculis minùs concinentem, reprehendit. Non enim omnes Arabici Scriptores *Abdelrahmani* mortem ad annum Egiræ 172. referunt: in his eruditiſſimus *Ebn Alabarus*, cujus auctoritas & fides in re Chronologicâ maximi apud Arabas eſt ponderis.

Ex *Notis marginalibus* noſtri hujuſce Codicis *Abdelrahmanum* apparet regnaſſe 33. annos, menſes 2. dies 4.

„ Huic in regnum ſucceſſit ejus „ filius *Heschamus*, hujus nominis „ primus, qui plura bella geſſit; nec „ pauciores urbes in ſuam poteſtatem „ redegit. Fato functus eſt poſt regnum „ non diuturnum menſe Sapharo, anno „ Egiræ 180. Chriſti 796. Rex fuit „ auſterus & pietate præclarus. (a)

NOTÆ.

Heschamus, quum regnum auſpicatus eſt, annos natus erat triginta; ſeptemque & ampliùs imperavit. Ita ex *Supplemento Alhomaidi*.

Heschamus, ait *Ebn Alabarus*, *Cordubæ* ortus eſt die 4. Scheuali anno Egiræ 139. Eo Rege, *Gerunda* atque *Narbo* captæ ſunt.

Ex *Notis marginalibus*, regnavit annos ſeptem, menſes novem, dies octo; ex *Roderico Toletano*, qui eum *Isen* vocat, annos ſeptem, menſes ſeptem, dies ſeptem.

„ Regni gubernacula ſuſcepit ejus „ filius *Alhakemus*, hujus nominis „ primus, cognomento *Alradha*: à „ quo *Cordubenſes*, qui ſuburbia meridionalia inhabitabant, deſciſcentes, „ arma capere auſi. Quamobrem bello „ indicto, partim eos fugavit, partim interfecit; atque victoriâ inſolens, ferro populum triduo cædi juſſit. Hujus „ mors incidit in diem XXV. Dilhagiat „ anni 206. Chriſti 821. (b)

NO-

(a) وولي بعده ابنه هشام وكان ملكا جليلا صالحا متقشفا وغزا وفتح الكثير ولم تطل ايامه فهلك في صفر سنة ثمانين ومابة ۞

(b) ولي بعد ابنه الحكم الملقب بالرضا وثار عليه اهل الربض القبلي من قرطبة لامور انكروها وكاثروه وكادوا ياتون عليه فاظفره الله بهم ووضع السيف فيهم ثلاثة ايام وتوفي لاربع بقين من ذي الحجة سنة ست ومايتين ۞

NOTÆ.

Alhakemus, quum regnare cœpit, annum XXII. agebat. Ex *Supplemento Alhomaidi*.

Ad solium evectus anno Egiræ 180. feriâ 6. die 16. mensis Saphari. Fortitudine, eruditione atque Poëtica Arte inclaruit. Suburbia *Cordubæ* solo æquavit; Incolas cæde, bonorum direptione, exilio omninò vexavit; idque anno 202. die 13. Ramdani, feriâ 4. Obiit anno 206. feriâ 5. die 25. mensis Dilhagiat. Ita *Ebn Alabarus*, qui varia illius carmina adducit, eaque summis extollit laudibus.

Rodericus Toletanus Alhacam vocat, illiusque Historiam ad mentem laudati *Ben Alabari* describit.

Ex *Notis marginalibus*, regnavit annos 25. menses XI.

„ *Abdelrahmanus*, hujus nomi-
„ nis secundus, cui *Alhakemus* pater,
„ dum in vivis ageret, regiminis cu-
„ ram demandavit, omnium primus
„ Hispanum Principatum, Regis nomi-
„ ne sibi assumto, nobilitavit; ac plures
„ aulæ administros accivit. Vitæ finem
„ implevit mense Rabio posteriori, an-
„ no Egiræ 238. Christi 852. (a)

NOTÆ.

Abdelrahmanus, quum ad regnum accessit, annos erat triginta natus. Diem obiit sub finem mensis Saphari, anno Egiræ 238. Ex *Supplemento Alhomaidi*.

Eodem die, quo obiit *Alhakemus*, Rex salutatus fuit. Imperavit annos XXXI. menses III. dies VI. Poëta extitit disertus atque Orator clarissimus. *Hispaniæ Annales* condidit, ut & Poëmata varia, quorum specimen occurrit in nostro Codice. Ædificiis publicis urbem *Cordubam* exornavit; eamque, aquâ plumbeis fistulis deductâ, mirificè locupletavit. Extructis prætereà ubique præsidiis, Regnum communivit; & ingentem classem ad Portuum defensionem paravit. *Ebn Alabarus*.

„ Ejus filius, nomine *Mohamad*
„ in regnum succedit: Rex sanè eximius,
„ moribus, rerumque gestarum gloriâ
„ Imperatori *Abdelmaleko*, *Marvani*
„ filio, haud dissimilis; Calligraphiâ,
„ Arithmeticâ & Poëtica facultate nobi-
„ lis. Mortuus est mense Rabio priori
„ anno Egiræ 273. Christi 886. (b)

NOTÆ.

Mohamad, qui *Abu Abdalla* nuncupatus est, obiit inclinante jam mense Sapharo, anno Egiriano 273. Ex *Supplemento Alhomaidi*.

Mohamad, *Abdelrahmani* filius, Rex renuntiatur anno 238. die 6. Rabii prioris, feriâ 5. in quam ejusdem patris mors incidisse traditur, annos XXX. natus: nulli Principum humanitate, justitia, fortitudine & amore in litteras secundus, quod testantur plura ejus carmina. Decessit anno Egiræ 273. feriâ 5. die 29. Saphari, anno ætatis LXV. regnavit verò annos XXXIV. menses XI. Ex *Ebn Alabaro*.

„ *Al-*

(a) ولي الامر بعده عبد الرحمن ابنه وهو اول من فخم الملك بالاندلس وذوه الالقاب واستكثر الوزرا ثم توفي في ربيع الاخر سنة ثمان وثلاثين ومايتين ۞

(b) وولي بعده ولده محمد وكان ملكا كبيرا يشبه بعبد الملك بن مـــروان وكان ابة في تحقيق الحساب واخذا بحظ من الشعر والكتابة توفي في ربيـــع الاول من سنة ثلاث وسبعين ومايتين ۞

„ *Almonderus* ejus filius rerum „ summâ potitur, Rex fortis in primis „ & magnanimus, qui Ducem *Ebn* „ *Haphsum* dum obsideret, moritur. (a)

NOTA.

Almonderus, aliàs *Aba Alhakem* nuncupatus, natus est anno Egiræ 227. imperavitque annum unum, menses undecim, dies viginti quinque. Ita Ex *Supplemento Alhomaidi*, cui consentit *Ebn Alabarus*. Quare lapsus videtur *Herbelotius*, qui in *Bibliotheca Orientali pag.* 621. illum regnasse viginti & duos ferè annos tradit.

„ *Almondero* frater *Abdalla*, „ *Mohamedi* filius, *Abdelrahmani* ne„ pos successit, Princeps virtutibus, ma„ ximè temperantiâ insignis. Eo Rege, „ Hispania universa, si *Cordubam* ex„ cipias, ab ejus fide defecit. Ad hæc „ *Kalebus Ben Haphsun* bellis eum & „ incursionibus graviùs in dies vexabat. „ Inter hæc *Abdalla* divina ope nixus, „ conscripto exercitu, Hispanos con„ juratos armis subegit. Laudatus porrò „ *Ben Haphsun*, dictus *Omar*, gente „ Christianus, humili loco natus, vir „ fortitudine & animi audacia celebra„ tissimus, homines perditissimos sibi „ socios adjunxit; inde occupata urbe „ *Huescar*, accitisque ad se gentibus, „ sibi suisque principatum quemdam „ adeptus est, quem ad annos LXX. „ & ultra protractum ferunt. (b)

NOTÆ.

Abdalla natus est anno Egiræ 228. obiit verò ineunte mense Rabio priori, anno 300. Ex *Supplemento Alhomaidi*.

In locum fratris *Almonderi* suffectus est mense Saphari, anno Egiræ 275. Decessit anno 300. duos & septuaginta annos natus, regnavitque annos XXV. Poëta fuit egregius, & multiplici eruditione ornatus. Sic *Ebn Alabarus*, qui ejusdem carmina aliquot refert. *Rodericus Toletanus* cum Scriptore *Ebn Alabaro* in re Chronologica mirum in modum consentit; qui suo tamen more *Ebn Haphsun* appellat *Habenhazon*.

„ Mortuo *Abdalla*, regni gu„ bernaculis admotus est ejus nepos „ *Abdelrahmanus*, hujus nominis ter„ tius, *Ben Mohamad Ben Abdalla*, „ *Alnasser Ledinalla*, posteà *Fidelium* „ *Imperator* nuncupatus. Is seditiones „ ac bella intestina, quibus Hispania „ penè tota per id tempus ardebat, ne„ dum compescuit, sed etiam penitùs „ extinxit. *Romanos* (id est *Hispanos*) „ obsedit; insignemque de iis victo„ riam retulit. (Arabum Scriptores *Fos*„ *sæ prælium* vocitant urbis *Legionis* „ obsidium, quod anno Egiræ 327. „ contigisse tradunt). Prætereà plura bel„ la gessit, urbes expugnavit, rebelles „ subegit. A *Constantinopolitano* Impera-

(a) وولي ابنه المنذر وكان شهما حازما ومات محاصر لابن حفصون ۞

(b) ثم تلاه الاخ عبد الله بن محمد بن عبد الرحمن وكان عفا فاضلا وفي ايامه
تناهت الفتنة وتوثبت عليه الحضرة واشتد عليه كلب ابن حفصون فشمر ففتح الله
عليه واستوسقت له الطاعة وابن حفصون المشار اليه هو عمر بن حفصون كان ابوه
من جهالة اهل الذمة وكان شجاعا ثائرا اشتهر وضم الشرار الي نفسه وملك مدينة
بشتر فانقادت اليه الجهات وتمادي الامر فيه وفي عقبه ازيد من سبعين سنة ۞

„ ratore, aliisque Regibus Legati ad „ eum missi sunt. Diu regnavit, ad annos „ nempe quinquaginta. Urbem *Alzahra* condidit (quæ *Flos* dicitur, non „ procul à *Cordubâ* distans. Videsis Geographum NUBIENSEM). Varia *Cordubæ* „ tùm in Templo, tùm in Ponte reliquit „ suæ munificentiæ monumenta. (a)

NOTÆ.

ABDELRAHMANUS Regi *ABDALLÆ* avo paterno in regnum successit duos & viginti annos natus, adolescens litteris & arte militari instructissimus. Turbulentum Hispaniarum Regnum post cruenta bella sic sedavit, ut nullum ibi bellum multis annis actum fuisse crederes. Itaque rebus ex sententia peractis, post florentissimum diuturnumque Imperium mense Ramdano, anno Egiræ 350. diem obiit. Ex *Supplemento ALHOMAIDI.*

ABDELRAHMANUS, *ABDALLÆ* Regis nepos, Rex potentissimus idemque felicissimus, *Cordubæ* ad solium evectus est anno Egiræ 300. feriâ 5. die 1. Rabii prioris; mortuus verò anno 350. feriâ 3. die 3. Ramdani, quum regnasset annos L. menses VI. dies III. Hic longè latéque prolatis Imperii finibus, Caliphæ nomen induit, quod ex *Ommiaditis* nemo anteà in Hispania sibi adsciverat, maximam Caliphारum potentiam per ea tempora veritus. Hæc *EBN ALABARUS.* Consentit *RODERICUS TOLETANUS*; dissentit, imò vix sibi constat *HERBELOTIUS*, qui in *Bibliotheca Orient. pag. 9. ABDELRAHMANUM* modò *ALMONDERI* filium, modò *ABDALLÆ* fratrem appellat; eumque jam sexaginta, jam quinquaginta annos regnasse, auctoribus perperam allegatis, affirmat.

„ Rerum summâ potitur ejus filius *ALHAKEMUS*, hujus nominis secundus, *ALMOSTANSER BILLA* nuncupatus, vulgò *ABUELASSI*, annos quinquaginta natus: qui eò magnificentiæ, pietatis, doctrinæ, ac rerum memorabilium gloriæ processit, ut eum nemo suæ gentis unquam exæquaverit. Fato tandem functus est anno Egiræ 366. Christi 976. (b)

NOTÆ.

ALHAKEMUS quadraginta & septem annorum erat, cum regnare cœpit. Quo Rege, quantùm in Hispania floruerint Litteræ; quot doctissimi viri extiterint, haud facile dictu est. Ille omnium primus, conquisitis undique libris pretiosissimis, Regiam Bibliothecam instituit; nec pauca condidit Gymnasia, arcessitis viris doctrinæ laude præstantibus, qui disciplinas docerent scriptisque illustrarent.

(a) ولما توفي عبد الله تولي الامر حفيده عبد الرحمن بن محمد بن عبد الله الناصر لدين الله وكانت الارض تضطرم نارا وشقاقا فاخمد نيرانها وسمي بامير المومنين واقع الروم به في الخندق بعد ظهور كبير عليهم وفتح الله عليه فتوحات كثيرة ووردت علي بابه رسل صاحب القسطنطينية وغيره وطال عمره فبنا مدينة الزهرا وله الاثر في مسجد قرطبة وجسرها وغير ذلك وكانت مدته خمسين سنة ☼

(b) وولي الامر ابنه الحكم بن عبد الرحمن الملقب بالمستنصر بالله ابو العاصي ولي الملك ابن خمسين سنة وبلغ من تناهي الجلالة وحسن السيرة وبراعة العلم وتخليد الاثار ما لم يبلغه احد من قومه ثم توفي سنة ست وستين وثلثماية ☼

rent. Princeps longiore vita dignus; brevi tamen non ſine magno Reipublicæ litteratæ detrimento rebus humanis ereptus eſt. A vino ſic abhorruit, ut vites ex Hiſpano ſolo radicitùs avellere meditaretur. Ex *ſupplemento* Alhomaidi.

Alhakemus annos XLVII. vel, ut aliis placet, XLVIII. & ultra natus, Imperium auſpicatus eſt anno Egiræ 350. feriâ 5. die 5. Ramdani; obiit anno 366. die 2. Saphari, poſtquam annos XV. & menſes ferè quinque regnaſſet: Princeps humanitate, eruditione, amore in litteras nulli poſthabendus. Cujus rei argumento ſit Bibliotheca adeo inſtructa ac numeroſa, ut ejus librorum Index volumina quadraginta & quatuor impleverit. Nullus erat ſive rarus, ſive eximius Codex, quem non emeret, vel exſcribi ſaltem juberet. Viros omni ſcientiarum genere præcellentes undequaque accitos in primis caros habuit; præmiis, honoribus ampliſſimis cumulavit: quorum alios rerum Hiſpanarum Annalibus, alios Hiſtoriæ aut Naturali, aut Litterariæ conſcribendæ deligebat. Id quò accuratiùs fieret, urbium Præfectis cæterorumque locorum Rectoribus negotium dabat ut certiores quaſque notitias cùm ad Antiquitatum monumenta, tùm ad Familiarum origines & ſtemmata pertinentes ex incolis diligenter exquirerent, mittendaſque curarent. *Ebn Alabarus.*

„ Ad ſolium evectus eſt ejus filius „ *Heschamus*, hujus nominis ſecun„ dus, *Almovaied* appellatus, annum „ agens duodecimum, adnitente *Abu* „ *Amer Mohamad Ben Abi Amer* „ *Almoapheræo*, cognomento *Al*„ *mansore*, (qui Tutoris nomine præfuit; quemque Populus Cordubenſis ab *Heschami* fide intereà deficiens, Senatu inſtituto, ſummum Reipublicæ Ducem creavit) „ cujus operâ „ *Heschamus* Rex ſic latuit incluſus, „ ut mortuus vulgò crederetur. Itaque „ *Almansor*, quem & civilis ſcientia, „ & bellica virtus maximè commenda„ bant, univerſam Hiſpaniam ſuo im„ perio ſubjectam ſumma cum laude „ moderatus eſt. Hoſtium urbes in ſuam „ ditionem redegit, aliis fuſis, captis „ aliis, quorum ille ex *Zamorenſi* prælio „ decem & novem millia *Cordubam* „ ſecum duxiſſe fertur. Extincto *Alman*„ *sore*, ejus filius *Abdelmalekus*, alio „ nomine *Almodhpher*, præficitur, rei „ militaris ſcientiâ & victoriarum mul„ titudine æquè illuſtris atque *Alman*„ *sor* ejus parens. Hic ab expeditione „ adversùs *Sanctium Garciæ* filium „ Gallæciæ Regem ſuſceptâ redux, obiit „ menſe Sapharo, anno Egiræ 399. „ Huic ſtatim in Regnum ſucceſſit illius „ frater *Abdelrahmanus*, *Schangiul* per „ contumeliam cognominatus, quem „ *Ben Abdelgiabar*, Imperio uſurpato, „ interfecit. Exinde *Alameritarum* Prin„ cipatus & Reipublicæ ſtatus interci„ dére. (a)

NO-

(a) وبويع ولده هشام الموبد وهو ابن اثني عشرة سنة وعليه انشقت عصا الامة عقد لــه
البيعة ابو عامر محمد بن ابي عامر وجرت عليه حجابته وحجابة ولديه من بعده الي
ان مضي لسبيله ولم تتحقق وفاته وما بعده هو محمد بن ابي عامر المعافري الملقب
بالمنصور صاحب السياسة الشهيرة والغزاوات العظيمة التي دوخ بها البلاد وراع الاقطار
وسبي المدن ذكر انه انصرف من غزوة سمورة بتسعة عشرالف راس من السبــــي
ولما توفي ولي الحجابة بعده ولده المظفر عبد الملك واقتفي بسيرة ابيه في الجهــاد
والفتوحات

NOTÆ.

Heschamus, undecimo ætatis anno vix expleto, in ſolium collocatur; ſed per ætatem rebus adminiſtrandis impar, *Almansori*, viro prudentiâ & rei militaris ſcientia inſtructiſſimo, in tutelam traditur. Hiſpania quam à principio Reges habuere, Reipublicæ more per ea tempora regi cœpit. Itaque *Almansor*, penès quem Imperii ſumma, Rege inconſulto, ſuo omnia nutu moderabatur. Prælia bis ſingulis annis committere ſolitus, victor ſemper, nunquam victus ab acie diſceſſit. Inſignis quoque fuit Litterarum fautor, quippe qui viros eruditos honoribus & præmiis ita eſt proſequutus, ut eorum diſſertationibus frequentiſſimus intereſſet. Denique mortuus eſt anno Egiræ 392. Imperii ſucceſſores relinquens duos quos habebat filios, *Abdelmalekum* & *Abdelrahmanum*, quorum prior annos ferè ſeptem, alter non niſi menſes quatuor imperaſſe traditur. Quapropter illorum Principatus ad annum 399. perductus eſt, idque feriâ 3. die 17. Gemadi poſterioris. Ex *Supplemento Alhomaidi*.

Almansor Regni Procuratoris munere functus eſt annos XXV. annos LXV. vel LXVI. natus. *Ebn Alabarus* ex *Chronicis Ben Haiani*.

Verùm quo pacto *Mohamad Ben Hescham Ben Abdelgiabar*, *Abdelrahmani Alnaser Ledinalla* pronepos, *Almahadi* nuncupatus, regnum eripuerit, ex iis quæ ſequuntur patebit. „ Quum *Abdelrahmanus Ben Abi* „ *Amer*, *Almansoris* filius & *Abdel-* „ *maleki* frater ac ſucceſſor, *Mo-* „ *hamedum Ben Hescham* ſibi infen- „ ſiſſimum oppugnaturus proceſſiſſet, „ *Mohamad Cordubam* milite deſtitu- „ tam animadvertens, in mediam ur- „ bem irrumpit, captaque arce, plau- „ dente populo Rex ſalutatur. *Abdel-* „ *rahmanus* rei famâ admonitus, rever- „ titur, impellente auræ popularis fidu- „ ciâ. Sed ſpem fefellit eventus; nam „ turbâ ab eo deficiente, interfectus „ eſt. Tum *Mohamedus Almahadi* re- „ rum ſummâ potitus, hominis alte- „ rius morte Regis *Heschami* funus „ ſimulat; at Barbarorum exercitus „ obſiſtit, eumque armis repellere co- „ natur. (a)

والفتوحات العظيمة ثم توفي منصرفا من غزوة شانجة بن غرسية ملك جليقية في
صفر سنة تسع وتسعين وثلثماية وتولي امره اخوه عبد الرحمن الملقب بشنجول
ثم قتل لما وثب بن عبد الجبار بالخلافة وانقضت الدولة العامرية وانقضت
بانقضايها دولة الجماعة ۞

(a) ثم المتوثب الملقب بالمهدي هو محمد بن هشام بن عبد الجبار ابن عبد الرحمن
الناصر لدين الله ولما توفي عبد الملك بن ابي عامر وخرج اخوه عبد الرحمن الي
غزاته وخلي البلد من الجند وثب فملك القصر واخذ بيعة الناس لنفسه وبلغ
الخبر ابن ابي عامر فقفل ظانا ان الريح تنشا له فقتل لما خذله الناس ولما استوسق
الامر المهدي اظهر جنازه ادعي انها جنازة هشام وخالف امره عسكر البربر
وذافروه ۞

NOTA.

Mohamad Ben Hescham Ben Abdelgiabar, regiæ dignitatis appetens, vi *Heschamo* illatâ, Imperatoris insignia, adscito sibi *Almahadi* nomine, induit; idque mense Gemado posteriori, anno Egiræ 399. Sed non multò post, die videlicet 5. mensis Scheuali, feriâ 4. ejusdem anni *Heschamus Ben Soliman Ben Alnasser* cum validâ Barbarorum manu prælium, quod biduo durasse fertur, adversùs Regem *Almahadi*, sed infausto marte, commisit. Nam Cordubenses, qui *Almahadi* partes fovebant, *Heschamum Ben Solimanum*, fusis copiis, trucidarunt. Quamobrem Barbari ad cladem acceptam armis ulciscendam parati, *Solimanum Ben Alhakem Ben Soliman Ben Alnasseri* Regem salutarunt. Is, coactis Christianorum viribus, *Cordubam* adventavit; atque initâ pugnâ prope montem *Cantos* جبل قنطش, (quem *Rodericus Toletanus* *Cantiche* nominat) viginti & ampliùs militum Cordubensium millia cæsa dicuntur. At *Almahadi*, collectis iterum viribus, Christianorum copiis etiam adjutus, castra ad locum, nomine *Acbat Albacar* عقبة البقر, à *Corduba* milliaribus decem dissitum locat: quam, *Solimano* cum Barbaris fuso fugatoque, victor ingreditur. Inde ingenti conscripto exercitu, ad *Algezirat* profectus est. Occurrit illi prope fluvium *Guadiara* *Solimanus*, à quo *Almahadi* profligatus, *Cordubam* repetit; ibique haud multò post à *Vadheh Alscalabæo* Eunuchorum Rectore vita & regno spoliatus est, postquam menses XVI. regnasset. Ex *Supplemento Alhomaidi*.

„ Itaque *Solimanus Ben Alhakem Ben Soliman Ben Abdelrahman Alnasser* ope Barbarorum ad „ solium evectus, auxilium à *Gallæcis* „ imploravit. Hinc *Cordubam* copias „ movens, castra juxta posuit. *Almahadi* Rex quum tantis viribus resi„ stere se non posse intelligeret, sibi „ metuens, fugam furtim capessit. At„ que ubi *Toletum* pervenit, cum Chri„ stianis fœdus iniit; inde ingenti exer„ citu sibi comparato, *Cordubam* re„ vertitur. Prælium itaque editum est, „ quo *Solimanus*, fusis Barbarorum co„ piis, victus ad *Insulæ Viridis* confinia „ secedere cogitur; & castra prope am„ nem *Melaria* dictum metatus, in „ Africam cum Barbaris trajicere desti„ nabat. *Almahadi* Rex, partâ victoriâ, „ *Solimanum* fugientem insequitur: qui, „ rebus desperatis, ita cum eo pugna„ vit, ut in turpem ipsum fugam egerit, „ seque *Cordubam* recipientem circum„ sederit. Hic quum suas vires imminui „ cerneret, *Heschamum Almovaiedum*, „ olim Regem, produxit, ratus populi „ favorem sibi conciliaturum. At rebus „ ex sententiâ minimè succedentibus, „ per insidias interfectus est: quo fa„ ctum, ut *Solimanus Ben Alhakem*, „ Barbarorum Dux, *Cordubâ* occupa„ tâ, rerum sit potitus. (a)

„ So-

(a) وبايعوا سليمن بن الحكم بن سليمن بن عبد الرحمن الناصر واستعان الجلالقة ثم قصد قرطبة فنازلها ولم يطق المهدي مدافعته فاتقاه بالانخلاع واخفي نفسه الي ان لحق بطليطلة واستجاش ايضا جمع الروم وزحف الي قرطبة فكان له الظهور علي سليمن وجمع البربر وازعجهم عنها فانتدبوا الي احواز الخضرا وخيموا بوادي يارو يرومون الجواز الي بلادهم وتبعهم عقب الظهور عليهم المهدي فستماتوا

„ SOLIMANO obſtitit *ALI BEN HAMUD BEN MAIMUN BEN ALI BEN OBAIDALLA BEN OMAR BEN EDRIS EBN HOSSAIN BEN HASSAN BEN ALI BEN ABI THALEB*, quem *HESCHAMUS* Rex, *ALMOVAID* nuncupatus, quum mortem ſibi jam jam imminentem ſentiret, traditur, miſſis *Septam* ad illum litteris, in auxilium, ſimulque ſanguinis ultionem vocaſſe, Hiſpaniarum Regnum pollicitus. Ille ſtatim advolat, anno videlicet 405. Obviam fit *SOLIMANUS*, qui tandem victus, captuſque unà cum fratre ac patre ad *ALI BEN HAMUDUN* adducitur. Is *HESCHAMI* necis ulciſcendæ cupidus, eorum capita ſuamet manu amputavit. Dehinc *ALI BEN HAMUD*, de quo ſermo, vir alioquin fortiſſimus, Regis induit inſignia. Cæterùm quidam ex *Scalabitis* ſervus, pecuniâ corruptus, illum in balneo interfecit ſub initium menſis Dilcadat, anno Egiræ 408. Illi poſteà in Regnum ſucceſſit ejus frater *ALCASSEMUS*; verùm hic à *IAHIA BEN ALI* profligatus, *Cordubam* reliquit. (a)

NOTÆ.

SOLIMANUS *BEN ALHAKEM* è Regia *Ommiaditarum* ſtirpe, qui & *ALMOSTAIN BILLA*, & *ALDHAPHER BEHAUL ALLA* dicitur, poſt varia cruentaque bella jam victus, jam victor, Regnum ſibi vindicavit. *Cordubam*, Imperii Hiſpani ſedem, ter ſubactam ingreditur, anno nimirum 399. Chriſti 1008. feriâ 5. die 6. menſis Scheuali, & anno 400. menſe Rabio poſteriori. A *Cordubenſibus* eâ tempeſtate pulſus, crebris excurſionibus varia loca vaſtat, agros diripit, atque omnia ferro incendiiſque, nullo ſexûs, aut ætatis diſcrimine, peſſumdat; nec priùs quievit quàm *Cordubam* tertiò occuparet, ſub initium ſcilicet menſis Scheuali, anno Egiræ 403. In ejus caſtris ſtipendia meruere *ALCASSEMUS* & *ALI*, Ducis *HAMUDI* filii, genere & bellica virtute præclari: quorum alter *Septæ* & *Tingi*; alter *Inſulæ Viridi* á SOLIMANO præficiuntur. Exorto inter Eunuchos ac Barbaros diſſidio, *ALI Septæ* Præfectus, *ALCASSEMI* frater natu minor, imperandi cupidus, Eunuchis, ut ad ſuas partes eos fa-

فستمادوا واستبصروا في حربه فنصرهم الله عليه وهزموه اقبح هزيمة وتبعوه الي قرطبة
وحاصروه فاختلت حاله واعملت عليه الحيلة فقتل واخرج هشام المويد للناس فلم
يستقم الامر واستولي سليمن بن الحكم امير البربر علي الحضرة ۞

(a) ثم انبري له علي بن حمود بن ميمون بن علي بن عبيد الله بن عمر بن ادريس
ابن حسين بن حسن بن علي بن ابي طالب يقال ان هشام المحجوب لما شعر
بالهلاك خاطب ابن حمود بسبتة يستنصر به ويقلده دمه والطلب بثاره ويقضي اليه
بعهده فتحرك سنة خمس واربعماية فبرز اليه سليمن بن الحكم فانهزم سليمن
وقبض عليه وعلي اخيه وابيه وسيقوا الي علي بن حمود فضرب اعناقهم بيده وفا
لهشام وتمت البيعة لعلي بن حمود وكان فظا شديدا اغتاله صبيه من مماليكه
الصقالبة في الحمام فقتله غرة ذي قعدة من سنة ثمان واربعماية وتولي امره من
بعده اخوه القاسم ثم نازعه يحيي بن علي بن حمود وفر من قرطبة ۞

faciliùs adduceret, litteris datis ſuam operam & opem pollicitus eſt. Rex ab Eunuchis ſalutatus, cum potentiſſimo exercitu *Malacam*, cujus erat Præſes *Amerus Ben Phetuh*, occupat; inde caſtris *Cordubam* motis, Eunuchorum viribus adjungens ſuas, Solimanum bis fudit; tandemque captum, vita & regno privavit. Ex *Supplemento Alhomaidi*.

Solimanus Abu Aiub ſecundò Imperator *Cordubam* ingreditur die 15. Rabii poſterioris, anno Egiræ 400. nuncupatuſque *Aldhapher Behaul Alla*: vir ſanè doctrinâ, eruditione, ſimulque eloquentiâ ornatiſſimus. Is autem ab *Ali Ben Hamud* interfectus eſſe traditur anno Egiræ 407. Chriſti 1016. feriâ 7. die 22. Moharami. Ex *Ebn Alabaro*, qui Solimani plura carmina refert.

Rodericus Toletanus Amerum Ben Phetuh vocat *Hairam Alhemari*; *Solimanum*, *Zuleman*; *Ebn Hamud*, *Abenhamit*.

Fluvius autem hic, qui *Inſulam Viridem* interſecat, *Fluvius Mellis* à Geographo *Nubiensi Climat. III. Parte X. pag.* 154. vocatur.

Scalabitæ ſunt *Illyrii*, vulgò *Eſclavones*, qui per ea tempora in Hiſpania ſtipendia merebant.

Ali Ben Hamud, vir ſtrenuus & rei militaris peritiſſimus, æquus prætereà ac liberalis Princeps proindeque omnibus carus, nigris fuit oculis, corpore macilento, ſtaturâ eminens. *Heschamo Ben Alhakemo* Regi, à *Solimano* Regia dignitate exuto atque in vincula conjecto, ſuppetias laturus *Cordubam* venit cum exercitu numeroſiſſimo. Solimanum fudit, deinde occidit; mox *Cordubam* victor ingreditur; Rexque ibi electus, *Alnaser Ledinalla* nomen aſſumſit. Anno Egiræ 408. feriâ 3. die 13. Gemadi poſterioris *Khairanum*, *Almeriæ* Præfectum, qui ab ipſo defecerat, profligavit: quo quidem anno à tribus præcipuis famulis in Regiæ domûs balneo interfectus eſt. *Alcassemus* ejus frater, qui *Hiſpali* tunc temporis agebat, cædis certior factus, *Cordubam* venit: ubi in fratris locum ſuffectus, reos patibulo affigi juſſit; fratriſque cadaver *Septam* tranſlatum, conditâ ſacrâ æde, honorifico tumulo donavit. Ibidem in hunc uſque diem *Forum Lanarium* etiam viſitur. Ex *Bibliotheca Ebn Alkhathibi*.

„ Quamobrem *Alameritæ*, qui in „ Hiſpania Orientali, (id eſt *Tarraconenſi*) rebus præerant, concilio coacto, *Abdelrahmanum Ben Mohamad*, qui *Almortadha* nuncupatus „ eſt, in ſolio collocarunt. Ex his qui „ *Granatam* ingreſſi, cum *Sanhagitarum* Duce prælio commiſſo, fuſi, „ fugatique ſunt, Rege *Almortadha* „ interfecto, ut fuſiùs ſuo loco dictum „ eſt. (a)

„ Populus *Cordubenſis* graviſſima „ de imperio inter Reges *Beni Hamud*, „ (*Alcassemum* & *Iahiam*) diſſidia jam „ pertæſus, *Abdelrahmanum Ben Heſcham Ben Abdelgiabar*, *Aba Almatrhephum* ex *Almaruanitarum*, ſeu „ *Ommiaditarum* ſtirpe, Regem renunciat, qui præter morum probitatem, „ acri ingenio & eloquentiâ erat præditus. Populus exinde iratus, ex Barba-

(a) واجتمع الموالي العامريون بشرق الاندلس علي مبايعة عبد الرحمن بن محمد الملقب بالمرتضي وتحركوا به فنازلوه غرناطه وبها امير الصناهجة وناجزهم الحرب فهزمهم وقتل الخليفة المرتضي بخبر طويل ۞

„ baris quosdam ad illius necem quæsivit, qui per muros in Regiam immissi, eum nec opinantem adorti, interfecere. (a)

N O T A.

Abdelrahmanus Ben Hescham Almostadher Billa, frater *Abulvalid Mohamad Ben Hescham Almahadi*, *Cordubæ* Rex electus est mense Ramdano, anno Egiræ 414. annos XXXIII. natus; eodemque anno, die 27. mensis Dilcadat à Barbaris operâ *Mohamad Ben Abdelrahmani Almostakphi* fratris patruelis occisus est, postquam regnaverat dies XLVII. Poëta & Orator fuit disertissimus. Ex *Bibliothecâ Ebn Alabari*, qui ejusdem carmina ibidem adducit.

„ Eligitur Rex illius patruelis, nomine *Almostakphi*, *Mohamad Ben Abdelrahmam Obaidalla Ben Abdelrahman Alnasser*, qui otio ac voluptatibus tantùm deditus, ita rerum administrandarum curam abjecit, ut rebus afflictis, Imperium deponere à populo adactus, in oppidum *Ucles* recesserit, ubi tandem interiit, quum menses XVII. imperasset. (b

N O T A.

De Rege *Almostakphi* nihil memorabile dicendum occurrit, præter turpissima flagitia, quæ honestatis causâ silentio præterire potiùs, quàm recensere præstat; Principum enim vitia, utpote inulta, aliis exemplo, multis excusationi esse solent. Ex *Supplemento Alhomaidi*.

„ Cui posteà successit *Heschamus Ben Mohamad*, unus ex nepotibus Regis *Abdelrahmani Alnaseeri Ledinalla*, qui quum in oppidum *Hosn Albenta* ad Ducem *Abdallam Ben Cassem Alphari* confugisset; *Cordubæ* jam senex Rex, *Almotad* nomine, salutatus est anno Egiræ 418. Dehinc solio à populo depulsus, in *Castrum Abilscharaph* (fortè *Castro-Xeriz*) se recepit. Ad hæc usque tempora *Ommiaditarum* regnum stetit. (c)

NO-

(a) ولما اعي الناس نزاع بني حمود بقرطبة بايعوا من بقايا المروانية ابا المطرف عبد الرحمن بن هشام بن عبد الجبار وكان نقيا ذكيا بارعا اديبا ولم يكن الا ان نقم عليه العامة ايوا طايفة من البربر فوثبوا به ولم يشعر الا وجوادهم من فوق حيطان القصر فقتل ۞

(b) وبويع ابن عمه المستكفي وهو محمد بن عبد الرحمن بن عبيد الله بن الناصر عبد الرحمن فلم يضطلع بالامر واخلد الي الراحة فضعف امره واتفق الملا علي خلعه فخرج علي وجهه مستترا فهلك بحصن اقليش وكانت دولته سبعة عشر شهرا ۞

(c) ثم بعده هشام بن محمد من ولد الناصر كان مقيما بحصن البنت لجا الي اميره عبد الله بن قاسم الفهري بويع له بقرطبة سنة ثمان عشرة واربعماية ولقب المعتد تقلد الامر في سن الشيخوخة ثم اجتمع الملا علي خلعه ثم اخرج الي حصن ابي الشرف وانتهي الي هذا الحد امر بني مروان بالاندلس ۞

N O T Æ.

Heschamus, dictus *Almotad*, fuit Regis *Almortadha* jam laudati frater, qui & *Abu Baker* dicitur, postremus videlicet *Ommiaditarum* in Hispania Princeps, sive Imperator; corpore pervenusto, liberali & dignâ imperio facie prædius. In solium collocatur anno Egiræ 418. Christi 1027. feriâ 1. die 5. Rabii posterioris. Ingenio erat leni & effusæ, in pauperes præsertim, liberalitatis. Anno verò 422. feriâ 2. die 12. mensis Dilhagiat *Cordubensis* cum populus ob male administratam Rempublicam regno exuit: qui tandem anno Egiræ 428. mense Sapharo in Castro *Abilscharaph* miserè periit. Ex *Bibliotheca Ebn Alkhathib*.

Mortuo *Iahia Ben Ali*, qui Regnum sibi vindicavit, anno Egiræ 417. Populus *Cordubensis*, adnitente *Abulhazemo Giahur* ejus Duce, *Heschamum Almotad* Regem elegit anno 418. mense Rabio priori jam jam declinante. Natus autem is est anno 364. Rege *Almortadha* fratre quadriennio prior. Crescente in dies factiosorum numero, insidias vitabundus in Regni confinia se se recepit: unde posteà *Cordubam* in Regiam urbem revocatus, illam ingressus est die 8. mensis Dilhagiat, anno 420. ubi non multò post à populo, qui naturâ suâ est inconstans, Regno pulsus est, idque anno Egiræ 422. Ex *Supplemento Alhomaidi*.

„ *EXTINCTO*
„ *IN HISPANIA CALIPHATU*,
„ *multorum Regum recensetur*
„ SERIES.

„ *Heschamo* à solio deturbato,
„ *Abulhazamus Ben Giahur*, vir cla-
„ rissimus, omnium consensu Regni
„ gubernacula suscepit. Obiit die 6.
„ Moharami, anno Egiræ 435. (a)

N O T Æ.

Abulhazamus Ben Giahur, vir & antiquitate generis, & gloriâ majorum, & suâ modestiâ unus omnium maximè floruit. Cùm suæ, tùm alienæ pacis ita erat studiosus, ut nunquam civilibus fluctibus se commiserit. Honores non petiit; imo, Regiâ dignitate sibi oblatâ, sic se gessit, ut Rempublicam tanquam Regis vicarius administrare constituerit. Denique rebus præclarè gestis, summo omnium desiderio extinctus est mense Sapharo, anno 435. Ex *Supplemento Alhomaidi*.

Giahur Ben Mohamad Ben Giahur Ben Obaidalla Abulhazamus, vir fuit nobilitate, prudentia & Reipublicæ administrandæ solertiâ nulli secundus. Quippe Hispaniam bello intestino per ea tempora maximè turbatam, non armorum vi, sed arte industriaque composuit; Regnumque pace perpetuâ beasset, si diutiùs vixisset. Decessit anno Egiræ 435. mense Sapharo, secundùm *Ben Haianum* die 6. mensis Moharami, feriâ 1. Ex *Ebn Alabaro*.

„ Suffectus in ejus locum filius
„ *Abulvalidus*, patrem imitatus est.
„ se-

ذكر ملوك الطوايف بعد انقراض الخلايف

(a) اجتمع الناس بعد خلع هشام المعتد علي تقديم ابي الحزم بن جهور لتوفـــر
خصاله ثم توفي سادس محرم سنة خمس وثلاثين واربعماية ۞

„ ſenio jam confectus, variiſque mor-
„ bis afflictatus, moleſtam Reipublicæ
„ curam filio, nomine *Abdelmaleko*,
„ tranſmiſit: qui quum otio jociſque
„ animum recrearet, *Ebn Zenon*, op-
„ portunam occaſionem nactus, impe-
„ rium *Cordubæ* ambire cœpit. Quare
„ caſtra non procul ab urbe movit. *Gia-*
„ *huritæ* auxilia ab *Ebn Abad Hiſpalis*
„ Principe petita impetrarunt. Miſſis igi-
„ tur copiis auxiliaribus, Dux qui illis
„ præerat, urbem ingreſſus, ab obſidio
„ eam exemit. Fugato *Ebn Zenone*,
„ *Ebn Abad* ſupra laudatus urbem in-
„ vaſit, atque *Abdelmaleko* interfecto,
„ rerum ſummâ potitus eſt. (a)

„ *Abaditarum* Familia inter Hiſpa-
„ nos fuit maximè illuſtris. Eorum
„ primus ſibi principatum vindicavit
„ *Abulcassemus Mohamad Ben Abad*
„ *Ben Mohamad Ben Ismael Ebn*
„ *Coraisch Ebn Abad*, dignitate Judex,
„ ac vir Hiſpanorum ſuæ ætatis clariſſi-
„ mus. Everſo *Ommiaditarum* imperio,
„ ſuam illi uni cauſam ſua gens credidit:
„ quam in ſe poſteà cum Regia aucto-
„ ritate ſuſcepit ejus filius *Abu Amru*
„ *Abad*, dictus *Almotadhed Billa*, qui
„ Hiſpanos omnes ſolertiâ, fortitudine,
„ rerum geſtarum gloriâ antecelluit. Is
„ diem ſupremum obiit anno Egiræ
„ 461. Suceſſit in principatum ejus fi-
„ lius *Mohamad Almotamed Alalla*,
„ ultimus *Abaditarum* Rex. (b)

NOTÆ.

Quæ de *Abaditarum* origine fuſiùs *Ebn Alabarus* egit, paucis hîc proponemus. *Ataphus Ben Abad*, gente *Syrus*, patriâ *Emeſſenus*, Hiſpalim venit, regnante *Abdelrahmano* hujus nominis primo; ſedemque fixit in oppido *Tocina* طشانة, ad ripam fluminis, vulgò *Guadalquivir*, poſito. Primùm mercaturam fecit; deinde militiam ſequutus. Ex illius poſteris ingenio, opibuſque maximè claruit *Mohamad Ben Ismael Abulcassemus*, qui Hiſpalenſium poſſeſſionibus ſibi comparatis, rem familiarem ita auxit, ut brevi ditiſſimus, idemque potentiſſimus factus, omnibus imperare cœperit. Itaque ab *Abulcassemo* impoſitis *Hiſpali* vectigalibus, quod vis aſſequi non valuit, pervicit ambitio. Nam uſurpato Hiſpalenſi Regno, Regis inſignia ſumere

(a) وولي مكانه ابو الوليد فاقتفي سنن ابيه ثم لما ادركه الهرم واصابته الزمانة استناب ولده عبد الملك فاشتغل باللهو وطمع ابن ذنون في قرطبة وتحرك اليها فاستصرخ بنو جهور جارهم ابن عباد امير اشبيلية فوجه اليهم عددا من جيشه لنظر وتدبيره فدخلها وحماها من ابن ذي النون فلما انصرف عنها ثار العباديون بعبد الملك بن جهور واستولي علي المدينة ۞

(b) بيت بني عباد بالاندلس نبيه واول من راس منهم برياسة السيف القاضي ابو القاسم محمد بن عباد بن محمد بن اسمعيل ابن قريش ابن عباد وكان رجل الغرب قاطبة له الاشارة والصيت ولما انقرضت الدولة اسند اليه اهل قطره النظر والتدبير فاستبد بالامر ابو عمرو عباد ولده المعتضد بالله وهو ابعد ثوار الاندلس همة واشدهم باسا وافخمهم اثرا وكانت وفاته سنة احدي وستين واربعمائة وولي بعده ولده محمد المعتمد علي الله وعليه انقراض امرهم ۞

non dubitavit, opportunam ei præbentibus causam & effræno Barbarorum dominio, & Principum factione. Morti jam proximus, quæ contigit die 1. Gemadi prioris, anno Egiræ 433. hæredem reliquit filium *Abadvm Abv Amrv*, qui longè latéque prolatis Regni finibus, felix faustumque auspicatus est imperium. Naturæ denique concessit anno Egiræ 461. Christi 1068. feriâ 7. die 2. Gemadi posterioris. Ferunt illum in deliciis Pinacothecam habuisse, in qua multorum Principum, quos vicerat, capita, tanquam gloriosissima trophæa, asservabat: in his capita Ducum *Mohamedi Ben Abdalla Alborazeli*, *Ebn Khazrvni*, *Ebn Nvh*, aliorumque Principum qui Regis *Iahia Ben Ali Ben Hamvd* partes fuerant amplexi.

In ejus locum suffectus est filius *Mohamad Abvlcassemvs Almotamed Alalla* dictus, annos natus XXIX. & menses II. Princeps fortitudine, eruditione & munificentiâ spectatissimus, patrique adeò multùm dissimilis. Regno pulsus anno 484. in oppido *Agmeti* fato concessit mense Rabio priori, anno 488. Filios reliquit quatuor, quorum primus *Mohamad Obaidalla Alraschidævs*; secundus *Abdalla Abv Bakervs Almotemedvs*; tertius *Abvnasservs Alphat Almamvnvs*; quartus *Abvlkhaledvs Iazidvs Alradævs*.

Mohamad Ben Ismael Abvlcassemvs Ben Abad, urbis *Hispalis* quam imperio suo armis subjecit, Rex potentissimus & *Abaditarum* Princeps clarissimus, è vitâ migravit anno Egiræ 433. In principatum successit ejus filius *Almotadhedvs*, qui Regiam hæreditatem sibi relictam novâ multarum urbium accessione locupletavit. Obiit tandem anno 461. postquam annos XXVIII. regnaverat. Illum excepit ejus filius *Almotamed*, aliàs *Aldhapher*, & *Almovaied* etiam vocitatus (quæ nomina diligenter sunt animadvertenda, nequis in Arabum monumentis parùm versatus, hæc non unum eundemque Regem, sed plures denotare sibi persuadeat). Ubi ad solium evectus, de Regno amplificando cogitare cœpit. Quamobrem ingenti conscripto exercitu, *Cordubam*, *Malacam*, item *Murciam* adeptus est. *Almotamedvs* autem, præter nobilitatem generis præclaramque majorum gloriam, multa alia à natura nactus est bona: in his ingenium come aptumque ad Artes optimas, & magnam corporis dignitatem, quæ non parùm commendationis afferunt. Fuit enim tantus Orator & Poëta, ut non ætatis suæ modò cum primis compararetur; sed ne superiorum quidem ulli censeretur postponendus.

Quum *Alphonsvs* Rex, urbe *Toleto* expugnatâ anno Egiræ 478. Christi 1085. mense Moharamo, plurimis victoriis elatus, Arabum Reges vectigales fecisset; *Almotamedvs* sibi metuens, *Josephi Ben Taschphini* Africæ Regis opem per litteras implorat. Eum inde advenientem *Ebn Abad* lætus cum cæteris Hispaniæ Regibus *Hispali* excepit, quos inter recensentur *Badis Ben Habvs*, *Ben Garon*, *Ben Zaidvn*, *Ben Alaphthas*, *Ben Zenon*. Hos ille sibi comites adjungens, castra prope ubem *Badajoz* metari jussit. Obvius illi fit *Alphonsvs* cum quadraginta equitum, & centum peditum millibus. Magnis utrinque animis die ac nocte pugnatum est. *Alphonso* tandem victo fugatoque, *Josephvs* Hispaniarum Imperator salutatur. Ex *Supplemento Alhomaidi*.

„ *Hamuditæ* iterum regnant, in
„ his *Edrisvs*, *Alhassanvs*, *Alalævs*,
„ *Almahadævs*, *Almovaphakævs* & eo-
„ rum ultimus *Almostalævs*, qui *Cor-*
„ *dubæ*, *Septæ*, & in oppido *Raia* tur-
„ bu-

„ bulentis temporibus summâ rerum „ potiti sunt. (a)

N O T A.

Hamuditæ, qui ab *Edrisitis* Mauritaniæ Regibus genus duxisse creduntur, varium variis tempestatibus in Hispania imperium habuere. Illorum primus *Ali Ben Hamud*; secundus illius frater *Alcassemus*; tertius *Iahia Ali*, filius, qui *Cordubâ* potiti sunt usque ad annum Egiræ 417. quartus *Edrisus*, *Iahiæ* frater, qui captâ *Septâ*, *Malacâ*, & *Almeriâ*, Hispaniarum Rex, nomine *Almetaied* renunciatus est; quintus *Alhassanus*, *Edrisi* frater; sextus *Edrisus*, *Iahiæ* filius, *Ali* nuncupatus, Princeps justitiâ, integritate, liberalitate & doctrinâ suis carissimus; septimus *Mohamad*, *Edrisi* patruelis, *Almahadi* dictus; octavus ejus filius *Alcassemus*, cognomine *Almostali*, qui anno Egiræ 445. decessit. Ex *Supplemento Alhomaidi*, & ex *Ebn Alabaro*, qui eorum cum *Abaditis* prælia uberiùs describunt.

„ *Monder Ben Iahia Ben Hosn*, „ *Cæsaraugustæ* Rex, munificentiâ & „ humanitate in Principum Legatos „ insignis, & ad pericula declinanda „ sagacissimus, tandem interiit. (b)

N O T A.

Monder Ben Iahia Altagibi Aba Alhakem, *Cæsaraugustæ* Rex, qui *Almansor* dicitur, fortitudine & bellica virtute clarissimus, *Granatam* venit: ubi ab *Abdalla Ben Alhakemo*, copiarum Duce, sibi propinquitate conjuncto interfectus est anno Egiræ 430. die 10. mensis Dilhagiat. Ex *Bibliotheca Ebn Alkhathibi*.

„ Cujus in Regnum successit *Solimanus Ben Hud Algiozami*. Is ejusque posteri ob res præclarè gestas Historicis maximè celebrantur. Eorum „ agmen claudit *Abdelmalekus Ben* „ *Ahmad Ben Soliman*. (c)

N O T A.

Regum *Beni Hud*, qui *Cæsaraugustæ* post *Almonderum* imperitarunt, seriem attexit diligentissimus Scriptor *Ebn Alabarus*: quam etsi alibi à nobis adductam, hîc tamen subjici rerum ordo maximè postulat.

Illorum ergo primus, *Solimanus Abu Ajub Ben Mohamad*, *Almostain Billa*, qui regnare cœpit mense Moharamo, anno Egiræ 431. ad annum usque 438. quo obiisse traditur.

Secundus, ejus filius *Ahmad Abu Giaphar*, cognomento *Almoctaderus*, Rex potentissimus, qui urbem *Barbastro* dictam Christianis eripuit. Mortuus est anno 474.

Tertius, hujus filius *Josephus Abu Amer Almutamenus*, qui diem obiit anno 478.

Quartus, ejusdem filius *Ahmad Abu*

(a) ثم بنوحمود ايضا ملكوا وبعده ادريس ثم الحسن وبعده العالي ثم المهدي والموفق واخر الادراس المستعلي تملكوا براية وقرطبة وسبتة في دول مضطربة ۞

(b) ومنذر بن يحيي بن حصن الامير المتغلب بسرقسطة وكان كريما مكرما للقصاد متوغلا في ممالات العدو فمضي بسبيله ۞

(c) وابن هود الجزامي سليمن بن هود وله ولعقبه اخبار شهيرة الي ان انقرض امرهم علي عبد الملك بن احمد سليمن ۞

Giaphar ; *Almostain Billa*, qui in prælio apud urbem, vulgò *Tudela*, occubuit anno Egiræ 503. Christi 1109. feriâ 1. die 1. mensis Ragebi.

Quintus, ejus filius *Abdelmalekus Abu Marvan Omadaldaulat*, quo Rege, Christiani *Cæsaraugustam* recuperarunt, anno videlicet 512. Christi 1118. feriâ 4. die 4. mensis Ramdani, quique obiit in oppido *Roda* mense Schabano, anno Egiræ 524.

Sextus & postremus, *Ahmad Abu Giaphar*, *Abdelmaleki* filius, qui *Saiphaldaulat*, *Almostanser Billa*, & *Almostain Billa* nuncupatus est, ceciditque in prælio victus ab *Alphonso* Rege, *Raimundi* filio, apud oppidum *Albazete* non procul ab urbe *Chinchilla* anno Egiræ 540. die 20. Schabani.

„ Extinctis *Beni Hud Cæsaraugustæ* Regibus, *Mohamad Josephi* filius, ejusdem familiæ superstes, vir strenuus & rei militaris peritissimus, adnitente *Ebn Aiadh*, *Murciæ* Principatum obtinuit: cui & posteà successit ejus filius *Alvatekus*. Fertur ille Calipham *Almostanserum Abbassidam* Regem agnovisse. (a)

„ Urbem autem *Badajoz* Reges *Beni Alaphtas* dicti habebant, quorum Princeps *Mohamad Ben Abdalla Ben Moslama Abu Bakerus*, qui humili loco in Africæ oppido, nomine *Tagib*, natus est. Hic Orator eruditus fuit. Ex ejus verò scriptis extat præstantissimum illud Annalium opus, *Memoria* inscriptum, tomis L. comprehensum. Ejus pater *Abdalla*, si *Ebn Haiano* Scriptori fides, ortu *Meknasensis*, Regi *Saburo* à secretis fuit, hujusque Regnum arte usurpavit: quod & *Abu Bakerus Mohamad Almodhpherus* ejus filius posteà jure hæreditario sibi vindicavit. Eo mortuo, Principatus ad hujus filium *Omarum*, eorum ultimum, ac infelicissimum Regem pervenit, imperitantibus eâ tempestate *Lamtunitis*, qui cæteros Hispaniarum Reges, ut nemini latet, sibi subjecere. (b)

N O T A.

Familiæ, quam *Beni Alaphtas* appellamus, Historiam, gravemque casum celebriores Historici ac Poëtæ persequuti sunt. Hos inter sanè eminent *Ben Haianus Cordubensis*, *Ben Alabarus*, & nobilissimus Poëta *Abu Mohamad Abdelmagidus*, vulgò *Ben Abdun*. Ex quorum monumentis hæc sunt excerpta. *Abdalla Ben Moslama Ben Alaphtas*, natus *Meknasæ*, nulla pa-

(a) وكان من اعقابه الامير محمد بن يوسف بن هود الجزامي وكان باسلا شديد البأس وبايع المستنصر العباسي ثم ابنه الواثق نال عهده بمرسية ۞

(b) وفي بطليوس قوي ابن الافطس هو الحاجب المنصور ابو بكر محمد بن عبد الله بن مسلمة اصله من تجيب وكان اديبا جليلا من تواليفه الكتاب المسمى بالتذكرة في خمسين مجلدا وقال ابن حيان كان عبد الله ابوه من مكناسة خدم سابور الفتي ببطليوس وتغلب عليه ثم ورث ملكه المظفر ابا بكر محمد ثم انتهى الى عمر ابنه وكان صبرا عند ما تغلب اللمتونيون على روسا الطوايف بما هو معروف ۞

parentum laude commendabilis, ingenio tamen & prudentiâ clarus, apud *Saburum Lusitaniæ* Regem, gente *Persam*, unum ex Caliphæ *Alhakemi Almostanseri Billa* famulis, Viziri munus ita gessit, ut post ejus mortem Regno usurpato, Regis insignia, *Almansoris* nomine, sumserit. Huic posteà successit filius *Mohamad Abu Bakerus*, aliàs *Almodhpherus* nuncupatus, Princeps eruditione nulli secundus, qui anno Egiræ 460. vitæ finem implevit. Regni gubernacula suscepit ejus filius natu major, *Iahia Almansor* dictus: quo mortuo, ad solium evectus est minor frater *Omarus*, cognomento *Almetuakelus*, omni litterarum doctrina ornatissimus, quem *Sirinus Ben Abu Bakerus*, supremus *Lamtunitarum* Dux, vitâ & regno unà cum duobus filiis, nomine *Alphadhl* & *Alabbas*, privavit anno Egiræ 487. feriâ 7. die 2. mensis Moharami. *Ebn Alkhathibus* clarissimam de hac ipsa familia mentionem facit in *Bibliotheca Arabico-Hispana*, Orationum & Carminum, quæ Rex *Omarus Almetuakelus* edidit, specimen referens.

„ Per ea verò tempora *Granatæ* „ degebat *Habus Ben Maksan Ben* „ *Ziri Ben Manad Ben Malek*, Vi„ zirus, (Regis *Solimani Ben Alhake*„ *mi*, cognomento *Almansoris*) qui *Il*„ *liberim*, cæteraque loca adjacentia per „ annos septem sibi vindicavit; inde „ in Africam ad suos trajecit anno Egi„ ræ 420. In ejus locum suffectus est „ *Habus Ebn Maksan* ex fratre ne„ pos, qui rebus præclarè gestis, tan„ dem mortuus est. Regnum obtinuit „ ejus filius *Badis* felicis memoriæ. Hic „ Regni finibus prolatis, magnaque „ nominis celebritate partâ, decessit. „ Rerum exinde potitur ex filio nepos „ *Abdalla Ben Balkin Ben Badis*, „ quem *Lamtunitarum* Dux pulsum, ad „ oppidum *Agmeti* relegavit anno Egi„ ræ 483. (a)

N O T A.

Habus, gente *Afer*, nobilis *Sanhagita*, unus ex Ducibus Regis *Solimani Ben Alhakemi*, vir sanè fortissimus, armisque exercitatissimus, discordiis civilibus exortis, *Granatam* occupavit anno Egiræ 403. illiusque Princeps renunciatus est. Post septennium trajecto mari, in patriam secessit, suffecto in ipsius locum *Habuso* fratris filio, qui diem obiit anno Egiræ 429. Ei successit ejus filius *Badis*, alio nomine *Alhageb Almodhpher*. Hic fato functus est anno 465. Principatum posteà obtinuit ejus nepos *Abdalla Ben Balkin Ben Badis*, ultimus *Granatæ* ex hac familia Princeps, varia eruditione excultus, qui anno 483. à *Josepho Ben Taschphin* cum cæteris Hispaniæ Regibus Granatensi regno exutus, in oppido *Agmeti*, quod ab urbe *Marocho* milliaribus plus, minus XXIV. distat, è vita demigravit.

Ex

(a) وحل في غرناطة حبوس بن ماكسن بن زيري بن مناد بن ملك الحاجب المنصور فورث البيرة وما جاورها نحو سبع سنين ثم رحل عن الاندلس الي بلاده عام عشرين واربعماية واستخلف ابن اخيه حبوس ابن ماكسن فتوسع النظر الي ان مات وولي بعده ولده باديس الحسنة الذكر فضخم ملكه واشتهرت سطوته وتصير الامر الي حفيده عبد الله بن بلقين بن باديس وخلعه امير لمتونة سنة ثلاث وثمانين واربع ماية وغربه الي اغمات ☼

Ex *Bibliotheca Arabico-Hispana* EBN *ALKHATHIBI*.

„ Primus ex Stirpe *BENI ZENON* „ *Toletum* invasisse fertur *ALHAGEB ALMODHPHER ISMAEL BEN ABDELRAHMAN BEN ZENON*, qui *ALNASSER* „ *ALDAULAT* appellatus est. Huic successit filius *IAHIA*, dictus *ALMAMON*, „ & *DILMAGEDAIN*. Posteà regnavit ejus „ nepos *IAHIA*, cognomine *ALDHAPHER*, cujus operâ atque ope *ALPHONSUS*, *FERDINANDI* filius, *Toletum* „ urbem in suam potestatem redegit, „ ut fusiùs suo loco dictum. (a)

„ *Almeriæ* verò Rex erat *DHA ALVAZRATIN ABA ALAHUAS MAN EBN* „ *MOHAMAD BEN ABDELRAHMAN BEN* „ *SAMADEH*, vir consilio, ingenio, & „ eloquentiâ Hispanorum nulli secundus, qui *Almeriæ* rerum post *ZOHAIRUM SCALABÆUM* Regem potitus est. „ Eo mortuo, Regnum adeptus ejus „ filius *MOHAMAD ABU IAHIA*, qui *Almeriam* urbem obsidentibus *Lamtunitis*, naturæ concessisse memoratur. „ Quamobrem ejus filius, *HESAM ALDAULAT* cum suis domesticis ad Hispaniæ Orientalis confinia profugere „ coactus est. (b)

N O T A.

DHA ALVAZRATIN ABA ALAHUAS MAN à *Cæsaraugustæ* Regibus *ALTAGIBITIS* genus ducere traditur. Ejus pater *MOHAMAD ABU IAHIA* bello civili, relictâ *Oscâ*, ubi regnabat, *Valentiam* ad illius Principem *ABDELAZIZUM ABULHASSAN BEN ABI ALAMER*, cognomine *ALMANSOREM*, se contulit, qui illum humanissimè excepit, sororesque, quas habebat, duas duobus ejus filiis *MANO ABA ALAHUAS* supra laudato, & *SAMADEHO ABA OTBAT* in matrimonium dedit. *ZOHAIRO* gente *Dalmata*, *Almeriæ* Rege interfecto, hujus regnum ope *MANUS ABA ALAHUAS* soceri obtinuit anno Egiræ 443. Is morti proximus, in solio collocavit filium *MOHAMAD ABU IAHIA* annos XVIII. natum, qui primùm *MOEZELDAULAT*, inde *ALMOTESEM BILLA* & *ALUATEK BILLA* nuncupatus est: nullo sanè Principum humanitate, justitiâ atque doctrinâ inferior, ut ex multis ejusdem versibus ab *EBN ALABARO* relatis planè liquet. Fato concessit mense Rabio posteriori, anno Egiræ 484. quo tempore *ALMORABITÆ Almeriam* fame multoque milite obsidebant. Ex *EBN ALABARO*.

„ Urbem *Tadmir THAHARITÆ* habebant quorum Princeps *ABU ABDALLA DUALAZRATIN Murciæ* Rex. Hic, „ captâ *Valentiâ*, inter captivos duci-

(a) اول من ثار بطليطلة هو الحاجب الظافر اسمعيل بن عبد الرحمن بن ذنون
الملقب بناصر الدولة ثم عهد الي ابنه يحيي الملقب بالمامون ذي المجدين ثم ملك
بعده حفيده ايضا يحيي الملقب بالظافر وحصل ادفونش بن فردذن بسببه علي ملك
طليطلة بخبر طويل ۞

(b) وقام بالمرية ذا الوزارتين ابا الاحوص معن ابن محمد بن عبد الرحمن بن
صمادح وكان رجل الثغر رايا وذهنا ولسانا وولي المرية بعد زهير الصقلبي ثم
تصير الامر الي ابنه ابي يحيي محمد ومات في زمن حصار اللمتونيين اياه وفر
ابنه الملقب بحسام الدولة الي العدوة الشرقية فاستقر بها في جملته ۞

„ citur. *Abdelazizus* verò *Ebn Abd-* „ *elrahman Ben Almansor Mohamad* „ *Ben Abi Amer*, patre extincto, ad „ *Almonderum Ben Iahia Cæsaraugustæ* Regem confugit, ibique mortuus „ est anno Egiræ 352. (a)

N O T Æ.

Thaharitarum Familia opibus & generis antiquitate in Hispania quàm maximè floruit; complures enim enumerat Duces, aliosque viros tùm litteris, tùm bellica virtute spectatissimos, quos suo ordine refert diligentissimus Scriptor *Ebn Alabarus*.

Eorum omnium primus censendus est *Mohamad Abu Abdelrahmanus*, *Tadmiri* Prætor; secundus ejus filius *Abdelrahmanus*, qui, adnitente *Zohairo Almeriæ* & *Murciæ* Rege, *Murciæ* Regnum adeptus est; tertius, qui Regis insignia sumsit, *Ahmad Abu Abdalla*, Princeps fortitudine & multiplici eruditione clarus. Is, *Valentiâ* in Christianorum potestatem redactâ anno Egiræ 487. ibidem miserè periit anno Egiræ 508. Christi 1114. feriâ 4. die 24. mensis Gemadi posterioris.

Abdelazizus autem *Ebn Abdelrahman*, de quo supra, fuit *Valentiæ* Rex: cui posteà successit ejus filius *Almodhpherus Abdelmalek*, quem Regno ejus socer *Almamunus Iahia Ben Ismael Ben Zenon*, *Toleti* Rex, spoliavit anno Egiræ 457. illud tamen paucis post diebus recuperavit.

„ *Ebn Razin Dulriatsain Abu* „ *Marvan*, regionis *Alsahla* dominus, „ *Gesamaldaulat* nuncupatus. Regio „ autem *Alsahla* est planitiei tractus „ qui summa & infima confinia interjacet, longè latéque patens; atque „ loca permunita habet. (b)

N O T Æ.

Perobscurus est hic locus Scriptoris nostri; neque facilè diluceat, nisi facem *Geographus Nubiensis* præferat *Parte* I. *Clim.* IV. *pag.* 153. ubi de hoc ipso tractu sic ait:

„ Cum hac connectitur provincia „ Morbedro; continetque Valentiam, „ Morbedro & Berianam, cum plurimis „ Castellis. Huic proxima est ex interiore parte provincia *Alcrátem*, in qua „ sunt civitates Elicante, S. Maria „ quæ & ab *Ebn-Razin* denominationem sumit. Et *pag.* 159. ait: Ab urbe Vadilhagiara ad urbem Salem ad „ Orientem milliaria quinquaginta. Ab „ eadem ad urbem S. Maria *Ben-Razin* „ tres modicæ stationes. Et ab eadem „ quoque ad Elicant stationes quatuor. „ Distat autem S. Maria ab Elicant „ duabus stationibus: Et tàm S. Maria, „ quàm Elicant sunt urbes conspicuæ.

Ex quo liquet Principum *Ben Razin* dominium ab urbe *S. Maria* ad ur-

(a) وكان في تدمير ال طاهر لبني طاهر بمرسية الرياسة وزعيم بينهم ذو الوزارتين ابو عبد الله ومدله في البقا الي ان اسر عند التغلب علي بلنسية وعبد العزيز ابـــن عبد الرحمن بن المنصور محمد بن ابي عامر كان عند هلاك ابيه قد لجا الي المنذر بن يحيي بالثغر ومات حتف انفه سنة اثنتين وخمسين وثلاثماية ۞

(b) وا بن رزين قايم بالسهلة هو ذو الرياستين ابو مروان عبد الملك بن رزيـــن وكان يدعي بحسام الدولة والسهلة بلد كبير وسط بين الثغر الاعلي منها والادني شهير المنعة ۞

urbem *Alicante* uſque longè latéque prolatum fuiſſe.

Hunc Tractum GEOGRAPHUS NUBIENSIS modò laudatus CARTHAMI, ſive *Croci* regionem appellat; quòd fortè illius copia lætior ibidem creſcit.

Urbem autem *Santa Maria*, quam Hiſpani *Albarracin* vocitant, Scriptores Arabes oppidum *Ben Razin* paſſim nominant. Cæterùm ut hujus ab altera illa urbe *Santa Maria* diſcrimen ſtatuant, hanc Occidentalem, Orientalem illam dixere.

ABDELMALEKUS ABU MARUAN nobiliſſima ſtirpe *Beni Razin*, aliàs *Ben Alaſlag* ortus, patri AZALDAULAT ABU MOHAMAD HAZILO qui urbem, vulgò *Santa Maria*, habebat, ſucceſſit. Inde planitiem *Alſahla*, quæ longè latéque patet, occupavit. Hujus Dynaſtiæ ſeriem contexit EBN ALABARUS hoc ordine: HAZIL omnium primus regnare cœpit anno Egiræ 401. Succeſſit illius frater ABDELMALEKUS BEN KHALAPH ABU MARUAN, vulgò ABUD; ſequitur hujus filius HAZIL; inde ABDELMALEKUS, HAZILI filius; tandem ejus filius IAHIA, illorum ultimus. Cæterùm ABDELMALEKUS ABU MARUAN BEN RAZIN, de quo EBN ALKHATHIBUS noſter, Poëta fuit inſignis & Orator clariſſimus, ut ejuſdem carmina ab eodem laudata teſtantur. Diem obiiſſe traditur anno Egiræ 496.

„ Nec *Dalmatis* defuit in Hiſpa„ nia imperium, quod eorum non pau„ ci, favente AMERITARUM Dynaſtia, „ adepti ſunt, quos inter cenſentur ſer„ vi duo Principis ALMANSORIS BEN „ ABI AMERI, KHAIRAN nimirùm ma„ gnus *Almeriæ* Rex, & ZOHAIRUS *De*„ *niæ* Princeps, ut & MOGIAHEDUS; „ MODHPHERUS verò & MOBAREKUS, „ atque LEBIBUS *Valentiæ* Reges. (a)

NOTA.

Dalmatæ, præcipua Principis ALMANSORIS Cohors, & potentiſſima *Ameritarum* Dynaſtiæ factio, poſt ALMANSORIS obitum imperia cœperunt, ac varia bella diſcordiis civilibus geſſerunt; idque ab anno Egiræ 400. ad annum 452. Conſule *Hiſtoriam Arabum* RODERICI TOLETANI.

„ REGUM „ ALMORABITARUM „ SERIES.

„ LAMTUNITÆ, ſeu SAHRAVITÆ à *Lam*„ *tunæ* in Africa Deſerto nomen ha„ bent, unde cum triginta camelorum „ millium apparatu profecti, *Segelmeſ*„ *ſam*, fuſo *Zanatitarum* Rege, oc„ cuparunt. Eorum primus Dux IAHIA „ BEN OMAR BEN ABRAHAM, AMIRA„ LHAK, *Dux veritatis* nuncupatus, qui „ eos fœdere junxit; ſecundus illius fra„ ter ABU BAKERUS; tertius ejus nepos „ JOSEPH BEN TASCHPHIN, qui Africæ „ & Hiſpaniæ Rex tandem fuit. (b)

„ Quum ergo de Hiſpaniarum Re„ gibus prope actum eſſe videretur, eo„ que

(a) وكان الصقلب ايضا عدة وثبتهم دولة ال عامر يعني فتيان المنصور بن ابي عامر فمنهم خيران وكان ملكا كبيرا ملك المرية وما يليها وزهير ومجاهد ملك مدينة دانية ومظفر ومبارك ملكا بلنسية ثم لبيب بعدهما ۞

ذكر دولة المرابطين من لمتونة

(b) دولة اللمتونيين والصحراويين وانهم خرجوا من الصحرا في ثلاثين الف جمل مسرج ففتحوا سجلماسة وجرت بينهم وبين ملوك زناتة حروب اجلت عن ظهورهم علي

„ que maximè, quòd illi per ea tem-
„ pora otio ac voluptatibus dediti, se
„ ita ad Christianorum Regis arbitrium
„ fingerent, ut ei certa tributa persol-
„ vere, ejusque implorato auxilio, mu-
„ tuis sese armis impetere non du-
„ bitarint; factum est, ut ipse eo-
„ rum opibus præpollens, bonam Hi-
„ spaniarum partem iisdem eripuerit.
„ Id ægrè ferens *Abulcassemus Ben*
„ *Abad*, cognomine *Almotamad*, *Hi-*
„ *spalis* Rex in Africam trajecit, ubi
„ *Josepho Ben Taschphino* statum Rei-
„ publicæ Mahometanæ jam inclinatæ
„ demostrans, navales ab eodem copias
„ petiit. (a)

„ Rumore adventûs *Josephi Ben*
„ *Taschphini* pervulgato, Christiano-
„ rum Rex statim exercitum coegit
„ ex *Gallæciæ* & *Castellæ* Regionibus;
„ eumque proximè *Badajoz* movit.
„ Huc classe instructus, trajecto mari,
„ *Josephus* pervenit, junctisque Ara-
„ bum Hispanorum viribus, illi occur-
„ rit apud locum nomine *Zalaca* an-
„ no Egiræ 479. Christi 1086. feriâ
„ 4. die 13. mensis Ragebi (Scriben-
„ dum *feriâ 6.* ut rectè animadver-
„ tit *Ebn Alabarus*). Committitur itaque
„ prælium, in quo, fuso Rege *Al-*
„ *phonso*, innumerabiles cecidere Chri-
„ stiani. (b)

„ Itaque *Josephus*, victoriâ à
„ Christianis reportatâ, quotquot in
„ Hispaniis imperia occupaverant, si-
„ bi subjicere decrevit. Quare *Gra-*
„ *natam* Regi *Abdallæ Ben Balkin*
„ *Ben Badis* eripuit; mox captâ *Al-*
„ *meriâ*, *Ebn Abadum* Regno *Hi-*
„ *spalensi* exuit; inde Regem urbis
„ *Badajoz*, vulgò *Ebn Alaphthas*,
„ in vincula conjecit; denique *Cæ-*
„ *saraugustam* cum locis ad eam
„ pertinentibus, ubi Rex *Almostai-*
„ *nus* imperabat, in suam ditionem
„ redegit. Posteà fato functus est die

علي البلاد وكان الذي جمع امرهم عبد الله بن ياسين وعقد امرهم ليحيي بن عمر بن ابرهيم المدعو بامير الحق ثم الي اخيه ابي بكر ثم الي يوسف بن تاشفين فملا ملكهم المغرب والاندلس ۞

(a) حتي اذا افضي الي فساد امر ملوك هذه البلاد اشارة الي اختلال سيرة من تقدم ذكره من امرا الطوايف بالاندلس وانعانهم الي طاغية الروم وتاديتهم الضرايب له واستعانة بعضهم علي بعض به حتي استخلص الكثير من بلاد الاندلس واموالها انتدب الامير ابو القاسم بن عباد المعتمد واجاز الي المغرب متارحا علي الامير يوسف ابن تشفين في نصرة الاسلام واعانه بالاساطيل ۞

(b) لما شاع الخبر بقدوم يوسف بن تاشفين شرع الطاغية ملك النصاري في الاحتشاد واجاز ملك المرابطين البحر في جيش الاسلام والتف عليه جيش الاندلس وكان جماع المسلمين باخوانهم بظاهر بطليوس وجداد فوتش في الحشد برسناق جليقية واقليم قشتالة وبمم بطليوس وكان اللقا بفحص الزلاقة يوم الاربعا الثالث عشر لرجب عام تسعة وسبعين واربعماية وهزم الله الكافرين فهلك منهم ما لا يحصي عدده ۞

„ 1. Moharami, anno Egiræ 500. (a)

„ Cui ſucceſſit ex teſtamento ejus „ filius *Ali*, qui conſilio, clementiâ, „ & fortitudine unus omnium maxi- „ mè claruit. Eo enim Rege, non ſe- „ mel hoſtibus fuſis, complures urbes „ expugnatæ ſunt. Deo tamen permit- „ tente, graviter ab *Almahadæo Almo-* „ *haditarum* Principe, adverſùs quem „ plura prælia, eaque notiſſima ſuſce- „ perat, ut poſteà ſuo loco dicemus, „ tandem afflictus eſt: adeo ut *Alma-* „ *hadæus*, labefactatis illius viribus, „ oppidum *Darat*, *Tamegerat*, atque „ alia in ſuam poteſtatem redegerit. „ Diem obiit anno Egiræ 537. (b)

De *Darat*, vel *Dara* agit Leo Africanus *Lib. IX. pag.* 287. de *Tamegerat*, quod ipſe *Tumeglaſtum* vocat, *Lib. II. pag.* 57.

„ Rerum poſteà potitus eſt ejus fi- „ lius, nomine *Taschphinus*, jam Prin- „ ceps *Granatæ*, proindeque Hiſpaniæ „ Rex deſignatus, vir probatæ vitæ, „ & bellica virtute clarus. Hic à patre, „ dum in vivis erat, ut *Almohadita-* „ *rum* impetum retardaret, copiis „ præfectus fuit; ſed infauſto marte „ cum iis ita pugnavit, ut eorum fu- „ roris tanquam ſcopus conſtitutus, „ *Oranum* profugerit anno Egiræ 539. „ menſe Schabano. Quum autem *Al-* „ *mohaditarum* exercitus eum magis „ magiſque urgeret, ipſe rebus de- „ ſperatis, ſuiſque relictis, nocte velo- „ ciſſimum, quem habebat equum, aſ- „ cendit: quo concitato, præceps in fo- „ veam ruit. *Almohaditæ* ubi eum poſ- „ tero die jam mortuum invenere, cor- „ pore de ſtipite palmæ ſuſpenſo, *Al-* „ *morabidarum* Proceres, qui in præ- „ ſidiis erant, trucidarunt. (c)

NO-

(a) ولما فرغ يوسف بن تاشفين من ازعام الروم وظهر عليهم كر علي روساهم فانزل عبد الله بن بلقين بن باديس من مدينة غرناطة ثم ثني بابن عباد وافتتح المدينة وقبض علي ابن الافطس صاحب بطليوس وتملك ملك المستعين بسرقسطة وما اليها اخر الامر ثم توفي مستهل محرم سنة خمس مابة ۞

(b) واوصي امره بالعهد الي ولده علي وكان ملكا اصيل الراي راسخ اركان الحلم وفي زمانه كان ازعان دولتهم وانثالت في مدته فتوحات وهزايم علي العدو ثم رماه الله بالمهدي يعني بن القايم بدعوة الموحدين حسبما ياتي في موضعه وجرت بينه وبين المهدي حروب شهيرة وخطوب مبيرة واعتل وعظم الارجاف واستولي المهدي علي بلاد درعات وتامجرات وغيرها وتوفي عام سبعة وثلاثين وخمسماية ۞

(c) ثم تولي الامر تاشفين وعنده شجاعة ودين هو ولده الامير بغرناطة المستخلف علي الاندلس وكان قد استقدمه الي مدافعة اصحاب المهدي فلم ينجح امره وصار تيار تلك الدولة المقبلة الي ان لجا منهزما الي وهران في شعبان من عام تسعة وثلاثين وخمسماية ونازلته جيوش الموحدين فلما راي ما لايطيقه ودع جملته وخرج ليلا واقتحم فرسا عتيقا كان له في اوعار طريقه فتردي به في بعض الاخادير فوجد ميتا صبيحة الليلة المذكورة وصلب علي جذع واستنزل من بقي بالحصن من اعيان قبيلته علي حكم عدوهم فاستاصلهم القتل ۞

NOTA.

Almorabidæ, quod nomen Latinè ſonat *Confœderati*, *Lamtunitæ* etiam vocitantur à deſertis *Lamtunæ*, ſeu *Lemtæ*, ut habet *Leo Africanus* ad *pag.* 245. necnon *Molatemun* à *velata facie*, quippe qui cum fœminis bellicoſiſſimis ita velati pugnare in hoſtes ſolebant. Id hominum genus ex varia Arabum turbâ conflatum, in commune veluti Monachi vivebant. A principio Chriſtianam religionem, deinde Mahometanam ſectam profeſſi ſunt. Magnam poſteà *Africæ* partem armis ſubegere. Prima hujuſce Dynaſtiæ fundamenta jecit *Josephus Ben Taschphinus*, Princeps bellica virtute, juſtitiâ & amore in litteras præſtantiſſimus. Is inclareſcere cœpit anno Egiræ 465. anno verò 479. *Alphonso* pugnâ ſuperato, devictiſque aliis Hiſpaniæ Regibus, *Africæ* & *Hiſpaniæ* Imperatoris inſignia induit. Obiit tandem feriâ 2. die 3. Moharami, anno Egiræ 500. in urbe *Marocho* ab ipſo, ut refert *Ebn Khalkanus*, anno 470. condita. Ex *Bibliotheca Ebn Alkhathibi*.

REGES ALMOHADITÆ.

„ *Almohaditarum* Auctor & Prin-
„ ceps fuiſſe traditur Pontifex quidam
„ *Almahadi* vocatus, videlicet *Moha-*
„ *mad Ben Abdelrahman Ben Hud*
„ *Ben Khaeld Ben Taman Ben Ad-*
„ *nan Ben Sophian Ben Saphuan Ben*
„ *Giaber Ben Iahia Ben Atha Ben*
„ *Rabah Ben Iasin Ben Alabbas Ben*
„ *Mohamad Ben Alhassan Ben Ali*
„ *Ben Abi Thaleb*, qui anno Egiræ
„ 486. natus, Propheticum munus ſi-
„ bi vindicavit anno ejuſdem Æræ
„ 515. Ut autem bonam apud homi-
„ nes opinionem ſibi pararet, primùm
„ in Aſiam ſe contulit, ubi Doctorem
„ *Abu Hamedum* (vulgò *Algazali*) au-
„ diit; inde in Africam profectus, to-
„ tus fuit in collapſa ſectæ Mahometa-
„ næ diſciplina reſtituenda. Hinc con-
„ vocatis ad Regem *Ali Josephi* filium
„ Marochanis Doctoribus, acriter cum
„ illis de morum corruptela diſputavit,
„ Imperii excidium inde portendens.
„ Ferunt eum magni nominis fuiſſe
„ Theologum, Traditiones omnes è
„ medio ſuſtuliſſe, divinoque, ut ipſe ja-
„ ctabat, ſpiritu afflatum, futura præci-
„ nuiſſe. Quo factum, ut plures ſuæ
„ ſectæ invenerit aſſeclas, quos in varias
„ pro variis muneribus diſtribuit claſ-
„ ſes, eorum videlicet qui officia do-
„ meſtica obirent, & qui Reipublicæ
„ conſulerent. Quinquaginta Principes
„ creavit, ac Magiſtratus ſeptuaginta;
„ necnon plures Præceptores conſtituit
„ ac milites, qui Rempublicam tuta-
„ rentur. Inter celebratiſſima illius præ-
„ lia illud in primis occurrit, quod ad
„ Lacum *Marochanum* commiſſum eſt.
„ Vitæ finem denique implevit anno
„ Egiræ 524. feriâ 4. (rectiùs feriâ 3.)
„ die 3. Ramdani. (a)

(a) ذكر الموحدين ملوك المغرب والاندلس

الامام المهدي هو القايم بدعوة الموحدين وهو محمد بن عبد الرحمن بن هود بن خالد بن تمام بن عدنان بن سفيان بن صفوان بن جابر بن يحيي بن عطا بن رباح بن ياسين بن العباس بن محمد بن الحسن بن علي بن ابي طالب مولده سنة ست وثمانين واربع مائة وقيامه بالدعوة سنة خمسعشرة وخمسماية وساح بالمشرق ولقي ابا حامد واخذ عنه ثم صرف وجهه الي المغرب داعيا حريصا علي المنكـــــــرات واحضر بين

„ Poſt *Almahadi* in Pontificatum „ ſucceſſit *Abdelmumen Ben Ali Ben* „ *Alui Ben Iali Ben Maruan Ben* „ *Nasser Ben Ali Ben Amer Ben Musa Ben Aunalla*, qui ita fortiter ſe „ geſſit, ut Africam atque Hiſpaniam „ ipſam armis ſuo imperio ſubjecerit, „ idque anno Egiræ 540. menſe Dilhagiat. Fato functus eſt in urbe *Sala* „ (vulgò *Salé*) anno 558. feriâ 3. die „ 8. Gemadi poſterioris. (a)

„ In ejus locum ſuffectus eſt *Josephus Abu Iacob*, qui anno Egiræ „ 566. menſe Schevalo in Hiſpaniam „ trajecit, ubi diſſenſionibus extinctis, „ rebuſque Regni compoſitis, expeditionem adverſùs Chriſtianos ſuſcepit; „ atque hinc prolatis Imperii finibus, „ ædificium Templi maximi, quod *Hiſpali* viſitur, aggreſſus eſt. Denique „ ab urbe *Santarem* redux, vulnere „ accepto, diem obiit ſub finem menſis Rabii poſterioris, anno 580. in „ urbe *Beja*, id eſt *Pax Auguſta*. (b)

N O T A.

Joseph Ben Jacob doctrinâ, rectâ Imperii adminiſtratione & rerum memorabilium gloriâ maximè enituit. *Almohaditarum* primus *Marochum* occupat. Hiſpaniam multis munivit præſidiis; multa bella geſſit; oppidum *Velez* expugnavit. Filios habuit decem & octo. Obiit die 28. Rabii poſterioris, anno Egiræ 580. annum agens XLVII. quum annos XXI. menſes 10. dies 10. regnaſſet.

„ Poſt patrem rerum potitus eſt „ ejus

واحضر بين يدي علي بن يوسف وجرت بينه وبين الفقها محاورة ووسعة ابقاوه لما في غيب الله من فساد دولته قالوا كان يزعم انه مامور بنوع من الالهام وينكر كتب الراي والتقليد وله باع في علم الكلام وكان ينتحل القضايا الاستقبالية ورتب قومه ترتيبا فمنهم اهل الدار اهل الجماعة اهل خمسين اهل سبعين واهل الطلبة والحفاظ واهل القبايل واوقع الوقايع الشهيرة اي وقعة البحيرة باحواز مراكش وتوفي في يوم الاربعا لثلاث عشرة ليلة خلت من رمضان عام اربعة وعشرين وخمسماية ۞

(a) وكان عبد المومن الخليفة بعده بن علي بن علوي بن يعلي بن مروان بن نصر بن علي بن عامر بن موسي بن عون الله ولم يزل امره من بعد المهدي يزيد ظهورا حتي فتح البلاد ودخلت في دعوته الاقطار واجاز جيوشه الي الاندلس في ذي حجة من عام اربعين وخمسماية توفي بسلا يوم الثلاثا الثامن لجمادي الاخيرة عام ثمانية وخمسين وخمسماية ۞

(b) وبويع ولده يوسف المكني بابي يعقوب بالخلافة وفي عام ستة وستين اجاز الاندلس فسكن الدهما ووطد الملك وذلك في شوال من هذه السنة ثم غزا بلاد الروم واعظم النكاية وشرع في بناء المسجد الاعظم باشبيلية ومن ثم توفي بوادي باجة عند رجوعه من مدينة شنترين بجراحة اصابه بها العدو في العشر الاخر من ربيع الاخر سنة ثمانين وخمسماية ۞

„ ejus filius *Jacobus*, cognomento *Al-* „ *mansor*, doctrinâ & virtute inſignis. „ Accidit autem ut Regius Judex viros „ duos, quos ſcientiâ, conſilio & re- „ rum peritiâ inſtructos *Almansor* ſi- „ bi deligi juſſiſſet, illi proponeret; „ hic, inquit, ſi fidem ſpectes, Terra; „ alter verò, ſi ſcientiam, Mare pro- „ fectò eſt. *Almansor*, datâ Judici di- „ ſcedendi copiâ, utriuſque fidem at- „ que ſcientiam experiri voluit. Quum „ autem eos minùs probaſſet, talia di- „ xiſſe fertur: Terræ Mariſque vitium „ jam detectum patet. Rebus ex ſen- „ tentia in Africa peractis, curam om- „ nem bello Hiſpano impendit. Quare „ trajecto mari, *Hiſpalim* venit, ubi „ Chriſtianis Legatis dimiſſis, exercitu- „ que luſtrato, in oppido *Alarcos*, pro- „ pe quod hoſtis caſtra metatus erat, „ conſedit. Inde initio belli facto, con- „ ſeritur prælium, & acriter utrinque „ dimicatur. Mahometani intereà ma- „ joribus collectis viribus, in me- „ diam aciem irruerunt, ita ut Chri- „ ſtiani penè attriti terga dederint ad „ veſperas feriæ 4. die 19. Schabani, „ anno Egiræ 591. Chriſti 1194. Quo „ quidem in prælio amplis ab hoſte re- „ latis ſpoliis, ad triginta Chriſtiano- „ rum millia cæſa dicuntur. *Almansor* „ autem ſupremum obiit diem *Maro-* „ *chi* die 22. Rabii prioris, anno Egi- „ ræ 595. ibique ſepultus. (a)

N O T A.

Prælium *Alarcos*, quod oppidum eſt haud procul à *Calatrava*, factum eſt die 9. menſis Schabani; non autem die 19. ut habet Textus Arabicus, quem mendoſum ſuſpicor, anno Egiræ 591. quo *Alphonsus*, qui cum viginti & quinque equitum, ac bis centum peditum millibus, ingentem pecuniæ vim Judæis mercatoribus ſuppeditantibus, *Jacobum* Regem oppugnare decreverat, fuſus fugatuſque eſt, bona illius exercitûs parte gladio deleta. Ex *Supplemento Alhomaidi*.

„ Ejus filius *Mohamad*, cognomi- „ ne *Alnasserus*, felix adeptus eſt re- „ gnum. Is quum in Africam, ut ex- „ citatos ibi tumultus compeſceret, ſe „ contuliſſet, in Hiſpaniam rediit. *Ca-* „ *la-*

(a) وقام بالامر ابنه يعقوب الملقب بالمنصور وكان من اهل العلم والعمل طلب
يوما من قاضيه ان يختار له رجلين لغرضين من تعليم ولد وضبط امر فعرفه برجلين
قال في احدهما وهو بر في دينه وقال في الاخر هو بحر في علمه ولما خرج اختبرهما
المنصور فقصرا بين يديه وكذبا الدعوي فقال ظهر الفساد في البر والبحر ولما تم له
ما اراده من تمهيد بلاد افريقية صرف عنانه الي الجهاد بالاندلس فاجاز البحر
واحتل باشبيلية ولحقت به ارسال الروم فصرفهم وعرض الجيش ورحل فنزل الارك
وقد خيمت باحوازها محلات العدو فعند ذلك امر المنصور بالهجوم علي العدو فاختلط
الفريقان واعتركا وصدقت حملات المسلمين حتي اخلت مراكز العدو فولوا الادبار
ضحي يوم الاربعا التاسع عشر من شعبان عام احد وتسعين وخمسماية وانتهبت
محلات العدو واجلت المعركة عن حصيد من القتلي لايحصي عدده فذكر المقلل
انه بلغ ثلاثين الفا وفي الثاني والعشرين من شهر ربيع الاول سنة خمس وتسعين
وخمس ماية توفي المنصور ودفن بمجلس سكناه من مراكش ۞

„ *latravæ* autem oppido ab hostibus (Christianis) ulciscendi cupidis capto, celatisque à Viziris, quas de rerum statu copiarum Duces scribebant, litteris; Rex novitatis inscius, re postmodum pervulgatâ vehementer iratus, ex iis aliquos occidit, quos inter censetur *JOSEPHUS BEN PHARES*. Quapropter in subditorum odium sic incurrit, ut quum, mari trajecto, hostem maximo apparatu instructum in notissimo loco *Alacab* (Hispanis *Navas*) invenisset, viribus destitutus, ingentem simulque memorabilem cladem acceperit. Mox *Hispalim* confugit, ubi proditionis suspectos interemit. Sed dum copiis omnibus in re Hispana restituenda eniteretur, solutâ jam è litore *Salé* classe, non paulo post è vivis excessit anno Egiræ 610. feriâ 3. die 10. mensis Schabani. (a)

„ Itaque mortuo *ALNASSERO*, in ejus locum suffectus est filius *JOSEPHUS ABU JACOB*, qui *ALMOSTANSERUS* dicitur. Is omni animi remisso vigore, curam tantùm in alenda animalia lucri causâ contulit. Denique diem obiit anno Egiræ 620. die 13. mensis Dilhagiat. (b)

„ Regnum occupat illius patruus, nomine *ABDELUAHEDUS EBN ABI JACOB BEN JOSEPH BEN ABDELMUMEN BEN ALI*. Quo Rege, penès Senatum, ut olim apud *Turcas* in Oriente Calipharum temporibus, summa Imperii erat. Hinc seditiones & regnum turbulentissimum. Nam *ABDALLA ABU MOHAMAD*, cognomine *ALADEL*, imperitandi cupidus, favente Senatu, Regis insignia *Murciæ* sumsit. Quare, eodem adnitente Senatu, Rex *ABDELUAHEDUS*, abdicato imperio, die 13. mensis Saphari, anno Egiræ 621. interfectus est; atque in ejus locum *ALADEL* sufficitur. Verùm posteà perturbatis etiam *ALADELI* rebus, regno & vita à Senatu spoliatus est. Morum ille integritate, ac litteris ornatus fuisse traditur. (c)

„ *AL-*

(a) وقام بالامر ابنه الناصر محمد من بعده فاستقامت الامور له وتحرك الي تمهيد بلاد افريقية ثم قفل وقد كلب العدو علي الاندلس واستولي علي قلعة رباح وكانت الوزرا تحجب عنه كتب قواد الاندلس بشرح الحال فلما تفاقم الامر انكر عليهم عدم التعريف وقتل منهم قوما من القواد مثل يوسف بن فارس ففسدت عليه نياتهم ولما اجاز البحر ولقي العدو بالموضع المعروف بالعقاب وقد كان احتفل احتفالا كبيرا فاوقع العدو يومين بالمسلمين وقيعة شهيرة لم يستقل بها بعدها العثرة ولحق مفلولا باشبيلية فحمل السيف علي طايفة كثيرة ممن توجهت عليه الظنة ثم صرف وجهه الي الاندلس في عزم لم يبلغ اليه ملك قبله ولما احتل رباط الفتح من سلا نزل به الموت فتوفي ليلة الثلاثا عاشر شعبان سنة عشر وستماية ۞

(b) ثم تولي ولده المستنصر ابو يعقوب يوسف بن الناصر وقصرت همته وسنه عن الجهاد فلزم محله من مراكش وكان مولعا باتخاذ الحيوان واستنتاج البهايم توفي في الثالث عشر من ذي حجة عام عشرين وستماية ۞

(c) وولي بعده عمه عبد الواحد ابن ابي يعقوب بن يوسف بن عبد المومن بن علي

وتغلب

„ *Almamunus Abulali*, qui in Hi-
„ ſpania per id temporis verſabatur,
„ Rex renunciatur. Quumque Senatui
„ morem gerere nollet; Proceres im-
„ perio illum exuere, atque in ejus lo-
„ cum *Iahiam Alnasseri* filium ſuffi-
„ cere ſtatuerunt. Tum *Almamunus*,
„ ſeu *Edrisus Hiſpali* cum ingenti
„ equitum Chriſtianorum exercitu pro-
„ fectus, de imperio acriter cum *Iahia*
„ dimicavit: qui fuſus ad montes fu-
„ gam properavit, victori Regni jura
„ cedens. Itaque *Almamunus*, victoriâ
„ jam partâ, *Marochum* occupat anno
„ Egiræ 624. Chriſti 1226. feriâ 4.
„ die 22. Scheuali (Subſtitue feriâ 2.).
„ Coacto poſteà concilio, Senatum
„ Proceresſque *Almohaditarum* arceſſi-
„ vit; ac de eorum cauſa Judicibus
„ conſultis, latâque damnationis ſen-
„ tentiâ, in illos tanquam majeſta-
„ tis reos pœnâ capitis animadvertit.
„ Inde quum Pontificis *Almahadi* no-
„ men ex hominum memoria delere
„ in animo haberet; monetæ inſcriptio-
„ nem mutavit, atque in priſtinum
„ ſtatum reſtituit; illum præcereà ex
„ ſacris ſuggeſtibus diris devovit. Deni-
„ que quum è prælio, Hiſpaniâ ſub-
„ actâ, *Marochum* rediret, in loco *Va-
„ dilabid* ſub finem menſis Dilhagiat
„ anno Egiræ 629. interiit „ (a). *Va-
dilabid* fluvius eſt, Leoni Africano
Guadelhabit dictus; ſonatque *Servo-
rum Flumen*, cujus deſcriptionem vide
apud eundem *Lib. IX. pag.* 284.

„ Tertio verò die menſis Moharra-
„ mi anni proximi ſequentis ad ſolium
„ evectus eſt filius *Abdelvahedus Abu
„ Mohamad*, *Alraschidæus* dictus,
„ quem *Iahia*, *Alnasseri* filius, ab
„ ejus patre jam expulſus, ut ſupra
„ dictum eſt, multis præliis, donec
„ victus occubuit, afflictavit. Quo fa-
„ ctum,

وتغلب الاشياخ علي الدولة حسبما فعله الاتراك بالمشرق واضطربت وعظم الفساد
ونازعه الامر عبد الله ابو محمد الملقب بالعادل ودعي لنفسه بمرسية وبادر الاشياخ
عبد الواحد بالخلع وصرفوا البيعة للعادل وقتلوا المخلوع في الثالث عشر لصفر من
سنة احدي وعشرين ثم اضطرب امر العادل ايضا وسلك الاشياخ مسلكهم به من
الخلع والقتل وكان خيرا فاضلا ۞

(a) وبايعوا العلي المامون وهو ان ذلك بالاندلس ثم بدا لهم في امره فنبذوا بيعته
وقدموا يحيي بن الناصر فتحرك عند ذلك المامون ادريس اليهم من اشبيلية وقد
استركب طايفة ضخمة من فرسان الروم وكانت بينه وبين يحيي بن الناصر حرب
صعبة انهزم فيها يحيي وفر الي الجبل واستولي المامون علي ملك مراكش يوم
الاربعا الثاني والعشرين لشوال سنة اربع وعشرين وستماية واستدعي الاشياخ واهل
الراي من الموحدين واستظهر عليهم بعهودهم التي نبذوها واستفتي من حضر بمشهد
منهم فافتي الفقها بحكم الله فحمل عليهم السيف وابادهم وظهر له ان يطمس اثر
دعوة المهدي فمحا اسمه من السكة واعاد الدرهم الي معتاده ولعنه فوق المنبر ثم
هلك حتف انفه قافلا من حركته التي دوخ بها بلاد الغرب الي مراكش بوادي
العبيد منسلخ ذي حجة سنة تسع وعشرين وستماية ۞

„ ctum, ut *Alraschidæus* tranquillo pacatoque regno ad mortem usque frueretur. Is autem in piscinam fortè delapsus, spiritu intercluso, repentè extinctus esse traditur die 9. Gemadi posterioris, anno Egiræ 640. (a)

„ Post ipsum regnum obtinuit ejus frater *Ali Abulhassenus*, *Edrissi Abulali* filius, *Alsaidæus* nuncupatus. Eo Rege, *Beni Marin* inclarescere perinde cœperunt, ut in Africa *Beni Zaian*: ad quos debellandos *Alsaidæus* copias ad urbem *Telmesam*, vulgò *Tremessen* eduxit, ubi celebri ipsum inter & *Iagmarasanum Beni Zaianitarum* Ducem inito prælio, victus cecidit; hostes verò præda locupleti potiti sunt, idque feriâ 3. die 29. Saphari, anno Egiræ 641. (b)

„ Rerum exinde potitur *Omarus Ben Abi Abraham Ben Abi Jacob Ben Abdelmumen Ben Ali*, cognomine *Almortadhæus*, Princeps honestis in primis moribus ornatus, & virtutibus, maximè prudentiâ, præditus. Quum autem hic bellum cum *Marinis* gereret; unus ex ejus consanguineis, nomine *Edrisus Ben Mohamad Ben Abi Haphs Ben Abdelmumen Ben Ali*, *Clava* dictus, qui posteà Rex *Alvatekus* nuncupatus fuit, imperandi cupidus, ad Castra Regis *Marinorum* transivit: cui subinde tertiam rei bello adquirendæ partem, si ipsi auxilio esset, pollicitus est. Quamobrem fide sacramento obstrictâ, *Edrisus* cohorte prætoriana & armis bene instructus, anno labente Egiriano 664. *Marochum* occupat; unde *Almortadhæus* arreptâ fugâ ad oppidum *Azamur* (de quo *Leo Africanus* *pag.* 74.) quàm celerrimè contendit, ibi se in tuto fore confidens. At infidi oppidani portas *Almortadhæo* præter spem clauserunt: ita ut ab hostibus eum fugientem insequentibus interfectus sit die 2. Saphari, anno Egiræ 665. (c)

„ Hinc

(a) وولي بعده ولده ابو محمد عبد الواحد الملقب بالرشيد غرة المحرم ونازعه طريدين ابية يحيي بن الناصر الي ان هلك المنازع المذكور في العرب واستقام امره الي تمام مدته وتوفي غريقا ببعض القصور في بركة من بركها تاسع جمادي الاخرة سنة اربعين وستماية ۞

(b) وتولي بعده اخوه ابو الحسن علي بن ابا العلي ادريس وتلقب بالسعيد وظهر في ايامه بنو مرين واستجمع الي حربه ونزل بظاهر تلمسان فكان ما هو شهير من ايقاع بني زيان واميرهم يغمراسن بن زيان به فقتل واستولي القوم علي محلاته وذخيرته يوم الثلاثا منسلخ صفر سنة احدي واربعين وستماية ۞

(c) وتولي الامر بعده عمر بن ابي ابرهيم بن ابي يعقوب بن عبد المومن بن علي وهو الملقب بالمرتضي وكان فاضلا خيرا عفيفا وكانت بينه وبين بني مرين وقايع ثم لحق بسلطان بني مرين من بني عم المرتضي ادريس ابن محمد بن ابي حفص بن عبد المومن بن علي الملقب بالواثق المنبز بابي دبوس وعاهده علي تسليم شطر ما ينالُه فعقد عليه الجيش واصحبه آلة السلطان وتحرك في اخريات عام اربعة وستين

„ Hinc Regnum adeptus est *Edrisus*, vir fortitudine & rerum gestarum gloriâ clarus, cui stare promissis minimè volenti, Rex *Marinorum* bellum indixit. Hoc quidem bello *Edrisus*, ingenti clade accepta, apud fluvium *Vadilgaphar* (quem *Leo Africanus Lib IX. pag.* 287. *Guadilbarbar* nominat) occisus est die 2. Moharami, anno Egiræ 668. Ejus tandem caput die 9. mensis Saphari ad urbem *Fessam* translatum est. Ex eo tempore *Marini* rerum *Marochi* potiti sunt, everso *Abdelmumeni* Dynastiæ imperio. (a)

„ *AFRICÆ REGUM*
„ *QUI*
„ Beni Haphs *nuncupantur*,
„ *SERIES.*

„ Hujus Familiæ princeps fuit *Abdelvahedus Ben Abi Haphs Omar Ben Abdelvahed*, qui à Sanhagitis *Susæ* regionis incolis originem duxisse fertur, cujusque avus unus ex præcipuis *Almahadi* Pontificis familiaribus erat, dum rerum in Africa potiebatur. Rex autem *Mohamad*, cognomento *Alnasservs* dictus, anno Egiræ 601. die 15. Gemadi posterioris, Africâ subactâ, fuso fugatoque *Balearium Insularum* Principe, *Abdelvahedum Abu Mohamad*, Doctoris *Abu Haphs* filium, Africæ Regno præfecit die 7. mensis Scheuali, anno ejusdem Æræ 603. Is hanc provinciam obtinuit ad Regis usque *Edrisi*, seu *Almamuni* tempora. (b)

„ Mortuo *Abdelvahedo*, rerum potitus est ejus filius *Abu Phares*, viribus, animoque impar. Quo expulso,

وستين وستمائة فتغلب علي الحضرة وبادر المرتضي الفرار عنها وقصد ازمور مستجيرا
بثقته بها فخانه وسد الابواب دونه وتلاحق به خدام عدوه فقتل ثاني صفر من عام
خمسة وستين وستمائة ۞

(a) واستولي ادريس علي الملك وكان بطلا حازما فاستبد وخان عهد سلطان
بني مرين وسا ما بينهم الحرب وكانت بينهم وقيعة عظيمة انهزم بها ابو دبوس بوادي
غفر ثاني شهر محرم سنة ثمان وستين وستمائة واحمل راسه الي مدينة فاس في
التاسع عشر من صفر واستولي سلطان بني مرين علي القصر وذصيرت اليه الدولة
الموحدية وانقرضت دولة ال عبد المومن ۞

(b) ذكر دولة بني حفص بافريقية

اول هذا البيت عبدالواحد بن ابي حفص عمر بن عبد الواحد احد اصحاب
الامام المهدي من قبايل السوس من ولد صنهاج بن عامل ولما توطد له الامر كان
عبد الواحد من الثمانية اهل دار المهدي ولما خرج الناصر الي افريقية في وسط
جمادي الاخرة سنة احدي وستمائة وفتح بلادها وهزم الميورقي بها وبلغ غرضه من
الحركة اليها ولي علي عمل افريقية ابا محمد عبد الواحد ابن الشيخ ابي حفص
في سابع شوال سنة ثلاث وستمائة وتمادت مدته بافريقية الي زمن المامون ۞

„ ſo, *Iahia Abu Zacharias* illius frater, equitum Præfectus, provinciam obtinuit Africam *Almohaditarum* nomine ad mortem uſque Regis *Almamuni*. Regnante *Alsaidæo*, viribus auctus *Iahia*, ab ipſo defecit; inde Rege *Alsaidæo* acie ſuperato, urbe *Tremiſſeno* capta, Africæ imperium ſibi vindicavit: ubi divitiis congeſtis, multo milite rebuſque præclarè geſtis nulli extitit ſecundus. (a)

N O T A.

Clariſſimam hujus Regis mentionem facit *Leo Africanus Lib. V. fol.* 216. „ Patri, inquit, ſucceſſit Abu „ Zacharias, qui patrem eruditione „ ingeniique dexteritate ſuperavit. Arcem quandam in *Tuneti* partem Occidentalem loco eminentiori condidit, quam maximis ædificiis, temploque ſumptuoſiſſimo ornavit. Deinde ad Tripolitanum Regnum profectus atque per regiones Meridionales rediens, annuos omnes illarum regionum proventus ſibi recepit: adeo ut ab obitu maximam reliquerit pecuniarum copiam.

„ Poſt illius obitum imperium adeptus eſt filius *Abu Abdalla Almostanser Billa*, nominis celebritate, fortitudine & liberalitate ſpectatiſſimus. Eo Rege, *Tunetum* occuparunt *Franci*, quibuſcum incredibili patientiâ, atque ingenti pecunia pacem confecit: adeo ut urbe relicta, continuò diſceſſerint. (b)

„ Quum autem *Almostanserus* è vita exceſſiſſet; *Iahia Alvatekus* ejus filius Rex electus eſt. Verùm is haud multò poſt à patruo *Abrahamo Abu Isaco Ben Abi Zacharia* devictus, ab eodem vita & Regno, ac fratre etiam tunc ephebo, nomine *Alphadhel*, privatur. Eunuchus intereà, *Alphadheli* Cenſor, in Africam trajecit: ubi juvenem invenit quendam, *Ebn Abi Omara* nuncupatum, ortu *Tunetanum*, profeſſione Sarcinatorem, tum fortiſſimum, tum *Alphadhelo* in vincula cum *Alvateko* conjecto, atque jam interfecto perſimilem. Hunc Eunuchus, initâ cum ipſo amicitiâ, apertoque conſilio, Regum moribus, ſimulque illius familiæ Principum nominibus erudivit; inde illum ea arte inſtructum, Imperiique cupiditate inflammatum Arabibus propoſuit, quorum non paucos ad ejus partes traxit. Quare Sarcinatore, Rege ſalutato, bellum Arabas inter & Regem *Abrahamum Abu Isacum* exarſit. Quum Proceres autem populi animos in Sarcinatorem maximè propendere intellexiſſent; ad eum debellandum *Abu Aphsum* Principem miſére. Hic *Tunetum* profectus, Sarcinatorem obſedit, poſtque dies aliquot,

(a) ولما توفي قام بامره ابو فارس ابنه واستقل وكان النظر في الجيوش الي اخيه واتغلب علي امره فاستقل بافريقية قايما بدعوة الموحدين الي اخريات ايام الرشيد منهم ونابذهم وتحرك اليه منهم السعيد فحاز علي تلمسان فخلي للامير ابي زكريا الجو وداخل له افريقية فاستكثر من الاموال واستخلق الجيوش وخلد الاثار ۞

(b) ولما توفي قام بالامر ولده ابو عبد الله المستنصر بالله وهو ماهو من بعد الصيت وشدة البا وتحارق العطا ونزل الفرنج تونس علي عهده فظهر من صبره وشدة جلاده ماطال به حتي انصرفوا عن معاهدة وصالحهم بمال وافر ۞

„ quot, nec fine ingenti Regii ærarii „ incommodo captum, flagris cecidit. „ Ille verò tenax propofiti, tandem in- „ teriit. (a)

„ Extincto *Abu Hapuso*, Regnum „ adeptus eft *Abu Abdalla Alvateki* „ filius, *Asida* dictus ab efu melliti „ cujufdam cruftuli, quo in tenerrima „ ætate valdè delectabatur: vir qui- „ dem opibus & virtutibus infignis, „ perinde ac virorum piorum monitis „ confiliifque addictus. Hoc etiam mor- „ tuo, rerum potitus eft *Abu Bake- „ rus Ben Alschahid*, quem *Kha- „ ledus Ben Zacharias Ben Abi Isac* „ urbis *Beggiæ* Princeps, fua forte mini- „ mè contentus, & vitâ & regno, fi- „ mul ac *Tunetum* pervenit, fpoliavit.

„ Tum *Abu Iahia Ben Abilabbas Al- „ lahiati Tripoli* præfectus, impe- „ rii appetens illuc fefe contulit, ubi „ mutuis bellis de regno uterque diu „ certarunt. Quum autem *Abu Iahiâ* „ res minùs profperè fibi procedere in- „ tellexiffet, Orientem petere decrevit. „ Quare pecuniâ ex Africa collectâ fa- „ tis fuperque inftructus, *Cairum* fefe „ recepit; ibique in illius Regis fidem „ & clientelam ultro ad obitum ufque „ tradidit. (b)

„ Inde Imperium *Tunetanum* de- „ latum eft ad Principem *Abu Iahia* „ *Abu Bakerum Ben Abi Zacharia* „ *Ben Abi Isac*, Equitem, fimulque „ Poëtam confpicuum, atque exerci- „ tatiffimum. Regis Hifpaniæ fuit fo- „ cer.

(a) ولما توفي المستنصر بويع ولده يحيي الملقب بالواثق وظهر عليه عمه ابو اسحق ابرهيم بن ابي زكريا فقتل الواثق واستولي علي الامر ومعه قتل اخوه فتي اسمه الفضل وفر خصي كان مربيا له الي الغرب فلقي فتا خياطا من اهل تونس يعرف بابن ابي عمارة اشد الناس شبيها بالصبي المسمي بالفضل المغتال مع الواثق فداخله واطمعه في الامر وعرفه ببناتي الحيلة ولقنه امور الملك واسما القرابة ثم قصد العرب فعرضه عليهم واغتنم منهم نفرة عن الامير ابي اسحق فرحلوا به بعد ان بايعوه وكان بينهم وبين ابي اسحق حروب حتي اذ استراب الناس في امر الخياط صرفوا الوجوه اليه بابي حفص فقصد تونس وظهر علي ابن عمارة بعد ان حاصره اياما اهلك فيها ما كان بقصورهم من الذخيرة وقبض عليه وسلط علي نفسه العذاب فلم ينحرف عن دعواه الي ان هلك ❊

(b) ولما هلك ابو حفص قام بالامر ابو عبد الله ابن الواثق وهو الشهير بابي عصيدة منسوبا لطعام عادة اهل القطر استعماله في فصله المرغب فيه زمن ولادته وكان من امريا الملوك وفضلائهم مرتبطا لوصايا الصالحين ولما هلك قام بالامر ابو بكر بن الشهيد وتحرك الامير خالد بن زكريا ابن ابي اسحق من بجاية وكان مقتصرا علي عمالتها فتغلب علي ابن الشهيد ودخل تونس وقتل ابن الشهيد ثم تحرك اليه من اطرابلس ابو يحيي بن ابي العباس اللحياني طالبا الامر لنفسه وتمادي امره سنين تناهز سلفا ثم لما استشعر اضطراب الامور قطع نظر الحزم لنفسه وارتحل الي بلاد المشرق بما استجمعه من مال افريقية ولحق بمصر فاستقر تحت جراية ملكها الي ان هلك ❊

„ cer. Hoſtes in ditionem ſuam redegit; „ Regnumque ſub vitæ exitum ad flo- „ rentiſſimum & tutiſſimum juxta ſta- „ tum perduxit. (a)

„ Poſteà ſucceſſit in regnum ejus „ filius *Omarus*, vir planè inſanus & „ furibundus. Quum autem hic fratrem „ ſuum interfeciſſet, Aulæ Proceres „ ab eo ad Hiſpaniæ Regem *Abulhas-* „ *sanum* deſcivere; eumque ad Re- „ gnum Africæ invadendum inflamma- „ runt. Hujuſmodi expeditio acta in- „ eunte anno Egiræ 748. Itaque apud „ urbem *Cairuan*, prope quam ſe mu- „ nierat, fuſus, *Tunetum* confugit; ibi- „ que Arabibus adjunctus, in Hiſpaniam „ trajecit, relicto *Tuneti* filio, qui Rem- „ publicam regeret. Hunc ab urbe Re- „ gis *Omari* factio ejicere conatur, „ accito ad illum profligandum Prin- „ cipe *Alphadhelo*, Regis *Abu Iahia* „ ſupra memorati filio. Quamobrem „ ille deſertâ loci tutelâ, ad patrem ſe „ contulit. *Alphadhelus* autem impar „ viribus, *Tunetum* ab Arabum impetu „ defendere non valuit. Illi *Alpha-* „ *dhelo* tandem occiſo, Principem *Ab-* „ *rahamum* ejus fratrem in ſolio col- „ locarunt, adhibito Regis Adminiſtro „ *Mohameto Ben Tapherkin*, qui „ Regnum ad noſtra uſque tempora, „ Deo adjuvante, optimis conſiliis mo- „ deratur. (b)

„ *REGUM TREMISSENI,* „ *vulgò* Beni Zaian, „ *SERIES.*

„ Equidem *Abu Iahia Iagmarasen* „ *Ben Zaian Ebn Thabet Ben Mo-* „ *hamad Ben Iandosin Ben Tahalla* „ *Ben Ali Ben Iamel Ben Porphiri* „ *Ben Alcassem*, omnium primus im- „ peritare cœpit in urbe *Telmeſana*, „ (vulgò *Tremiſſen*, Leoni Africano „ *Telenſin* dicta) quam Giaber *Ben Jo-* „ *seph Sanhagitarum* Regibus anteà „ eripuerat. Rem hanc alibi jam atti- „ gimus, ubi Regem *Alsaidæum* præ- „ lio propè *Tremiſſen* ſuperatum atque „ opi-

(a) وصار امر تونس للامير ابي يحيي ابو بكر بن ابي زكريا بن ابي اسحق وكان ذا حظ من فروسية وشعر ينسب اليه واكتسب حنكة كثيرة وصاهر السلطان صاحب المغرب فارغم انوف اعدايه وبلغت البلاد في اخريات ايامه من الامن والعمارة مبلغا عظيما ☼

(b) وولي بعده ولده عمر وكان كثير الهفور وقتل اخاه ابا العباس وفر عنه رجال الدولة فلحقوا بسلطان المغرب الامير ابي الحسن وحركوه الي تملك افريقية فكان من حركته الي تلك البلاد في اوايل عام ثمانية واربعين وسبع مائة ولما جرت عليه الهزيمة بظاهر القيروان وحصر بها وتخلص الي تونس صاير بها العرب وتحرك في البحر الي بلاد الغربية وترك ولده ابا الفضل بتونس مقيما للرسم فازعجه عن الوطن اهله وذهبوا اليه بالامير الفضل ولد السلطان ابي يحيي المذكور فانصرف عن خفارة ولحق بابيه ولم يكن الفضل يستقر بتونس حتي زحف اليه العرب بالامير ابرهيم ابن ابا يحيي فقتل الفضل وقعد ابرهيم مكانه والشيخ محمد بن تافرقين يدبر الامر ويسدد حال الوطن الي عهدنا هذا اعانه الله ☼

„ opibus & armis à *Zaianitis* ſpolia-
„ tum liquet, idque anno Egiræ 646.
„ ex quo hæc familia cœpit inclareſce-
„ re. Porrò IAGMARASEN, de quo ſermo,
„ ſi rei militaris peritiam ſpectes, ſi
„ fortitudinem, ſi ſagacitatem, ſi con-
„ ſilium, virum imcomparabilem atque
„ admirabilem facilè dixeris. Præterea
„ illum in bello tamquam militiæ nor-
„ mam, in rebus verò civilibus velut
„ optimum exemplar ſuſpiceres. Pugna-
„ vit hic cum *Marinorum* Regibus in-
„ felici ſemper marte. Inter alia ejus
„ prælia hæc ſunt recenſenda, præ-
„ lium nempe *Selæ* caſtri, *Gedæ*, *Te-*
„ *meſſenæ*, *Beni Bahlul*, *Teolacæ* & *Va-*
„ *ditacbæ* (horum oppidorum nomina
„ pleraque vide apud LEONEM AFRICA-
„ NUM). Extincto IAGMARASENO, ſucceſ-
„ ſit in regnum ejus filius OTHMANUS,
„ quem inter & *Marinorum* Reges
„ perpetuum fuit bellum. Hic urbem
„ *Tremiſſen* à Rege ABU JACOBO ob-
„ ſeſſam munimentis, caſtris, aliiſque
„ Regiis operibus inſtruxit; ibique an-
„ no ab obſidione V. mortuus eſt. (a)

„ Regnum adeptus eſt ejus filius
„ ABU ZAIAN MOHAMAD, qui obſeſsâ
„ iterum urbe *Tremiſſen*, infra annum
„ interiit. Rerum intereà potitur ejuſ-
„ dem frater ABU HAMU MUSA, Re-
„ gis OTHMANI filius. Is, ut nemini
„ non notum, urbem obſidione libe-
„ ravit, atque ita hoſtis vires fregit,
„ ut facta militum miſſione pactiſque
„ pacis conditionibus, placidum poſteà
„ felixque nactus ſit imperium. Quo
„ deinde ejus filius ABDELRAHMANUS,
„ aliàs ABI TASCHPHIN dictus, fœdere
„ cum SAIDO Hiſpaniæ tunc Rege pa-
„ catiſſimo inito, patrem exuit, Regiſ-
„ que mox induit inſignia. Majora item
„ viribus auſus, *Beggiæ* Regnum avi-
„ dè concupivit. Hinc coactis Africa-
„ norum copiis, *Tunetum* temerè ag-
„ greſſus eſt, Principem ibi conſtitutu-
„ rus, qui Rempublicam ejus regeret
„ arbitrio. Quare *Tuneti* Proceres ad
„ Regis Hiſpaniæ opem confugientes,
„ id ab eo impetrarunt, ut Rex *Zaia-*
„ *ni-*

(a) ذكر دولة بني زيان بتلمسان

اول املاكهم ابو يحيي يغمراسن بن زيان ابن ثابت بن محمد بن يندوشين بن طاع الله بن علي بن يمل بن فرفير بن القاسم واول من اعمل الحيلة في استخلاص تلمسان جابر بن يوسف ابن محمد وكان امرها الي صنهاجة ملوك الجهة الشرقية وتصير بعدها الي يغمراسن وكان تقدم به الالماع من الايقاع بالسعيد بظاهر تلمسان واستيلايهم علي خزاينه وذخيرته وعدته في عام ستة واربعين وستماية فظهر امرهم وتاثل ملكهم وكان يغمراسن هذا اية من الايات في جراته ورجولته وجزالته ومواقفه شهيرة وسلاحه في الحفوة مثل وسياسته عجيبة وكانت بينه وبين الامرا علي دهره من بني مرين وقايع ظهروا عليه فيها فمن حروبه باسلي ويرجده وبتامسوذت وبني يهلول ثم بتلاغ ثم بوادي تاقبا ثم هلك يغمراسن وولي ابنه عثمان واستمرت الحال بينه وبين بني مرين علي سبيلها الي ان تحرك السلطان ابو يعقوب الي منازلة تلمسان فشد حصارها وابتني قصور الملك بخارجها وتوفي عثمان اثنا الحصار علي انقضا خمس سنين من منازلته ❁

„ *nitis* ab urbe diſceſſum indiceret. Illi „ ſumtis armis, detrectavere. Quod Rex „ nomine *Abulhassanus Ben Othman Ben Jacob Ben Abdelhac* indignans, *Tunetum* annos tres obſedit: „ quo quidem tempore innumeros perdidit homines; machinas bellicas, „ quibus mœnia & arces quateret, tùm „ invenit, tùm auxit; divitiis etiam „ voluptatibuſque quàm maximè affluxit. Certaminis tandem curſum peregit die 27. Ramdani. (a)

„ Inter hæc Hiſpaniæ Rex *Tremiſſenenſe* Regnum gemmis exquiſitis, „ theſauris pretioſis, magnificis ſupellectilibus, armorum copiâ, vaſis elegantibus, tùm auro atque argento inſtructiſſimum occupat, *Zaianitis* „ planè everſis, quorum vicem nec „ cœlum, nec terra doluit. Rebus Regis in Africa minùs proſperè ſuccedentibus, Arabes qui eum in urbe „ *Cairuana* obſederant, ejus filium Regem delegerunt. Quo factum, ut ipſe ad Hiſpaniam redire ſtatuerit, relicto qui in urbe *Tremiſſen* ejus vices gereret. Tùm *Zaianitæ* cæteris „ cum ſociis jam fugatis, collecto robore, iter ad ſua loca moliti ſunt; „ reſumtiſque armis audaciores, Regem, Ducemque ſibi conſtituerunt „ *Othmanum Ben Abdelrahmanum Ben Iahia Ben Iagmarasen*, virum „ rerum experientiâ doctum, fortunæ „ caſuum haud ignarum, temporum „ etiam callidum & militem fortiſſimum, qui fratrem quem habebat, „ nomine *Abi Thabetum*, juvenem „ animi nobilitate & fortitudine conſpicuum, comitem ſibi adjunxit, copiiſque præfecit: adeo ut rebus feliciter geſtis, *Tremiſſenenſe* Regnum „ ſibi ſuiſque reſtituerint. Ad Imperium uſurpandum advolavit Rex Hiſpaniæ *Abu Ananus*; qui tamen „ unà cum patre aditum illis intercludere fruſtra conatus eſt. (b)

„ Rex *Abulhassenus*, rebus Africæ

(a) فقام بالامر ولده ابو زيان محمد وهلك اثنا الحصار لعام دونه وقام بالامر اخوه ابو حمو موسي بن عثمان وحل لازمه وهلاك عدوه بما هو معلوم واقلعت عنه الجيوش عن عهد دونقه وشرط اخذه واستمرت حال ابي حمو علي وتيرة من استقبال السعد وفتك به ولده عبد الرحمن المكني بابي تاشفين واستقام له الامر وخلي له الجو بمسالمة ملك المغرب علي عهده ابي سعيد خزن العافية فهفا به الطمع الي تملك بجاية واقحم افريقية الجيوش ودخل جيشه تونس مقعدا بها اميرا حفصيا تحت طاعته فتطارح اربابها علي السلطان صاحب المغرب وصاهروه وطالب بني زيان بالافراج عن بلدهم فلجوا بما اوجب الحرب فحاصرهم سلطان المغرب ابو الحسن بن عثمان بن يعقوب بن عبد الحق سنين ثلاثة هلك لهم من الامم ما لا يحصيه وعظم اثر المجانيق فيما حماه السور من القصور وباشر العمل بنفسه فالصق البنا واكتنب الجوار واستفرغ الجهد في ليلة سبع وعشرين لرمضان ۞

(b) واستولي السلطان صاحب المغرب علي تلك الامارة المؤثلة بما اشتملت عليه من نفيس الحلي وثمين الذخيرة وفاخر المتاع وخطير العدة وبديع الانية وصامت المال ثم انقضي امر بني زيان لهذا العهد فلم تبك عليهم السما ولا الارض فلما امعن

السلطان

„ cæ expeditis, ad *Algeziratæ* obſidium „ perrexit. Quam quidem occaſionem „ *Zaianitæ* opportunam rati, eum de- „ bellare annituntur; ibique adorti, tur- „ pem in fugam vertunt. Eo ſanè in „ prælio, amiſſo filio ALNASSERO, leonis „ inſtar periculo ſeſe eripuit; indeque „ *Marochum* ſe recepit, ubi Rex ABV „ ANANVS patris caſum contemplatus, „ ſibi metuit. Quare *Zaianitæ*, rebus ex „ ſententia geſtis, lætiore ad tempus uſi „ ſunt fortuna, Regnum, opes & arma „ adepti. Quum autem ABV ANANVS „ ipſis infenſus defuncti Patris Impe- „ rium ſibi vindicaſſet, conſcripto exer- „ citu, de Regno confidentiùs certare „ cœpit. *Zaianitæ* ultionis & victo- „ riæ cupidi, ſumma vi impetuque in „ certamen prodiere; atque in ABV „ ANANI nec opinantis agmen irruen- „ tes, illum fuſis fugatiſque copiis pro- „ fligarunt: ac proinde in proverbium „ ceſſit, *Zaianitæ Regem* ABV ANA- „ NVM *priùs pranderunt, quàm illos* „ *ipſe cœnaſſet*; id eſt *Zaianitæ* Regis „ ABV ANANI mortis tempus antece- „ perunt.

„ Rex tamen ABV ANANVS ulci- „ ſcendi ſtudio magis inflammatus, Re- „ gio effuſo ærario, ſocios ad bellum „ excivit, novos & alacriores iis adji- „ ciens animos. Quo factum eſt, ut „ inſignem ab hoſtibus victoriam, quæ „ bello finem tandem fecit, ille reporta- „ verit. Itaque OTHMANVS Rex victus „ fuſuſque, mutatâ veſte, clancu- „ lùm ab acie receſſit: qui mox cum „ fratre, aliiſque ſociis compertus, ad „ Regem ABV ANANVM adducitur. Ve- „ rùm ille & proceres pro patria at- „ que imperio ad internecionem uſque „ decertarunt. (a)

NO-

السلطان ابو الحسن بارض افريقية وجرت بها عليه الحوادث وحاصرته العرب بالقيروان واستبد ولده بالامر ورحل قاصدا دار ملكه وترك بتلمسان من يقوم له ببعض رسمه صرف الفل من هذا القبيل الزياني وجوههم في جملة المنهزمين عن السلطان ولحقوا بوطنهم شوكة قدموا عليهم عثمان بن عبد الرحمن ابن يحيي بن يغمراسن شيخا قد جرب الامور ومارس الدهور شهير الذكر مشمرا للتشديد مستعينا علي امرهم باخيه ابي ثابت وهو المشار اليه بالبسالة والفتوة فاستقام الامر وعادت الدولة وافرهم السلطان ابو عنان متلقف كرة الملك فحبسهم سدا بينه وبين ابيه ولما خلص السلطان ابو الحسن من افريقية ولحق بالجزاير ناهزوه الحرب واوقعوا به الوقيعة التي قطعت اماله واثكلته الناصر ولده ونجي منهم منجي الاسد واتصل بالبلاد المراكشية تشاغل السلطان ابو عنان بما دهمه من جوار ابيه فتملوا الحظ اياما يسيرة ارتاشوا فيها وكسبوا الحقول والظهر والعدة وخلص السلطان المذكور ضدهم الامر بوفاة ابيه فصرف وجهه اليهم وتحرك في الجيش الذي يجر الشجر وحملتهم صرامة نفوسهم ودواعي دخولهم علي مناجزته فتغدوا به قبل ان يتعشي بهم وخلطوا محلته علي حين غفلة فكسروا سوادها واوهموا هزيمتها ۞

(a) وثبت السلطان باهل الحفيظة وذوي الصدق فحمل عليهم غير مبال بهيض جناحيه فرزق الفلج واهدي الظفر واتحف النصر فكانت القاضية واتي بعثمان قد اخفي

نفسه

NOTA.

Rex OTHMANUS BEN ABDELRAHMAN BEN IAHIA BEN IAGMARASEN, vulgò *ABU SAID*, de quo ſupra, *Granatæ* natus eſt, ubi etiam regnavit: vir ſanè litteris & bellica virtute inclytus, cujus Epiſtolæ aliquot occurrunt in Bibliotheca Scriptoris noſtri *EBN ALKHATHIBI*, unde hæc pauca decerpſimus. Hic *Tremiſſenenſe*, ſimul & *Granatenſe* Regnum obtinuit ab anno Egiræ 749. ad annum 753. quo, ingenti accepta clade, interiit.

„ Rex *ABU ANANUS*, partâ victo-
„ riâ, rerum iterum potitus eſt. Hinc
„ *Zaianitarum* Proceres partim fortu-
„ nis ſpoliavit, partim perdidit; alios
„ in vincula conjecit, alios vulgi ludi-
„ brio expoſuit; cæteroſque in exilium
„ ejecit: qui, tandem fortuna alternan-
„ te, viribus collectis, in priſtinam
„ dignitatem, atque ſtatum reſtituti
„ ſunt. Nam Rege *ABU ANANO* mor-
„ tuo, atque in ejus locum filio *SAI-*
„ *DÆO* adhuc puero ſuffecto, Regnum
„ fluctuare cœpit. Quæ res profectò ef-
„ fecit, ut *Zaianitæ* ſuperſtites, rursùs
„ ad arma revocati, Regnum *Tremiſ-*
„ *ſenenſe* ſibi ereptum recuperaverint.
„ Quare omnes, qui à *Zaianitis* anteà
„ diſceſſerant, eorum imperio ad hæc
„ uſque tempora parere coacti ſunt.
„ Qua quidem tempeſtate illorum res
„ & imperii ſumma erat penès *ABU*
„ *HAMU MUSAM BEN JOSEPH BEN ABD-*
„ *ELRAHMAN BEN IAHIA BEN IAGMARA-*
„ *SEN*, qui non ſine Dei providentia
„ eorum Dux & Princeps fuit conſti-
„ tutus. Quum autem *Marinorum* Rex
„ *ABU SALEM ABRAHAMUS BEN ALI BEN*
„ *OTHMAN* arma in *Zaianitas* intuliſ-
„ ſet, hi metu perculſi terga fugæ de-
„ dere; ac magno cum ululatu in
„ Regni confinia receſſere, in hoc ſanè
„ parentum veſtigiis, quorum conſtan-
„ tia & robur in tuendis præſidiis ma-
„ ximè celebrabantur, minimè inſiſten-
„ tes. Nihilominùs Regis conſiliis, pru-
„ dentiâ & ductu alacriores facti, vi-
„ ctoriam deinde conſequuti ſunt; co-
„ rum verò laudatus ſupra Rex in præ-
„ ſentia Regnum ſive domi, ſive mi-
„ litiæ miro conſilio ac ratione mo-
„ deratur. (a)

NO-

نفسه وغير زيه واتبع من افلت منهم مع اخيه وهم شوكة حادة فجرت عليهم
الهزيمة نيلها وقبض عليه وعلي اشراف من اهل بيته فتقفوا مع اميرهم وقتلوا صبرا ☼

(a) واستولي السلطان علي الوطن ثانية واخذ وجوه ذلك القبيل واعيانه التشذيب
والتمزيق والسجن والسخريا والجلا حتي عادت فلول الدول وصرعي الغلبات ولما توفي
السلطان ابو عنان ولي امره ولده الصبي المسمي بالسعيد واضطرب الامر تغلب فل هولا
الزيانيين علي الوطن وجمع الله من بقي منهم فدخلوا مدينة تلمسان واجفل من
كان بها الي مقر ملكهم ومعدن قبيلهم فعادت دولتهم لهذا العهد ومجدد رسمهم
وناشر رمة عزتهم السلطان ابو حمو موسي بن يوسف بن عبد الرحمن بن يحيي بن
يغمراسن فكتب الله لهم به الادالة واعاد العهد فتحرك اليه سلطان مرين ابو سالم
ابرهيم بن علي بن عثمان المنصير اليه الامر فاصحروا وتركوا العرصة ولجوا الي
اطراف البلد مجعجعين ولم ينكلوا علي ما اتكل عليه اباوهم من الركون الي
الاسوار والعزم علي المصابرة بالانحصار فكان لهم الفوز بقداح رايهم واصبحوا بالخيار
في

NOTA.

Abu Hamu Musa Ben Joseph, *Tremissení* Rex, *Granatæ* natus est ineunte anno Egiræ 723. vir invictæ fortitudinis, litterisque non mediocriter eruditus, utpote qui Regum Historiam conscripserit, & plura condiderit carmina, quorum specimen cum ejus Vita refert in sua *Bibliotheca Hispana Ebn Alkhathibus*.

„ *REGUM MARINORUM* „ *SERIES.*

„ *Abdelhac Ben Mohic Ben Baker Ben Hamamat Ben Mohamad* „ *Ben Vazir Ben Caphus Ebn Karmath Ben Marin Aba Mohamad*, „ qui *Mauritaniæ* Regnum armis adeptus, prima hujusce Familiæ fundamenta *Fessæ* jecit anno Egiræ 610. „ ubi filios, quos habebat quatuor, „ successores post mortem reliquit. Horum primus Othmanus; secundus „ *Abu Maraphus Mohamad*; tertius „ *Abu Iahia Abu Bakerus*, qui *Fessæ* „ anno Egiræ 656. supremum diem „ obiit; quartus *Abu Joseph Ben Abdelhacus*, qui Regno longè latéque „ prolato, atque in Africa firmissimè „ constabilito, victoque nepote *Abu* „ *Iahia* de imperio acriter decertante, „ rerum summâ potitus est. (a)

„ Posteà regnavit ejus filius *Abdelvahed Abu Malek*, qui magnus „ extitit Rex. Hujus deinde in regnum „ successit *Jacobus Ben Abdalla Ebn* „ *Abdelhac*, aliàs *Almansor* nuncupatus. Hujus adeo nominis percrebuit „ fama, ut Arabes Hispani à Christianorum Rege multiplici victoria superbo vehementer afflicti, ejus auxilium efflagitarint: quorum ille votis benignè annuens, quàm citissimè, „ ut alibi indicavimus, subsidio venit, „ ineunte videlicet anno Egiræ 672. „ Itaque Hispaniam cum numerosissimo exercitu ingressus, aditum, quem „ *Nunnius*, insignis Christianorum „ Dux, Mahometanis intercludere conatus est, sibi patefecit; & commisso apud urbem *Astigi* prælio, ingentem cladem exercitui Christiano „ intulit: ita ut fuso eorum Duce, octo „ ferè millia peditum ceciderint. Inde „ Regem Hispaniæ *Abu Abdallam* „ *Ebn Nasserum* sibi comitem adjungens, *Cordubam* aggreditur, ubi ex „ rebus præclarè gestis magnam sibi „ suisque gloriam comparavit. *Alphonsus Herrandi* filius, Castellæ Rex, ne-

في امرهم واميرهم اليوم مجمع علي حزمه متفقا علي اضطلاعه حزما عزما وحربا وسلما ۞

(a) ذكر دولة الملوك من بني مرين

مبدا هذا الامر عبد الحق بن محيو بن بكر بن حمامة بن محمد بن وزير بن فقوس ابن كرماط بن مرين ابا محمد ظهر بالمغرب الاقصي واستخلص الملك بسيفه عام عشرة وستمايه وولي بعده عثمان ابنه لما هلك ثم ابو معرف محمد ثم ابو يحيي ابو بكر وكانت وفاته حتف انفه بفاس في رجب من عام ستة وخمسين وستماية وولي بعده رابع الاخوة ابو يوسف بن عبد الحق فتمهد الملك واستقر بالمغرب الامر وخالف عليه ابن اخيه ابي يحيي ثم كان خلوص الامر له ۞

„ necis filii ulciscendæ cupidus, *Jacobo* obviam fit ad locum *Hosn Alsakhara*, (id est *Castrum rupis*). Inter hæc exortis *Jacobum* inter & *Granatæ* Regem dissidiis, arma in se verterunt, ansam præbentibus *Beni Aschcaliola Malacæ*, *Acci*, & *Comares* Principibus, qui à *Jacobo* ad *Granatæ* Regem per id temporis desciverant, discordiam atque odium inter utrumque foventes; parumque abfuit, quin ipsum *Jacobum* vel coram *Granatæ* Rege contumeliis afficerent. Illi demum æqui bonique consulentes, jure *Malacæ* in *Jacobi* gratiam se abdicarunt: cui posteà provinciæ præfuit ejusdem Regis nomine *Omarus Ben Mohli Albathui*. Cæterùm Rex *Granatæ* ereptum *Malacæ* Principatum ægrè ferens, illius Præfectum dolo & pecuniâ, tùm cessione Castri *Schalubina*, vulgò *Salobreña*, corrumpere studuit. Post hæc rursùs, Deo annuente, stabilitâ inter utrumque Regem pace, *Jacobus Abu Joseph* Rex in *Insula Viridi* decessit mense Saphari, anno Egiræ 685. (a)

NO-

(a) وولي بعده ابنه عبد الواحد ابو مالك وكان ملكا كبيرا ثم يعقوب بن
عبد الله ابن عبد الحق الملقب بالمنصور واستدعي الي الاندلس لما عظمت في
المسلمين فتكات العدو واشتهر ظهور هذا القبيل توجهت رغبات المسلمين الي
استصراخهم فاجاب الي الداعي وابتدر الجهاد في اوايل عام اثنين وسبعين وستماية
فصدر منهم من الافعال الكريمة والجهاد المبرور ما وقع به الالماع وكان ذو النون له
قد استعد وذو النون هذا زعيم كبير قام عن النصاري بدفاع من جاز من المسلمين
فانضج عليه العدد الذي لا يكث وكانت الوقيعة علي الروم بظاهر استجة استاصلت
منهم ما يناهز ثمانية الاف منهم الزعيم المذكور قايدهم الي مصرعهم وظاهره امير
المسلمين ابو عبد الله بن نصر فغزوا جميعا قرطبة واظهروا عز الاسلام وشاهد الناس
جميعا فخره اشارة الي ما كان من لقا الفونش بن هرنده ملك قشتيلية اياه
مستنصرا به علي ابنه بظاهر حصن الصخرة ووقعت بين ابن نصر فتنة وبينه معناه بما
وقع بينهما من التقاطع بسلب اصهار السلطان ابي عبد الله بن نصر من بني اشقيلولة
الروسا بمالقة واوادي اش وقمارش وكانوا قد خرجوا عن طاعته وانتزوا عليه فلما
اجاز الامير ابو يوسف الي الاندلس لحقوا به ونصحوا له واغروه بسلطانهم
وربما صدرت له منهم حفوة بحضرته انتج ذلك كله فسادا وانتباذا وكان اخر
امرهم ان خرجوا له عن مدينة مالقة فملكها السلطان ابو يوسف وولي عليها عمر بن
محلي البطوي وضاق ذرع السلطان بذلك واعمل الحيلة في استنزال ثقة السلطان
صاحب المغرب عنها بمال بذله وعوضه بحصن شلوبانية ثم تدارك الله امر المسلمين
بصلاح ذات بينهم اتصال ايديهم وكانت وفاة السلطان ابو يوسف يعقوب بالجزيرة
الخضرا في صفر من عام خمسة وثمانين وستماية ۞

NOTA.

Jacobus Rex, cognomine *Abu Joseph* & *Almansor* dictus, ex *Marinorum* familia, (qui, everso *Almohaditarum* Imperio, Regum insignia in Mauritania sumsere anno Egiræ 610. ut supra innuimus.) Hunc porrò non minùs animi fortitudo, quàm pietas atque liberalitas maximè commendarunt. In Hispaniam, filio comite, trajecit; occurrentem sibi *Nunnium* Ducem apud *Astigi*, id est *Ecija*, profligavit, cæsis cum ipso è Christianis haud paucis viris genere & bellica laude conspicuis; *Cordubam* etiam expilavit, populos & agros cæde, atque incendiis vastans. Ex *Bibliotheca Ebn Alkhathibi*, qui Regis hujus rerum gestarum narrationi duo ejusdem poëmata inseruit.

„ In ejus locum suffectus est filius „ *Josephus Abu Iacob*, qui ubi ad „ solium evectus, in Hispaniam trajecit; ibique à *Granatæ* Rege non „ procul à *Mertola* humanissimè exceptus, amicitiæ fœdera cum ipso sanxit. Inde in Africam redux, viribus „ omnibus ad urbis *Tremisseni* obsidium, „ hostiumque eversionem incubuit. „ Qua quidem urbe captâ, Regiam „ ibi sedem fixit, eamque domibus, „ templis, aliisque ædificiis splendidis „ magnificisque augere & ornare conatus est. Urbs ergo *Tremissenum*, de „ qua sermo, à *Josepho* Rege per septem continuos annos ita fuit obsessa, ut Cives viribus fracti, rebusque „ penitùs desperatis, ad deditionem „ fuerint adacti. Accidit intereà non sine Dei permissu, ut Eunuchus quidam planè improbus, Regique infensus, qui insidias leoni huic belli „ labore perfuncto, moliebatur, in „ Regium conclave immissus, *Josephum* Regem otio, ac voluptatibus „ indulgentem nactus, illius pectus gladio transfixerit, statimque fugâ saluti consuluerit: atque haud dubiè in „ tutum se recepisset, nisi eum turba „ fugientem fuisset tempestivè insequuta. Rex tamen eodem die extinctus „ est. (a)

NOTA.

Josephus Rex, *Jacobi* Regis filius, ad Hispaniam belligerandi causâ adversùs Christianos bis appulit; isque jam cum patre, jam solus, præliis apud *Cordubam*, *Hispalim* & *Astigi* patratis interfuit, ubi strenuè se gessit. Hic, ut ejus parens *Jacobus* Rex *Fessam* Novam, ita Novam *Tremissenum* urbem extruxit; eamque intus quàm extra ornavit & mirum in modum munivit. Reges complures suos Legatos cum do-

(a) وقام ابنه يوسف ابو يعقوب عوضه فتح امره بالجواز الي الاندلس وبادر سلطانها الي لقايه مستلطفا بظاهر مرتلة وجدد معه الود وصرف بعد ذلك عزمه الي محاصرة تلمسان واستيصال من بها فانتقل اليها بجملته وصيرها دار ملكه واناخ عليها بكلكله وابتني بها القصور والرباع والمساجد ولازمها بالحصار سنين سبعة حتي ذهبت الازماق وعجزت الحيل وقيض الله لذلك الاسد الغادر عبدا من اخابث الخصيان كان قد وتره تولج عليه القصر وبيده مديه والسلطان مبتذل بين نسايه فضربه ضربة خرقت معدته وولي هاربا فكاد يفلت ويدخل البلد المحصور لولا انه عوجل وعاش السلطان بقية يومه ومات ۞

donis ad ipſum deſtinarunt. Fato functus eſt die 3. menſis Dilcadat, anno Egiræ 706. quum regnaſſet annos XXI. Ex *Bibliotheca* EBN ALKHATHIBI.

„ Poſt ipſum Regni ſucceſſor extitit ejus nepos AMERUS ABU THABET BEN ABDALLA BEN JOSEPH, qui, victo fuſoque patruo ABI IAHIA, *Feſſam* properavit; mox ad urbem *Tremiſſenum* ſe contulit, MOISI BEN ZAIAN ibidem olim obſeſſo ſolamen allaturus, ſimulque fœdus cum eodem initurus. Qua de re *Zaianitæ*, quibus inſperata contigit lætitiæ causa, monetam ſuam his verbis ſignandam cenſuere: *Quàm prope adeſt Dei ſolatium!* Rex autem AMERUS vir erat impius & truculentus: idcirco non diu regnavit, immatura morte raptus. (a)

„ Rerum potitur illius frater SOLIMANUS, ABULRABII aliàs dictus, qui regnum fauſtum, pacatumque auſpicatus, *Septam* cum locis ad ipſam pertinentibus, ab Arabibus Hiſpanis ereptam, menſe Sapharo, anno Egiræ 709. ſibi vindicavit. Anno tandem 710. menſe Gemado poſteriori in urbe *Tezi* (vel *Teza*) diem obiit. (b)

NOTA.

LEO AFRICANUS *Tezam* civitatem pereleganter deſcribit *Lib. III. pag.* 179. aitque à *Feſsâ* diſtare quinquaginta milliaria. Illa verò frugibus, fructibuſque, ut & cœli ſalubritate maximè laudatur.

„ Regnum adeptus eſt OTHMANUS, cognomento ALRADHA. Quo Rege, omnia omnibus & læta & jucunda obtigere; nam anno Egiræ 727. die 15. menſis Dilhagiat exercitu conſcripto, urbes *Algeciram*, *Rondam* & *Marbellam* armis ſibi ſubjecit. (c)

„ Verùm OMARUS, ejus filius, imperii affectator, homines è populo conjuratos ſibi adjungens, urbem *Feſſam* patri præliis diſtento eripuit, Regiſque induit inſignia. Quare pater filium debellaturus, bello indicto, illi ad locum *Carmada* in territorio *Tezæ* occurrit: quo in prælio Rex, accepto vulnere, victus fugatuſque „ in

(a) تولي بعده حافده ابو ثابت عامر بن عبد الله بن يوسف بعد ان فتك بعمه ابي يحيي وسرع في الارتحال الي مدينة فاس وبادر الي معافرة المحصور موسي بن زيان بتلمسان والافراج عنه فاتاهم الفرج من حيث لم يحتسبوا وكتبوا علي سكتهم بعدها ما اقرب فرج الله وكان عامر هذا جاريا سفاكا للدما ولم تطل مدته فعاجله الحمام مخترما قصير المدة ۞

(b) وولي الامر بعده اخوه ابو الربيع سليمان فاستقرت حاله وتصيرت اليه سبتة وما اليها مما كان الاندلسيون قد تغلبوا عليه في صفر عام تسعة وسبعماية وتوفي بتازي في جمادي الاخرة من عام عشرة وسبعماية ۞

(c) وبويع بعده عثمان الرضا وكانت ايامه اعيادا وصارت اليه الجزيرة ورندة ومربلة من بلاد الاندلس لما استصرخ لنصرها فاجاز اليها الحصص وكان تصيرها اليه منتصف ذي حجة من عام سبعة وعشرين وسبعماية ۞

„ in urbem *Tezam* ſe recepit. Hanc „ filius continuò obſedit; indeque morbo contracto, bellum intermittendum „ ratus, receſſit. Quo factum eſt, ut „ everſis filii rebus, Regnum paternum „ quieſcere cœperit. Cæterùm Omarus, „ ubi ex morbo convaluit, *Tremiſſenum* „ unius menſis ſpatio obſidione cinxit; „ mox pactis conditionibus, ad urbem *Segelmeſſam* ſibi jam conceſſam „ ſe contulit, donec ibi fratris ope rerum potitus eſt. Atque per id temporis „ mortuus eſt Rex Othmanus menſe „ Dilcadat, anno Egiræ 731. (a)

„ Abulhassanus autem Ali, Othmani filius, ſimul ac regnum occupavit, fratri ſupra memorato bellum „ indixit; eumque prælio ſuperatum interfecit. Mox eductis copiis, *Gebel* „ *Alphath*, id eſt *Montem Victoriæ*, ſeu „ *Aditûs*, vulgò *Gibraltar*, circumſedit. Quo expugnato, magnum ſibi „ nomen apud Reges omnes peperit. „ Quamobrem *Haphſitarum* Rex, urbe *Beggia* ab *Zaianitarum* Duce, „ nomine Abdelrahmano Abu Taschphin, jam pridem oppugnata, ejuſque „ civibus ad extrema adductis, ad eum, „ mutua affinitate contracta confugit: „ cui Abulhassanus Rex, per litteras, „ opem auxiliumque pollicitus eſt. His „ feliciter geſtis, Regnique *Tremiſſenenſis* adminiſtratione viris idoneis demandata, iter ad Hiſpaniam parat, „ ubi Chriſtianorum claſſe profligata, „ inſignique de illis relatâ victoriâ anno Egiræ 740. Chriſti 1339. die 6. „ Scheuali, feriâ 7. (Lege 3.) caſtra ad „ urbem *Tarifam* die 3. menſis Moharami anni proximè ſequentis poſuit. „ Quumque obſidionem in longum traxiſſet; Chriſtianorum Dux jam feſſus, „ hoſtique impar, Regis Luſitaniæ, „ aliorumque opem implorat, quorum „ exinde viribus adjutus, auxiliaribus „ copiis præfuit. *Granatæ* intereà Rex „ *Abulhagiagæus Abulhassano* Regi „ auxilium feſtinat; uterque exercitus „ extra *Tarifam* ſibi occurrunt; ſed diſſentientibus inter ſe Mahometanis, rebuſque ex ſententia minimè ſuccedentibus, Arabum milites animis cadere cœperunt. Hinc Cives ex oppido ad pugnam alacriùs erumpentes, „ armis, ſagittiſque Arabas tanta vi „ urgere atque impellere; ut Chriſtianorum validiſſimi ac expeditiſſimi juvenes per medios hoſtes & caſtra urbem ingreſſi, ingenti & memorabili „ eos affecerint clade. Quæ ſanè res „ magnos militum Mahometanorum „ animos ac cervices fregit, ipſoſque „ opibus ſpoliavit. Nam Rex fuſus fugatuſque unà cum vexillis Reginas „ Regio ſanguine prognatas hoſti victori tradere cogitur occidendas: quarum caſus poſteà in proverbium abiit. „ Infortunium alterum huic ſimile Maho-

(a) ثم ولده عمر كان اتبع الناس خلفه واطلق في الملك يده فرجع عنه في بعد حركاته الى مدينة ملكه فملكها عليه وناهضه وخرج الى لقائه فكان اللقا بالقرمده من احواز تازي وانهزم السلطان فدخل تازي جريحا مفلولا وحاصره ابنه بها ثم اقلع عن مهادنة واصابه مرض اختل به امره وثاب ملك ابيه فنازل عليه البلد الجديد شهرا ثم خرج عن عهد وسار الى سجلماسة معوضا بها فبقي بها الى ان ملك علي عهد اخيه وتوفي السلطان في اواخر ذي قعدة من عام احد وثلثين وسبعماية ۞

„ hometanis nunquam accidiſſe fertur. „ Hæc acta ſunt anno Egiræ 741. „ Chriſti 1340. feriâ 2. die 7. Gemadi poſterioris, (Corrige 9. *Gemadi prioris*); poſtridie verò Abulhassenus Rex in urbem *Septam* trajecit. „ Multa alia hîc paucis complecti non licet; ſi quis plura velit, noſtram „ conſulat Hiſtoriam *Donum Sæculi* inſcriptam. (a)

„ Rex Abulhassenus, clade ſibi illata, operam omnem Regno obeundo, viribus colligendis, armiſque „ parandis impendit. Quapropter *Marochum* profectus, Reipublicæ rebus, „ ut par erat, conſuluit; mox ad regiones meridianas, (ſeu ad *Tunetanum* Regnum) ſe contulit. Hîc illi „ nunciatur *Tuneti* Regem Abu Iahiam „ extinctum eſſe, ejuſque filium Omarum, virum potentiſſimum, rerum „ potitum, Ahmedo licet illi armis adverſante fratre. Itaque Regem Abulhassenum Regni Proceres, ejus fautores, adnitente Abu Mohamad Ben Taphrakino exercitûs Imperatore, „ ad Regnum illud occupandum inflammarunt, Mahometanorum cauſam ei maximè commendantes. Abulhassenus occaſionem ſibi ultro oblatam, eamque non injucundam amplexus, rem aggreditur menſe Sapharo, anno Egiræ 748. *Beggia*, vel „ *Bugia* urbe, item *Conſtantinâ* captâ, „ *Tunetum* contendit, unde Omarus „ illius Rex à factioſis victus, fugit; „ pau-

(a) وذصير الامر الي ابي الحسن علي بن عثمان فبادر الي منازلة اخيه المذكور فظفر به وقتله وبعث الجيوش الي جبل الفتح فنازله حتي فتحه وحاز الاجر والفخر به ولما نازل ابو تشفين امير بني زيان مدينة بجاية وضايق ملوكها الحفصيين استجاروا به وصاهروه فكتب اليهم في الافراج علي بلادهم ولما فرغ السلطان ابو الحسن من امر تلمسان واستصاب بلادها الي ايالته شرع في الاجازة الي الاندلس وشمر للجهاد فاوقع بعدو البحر واساطيل الروم الوقيعة الشهيرة بيوم السبت سادس شوال من عام اربعين وسبعماية وعبر الي جبل الفتح ونازل طريفة ثالث شهر المحرم وتمادي حصاره اياها فاعيت واستدعي محصورها ملكهم فخرج يقود العسكر اللجب مستمدا صلطان برتقال وسواه واسرع السلطان ابو الحجاج بن نصر سلطان الاندلس اللحاق به ممد اياه وكان اللقا بين الطايفتين بظاهر طريف وسا التدبير واختل مصاب المسلمين واضاعوا الحزم وخرج اهل البلد المحصور وهم شوكة وضيقت مجال القتال اجفان الروم نافحة بشابيب السهام حتي دخل البلد سرعان الروم فوقعت الهزيمة التي حصدت شوكة المسلمين واهلكت نفوسهم واكتسحت اموالهم واسلم السلطان مضاربه ومن جملتها ازواجه من بنات الملوك وقعت بهن المثلة بعد القتل وكان خطبا علي الاسلام قط ما فجع مثله ضحوة يوم الاثنين السابع لجمادي الاخرة من عام احد واربعين وسبعماية وفي ليلة اليوم بعده لحق بسبتة ولا يوسع الاختصار فوق هذا ومن طلب المزيد فعليه بتحفة العصر من تاريخنا ☼

„ paulóque post interfectus est. Quo fa-
„ ctum, ut eum omnes etiam Arabes,
„ in ejus verba jurati, summo cum
„ plausu *Tuneti* Regem exceperint. Cu-
„ jus tanta nominis, prolatique Impe-
„ rii percrebuit fama, ut Ægypti Re-
„ ges ejus potentiam extimescere cœ-
„ perint. Quum autem Arabum mer-
„ catores Aulicorum concordiam & ty-
„ rannidem, perinde ac tenue lucrum,
„ exiguamque compendii spem per-
„ spexissent; unanimi consensu à Re-
„ ge discessere, injuriam propulsantes
„ jusque suum persequentes, additâ
„ insuper hujusmodi contumelia: *Nos*
„ *tibi hospitium, atque emolumenta con-*
„ *cedimus.* His dictis, Regi Arabes bel-
„ lum indixerunt: quos ipse aggressu-
„ rus, statim insequitur. (a)

„ Quumque jam non procul ab
„ urbe *Cairuan* esset, Arabum turba
„ furore percita, ductu *Ahmedi Ben*
„ *Othman Ebn Abi Dabus*, quem si-
„ bi exercitûs imperatorem delegerat,
„ Regem ope & auxilio destitutum in
„ deformem sanè fugam egit; Regiique
„ ærarii, armorum, cæterorumque bel-
„ li instrumentorum est potita. Illum in-
„ tereà ad urbem *Cairuan* confugien-
„ tem cives, captis armis, ab Arabum
„ impetu defenderunt. Contigit hujus-
„ modi clades anno Egiræ 749. feriâ
„ 2. die 7. Moharami. Arabes verò sa-
„ lute Regis, in maximam rerum diffi-
„ cultatem conjecti, propè desperata,
„ *Tunetum* advolarunt, in Aulæ & Re-
„ giæ domûs Principes insolentiùs ela-
„ ti, omnia miscentes, atque diri-
„ pientes. Hinc Rex sibi metuens,
„ arreptâ noctu fugâ, ex urbe *Cai-*
„ *ruan* ad *Susam* profectus est, Arabi-
„ bus eum acriter & cursu rapido in-
„ sequentibus: adeo ut Rex, spoliatis
„ fusisque comitibus, in tutum demum
„ se receperit. Inde trajecto mari, *Tu-*
„ *netum* appulit. Quum autem Arabes
„ eum

(a) ولما جري علي السلطان القدر بالهزيمة اخذ بالجد في ذفقد بلاده والاستعداد بطلب ثاره وجبر كسره فرحل الي مراكش ورتب الامور ثم توجه الي بلاده القبلية فاتصل به ما كان من وفاة الامير ابي يحيي ملكها وتنازع ولده بعده وما كان من توثب ولده عمر وسطوته في الناس ولحق به وجوه الدولة ولاك قطب رحاها الشيخ ابي محمد بن تفراقين فاطمعوا السلطان في تملكها وتوسع نظره فيها وواجبوا عليه النظر المسلمين بها فتحرك اليها في صفر عام ثمانية واربعين وسبعماية واستولي علي مدينة بجاية ثم علي مدينة قسنطينة وزحف الي مدينة تونس وقد ظفرت بعض حصصه بعمر صاحب الامر بتونس فارا عنها فقتل واهتزت الارض الي طاعته ودخل العرب في طاعته وحرر الملوك بمصر ماشاع من بسطته وانفساح ايالته وشهرة ذكره ودخل تونس في حفل لم يسمع بمثله ولما راي سكانها من العرب المعوضين مضم الدولة وقصر خطرهم وكشح امالهم نفروا عنه بواحدة وشرعوا بازالة الشحنا واعتقدوا وصاروا نفسا واحدة علي تباين اغراضهم ونابزوه وجهروا بخلافه وقد نهدك محلا متطول الثوا وغلا الاسعار وناوشوه الحرب فبرز اليهم واتبع اثارهم ۞

„ eum ibi etiam obſediſſent; ille, mu-
„ nita urbe, auxilia à Tunetanis petiit,
„ ſpondentibus pro ipſo amicis, qui
„ Regi ſupererant. (a)

„ Inter hæc triſtis de ejus filio *Pharesο Abu Anano* nuntius affertur, „ Regnum videlicet *Feſſanum* uſurpaſſe, ejuſdem adnitente ſocero: quare „ graviter de utroque ipſe conquerens, „ caſum inauditum, longamque patientiam tacitus deflebat. Amici igitur Regi mœſtiſſimo diſceſſum, re- „ ditumque ad Regnum ſuadere conati ſunt, rati fore ut ipſe eo conſilio ſibi, ſuiſque rebus ſatis conſuleret. Porrò ejus filius, qui munificentiâ, liberalitate & humanitate cæteros quoſque præſtabat, Rerum *Marcchi* potitus eſt, inito cum Rege *Tremiſſeni* fœdere, ut patrem aditu „ prohiberet. Rex tam infauſto atque „ iniquo tempore navim conſcendit, „ *Tuneti* relicto in ſui locum filio, ami- „ corum fidei credito, qui vix navi è „ portu ſoluta, mutato rerum ſtatu, „ ab urbe diſcedere cogitur; idque „ menſe Scheualo, anno Egiræ 750. (b)

„ Jam verò ubi *Tuneti* littora Rex „ liquit, ſuborta repentè procella claſſem huc atque illuc diſtraxit, Re- „ giamque navem infeſtis *Bugiæ* littoribus alliſit; ita tamen, ut Rex nau- „ fra-

(a) ولما بلغ ظاهر القيروان اشتد كلبهم عليه وقد نصبوا لاقامة امرهم احمد بن عثمان ابن ابي دبوس وخذل الناس وانهزم السلطان هزيمة شنيعة تخلف لها المضارب و العدد والالات ثم لجا بنفسه الي القيروان فاستجار بها فدافع عنه اهلها وكانت الهزيمة يوم الاثنين سابع محرم من عام تسعة واربعين وسبعماية واخذت العرب بمخنقه وييس من النجاة وتوجه اميرهم الي منازلة من قصبة تونس من خواص السلطان والامنا علي بيت ماله وعياله وقد اخذوا لهيبتهم فكانوا املك بها الي ان ازمع السلطان الفرار ليلا من القيروان فخرج الي سوسة والعربان تطا اذياله وحرابها تنوشه الي ان امن علي نفسه وقد اخذ من معه النهب ومنها توصل في البحر الي تونس فاستقر بها ونازلته العرب فابلي اهلها في الذي عنه وصابرهم بمن خلص له من ثقاته وحصن المدينة ۞

(b) ثم اتصل به الخبر الفان في عضده من استبداد ولده فارس ابي عنان بالامر وامتساك حفيده بدار ملكه فاس مودع ماله فجعل يشكوا منهما الي غير مصمت ويندب في طلل محيل وطال به الامر واعي من لديه الصبر فحملوه علي الرحيل عن افريقية والرحال ببلاده يحسبون ان جبر حاله مقترن بخبر طلوعه عليها وقد كان ولده سلك سبيلا من البذل والاستيلاف لم يسبق اليه وزحل الي تملك الحضرة وتملكها وسلم في تلمسان لعدوه ليكون من بها سدا بينه وبين ابيه فركب البحر في الفصل المحذور والوقت المشوم و تخلف بتونس ولده لنظر من خلص له من اهل الوطن ريثما نشر قلع سفينة فانزعج الولد عن تونس وذلك في شوال من عام خمسين وسبعماية ۞

„ fragii periculo ereptus, ſcopulum, ut „ potuit, à continente haud diſtantem „ manibus prenſaverit, ubi corpore „ nudus mortem jam jam ſibi immi- „ nere credidit. Unde etiam non ſine „ ingenti animi dolore doctorum no- „ biliumque virorum, qui perierant, „ corpora fluctibus jactari & ſcopulis, „ quibus adhæſerant, avelli proſpicie- „ bat: ad hæc excubias clamore ma- „ gno ipſi mortem minitantes audie- „ bat. Tùm demum navis quædam in- „ ter alias, Deo volente, periculo per- „ functa adventans, tempeſtate jam ſe- „ datâ, Regem ab interitu vindicavit; „ illumque in inſulam *Algeziram*, vul- „ gò *Argel* pervexit: ubi tandem ali- „ quando ejus animus quieſcere cœpit; „ maximè quòd illius cives eum ſacra- „ mento obſtricti pro Rege habuerint; „ Arabeſque finitimi, necnon exigua „ id genus hominum turba ejuſdem „ partes ſequuti ſint. (a)

Julia Cæſarea, quam Arabes corruptè *Algezair* vocitant, Europæi *Argel* & *Alger* appellant.

„ Quum autem Rex ad *Tremiſſe-* „ *nenſis* Regni confinia ſe contuliſſet, „ incolæ adventanti occurrunt. Ipſe fu- „ ſis copiis, interfecto filio, turpiſſimâ „ fugâ ſalutem petiit. Mox ALNASSERI „ filii, qui vulnere accepto in acie „ ceciderat, corpore ſecretiori tumulo „ mandato, *Marochum* ingreſſus eſt. „ Ibi tumultuosè excipitur clamoribus „ undique & indignatione partium, eo- „ rum maximè qui apud Regem gra- „ tiâ & auctoritate præpollebant; ſub- „ ſequiturque continuò Arabum irruen- „ tium colluvies. ABU ANANUS igitur „ ejuſdem Regis filius militum delectâ „ manu inſtructus, patri obviam venit; „ & cum eo ad Occidentem versùs apud „ utramque ripam fluminis, nomine „ *Ommirabii*, (cujus deſcriptionem vi- „ deſis apud LEONEM AFRICANUM *pag.* „ 284.) congreſſus eodem anno ſupra „ memorato 750. ejus copias ita fu- „ dit, ut parum abfuiſſe tradatur, quin „ caperetur, niſi à ſuis qui evaſe- „ rant, adjutus, trajecto amne, in „ montem *Hentata*, (LEONI AFRICA- „ NO *Hanteta* dictum *pag.* 67.) ſeſe „ recepiſſet. Ibi Rex, viribus collectis, „ rursùs filium aggreditur; atque im- „ perii ſumma ad ipſum rediiſſet, niſi „ prælia Deus per ſummam providen- „ tiam ejus morte diremiſſet: quæ ac- „ cidit die 23. Rabii poſterioris, anno „ Egiræ 752. (b)

(a) ولما فصل عن تونس طرق الاسطول الهول ففرقه شذر مذر وتكسر الجفن المختص بركوبه ببعض السواحل من مدينة بجاية وقد تصيرت الي عدوه ونجا بعد الغرق فتعلق بحجر قريب من البر عاري الجسد مباشرا للموت وهلك من كان معه من الفقها والعلما والكتاب والاشراف والخاصة وهو يباشر مصارعهم وينظر الي اختطاف البحر اياهم من فوق الصخور التي تعلقوا بها وعدو الساحل يصيح به ويشير الي قتله واداركه الله باقبال جفن من جملته حاير وقد سكن الهول واستخلصه فاستقر بمدينة الجزاير وقد تمسكت بطاعته فانتشق بها ريح الحياة واقام الرسم واستحلف والتف عليه بعض العرب من احوازها واوشاب من قبايلها ۞

(b) ورحل الي الجهات التلمسانية وقد برز من بها الي لقايه فكان لهم الظفر وهزموه

„ Regnum itaque adeptus ejus filius, nomine *Phares Abu Anan*, „ Princeps quidem magnus, ac bellica „ virtute, animi conſtantiâ, eruditione, „ rebuſque præclarè geſtis eximius, de „ Regno in primis reſtituendo, exornandoque, perinde ac de titulis virorum nobilium augendis cogitare cœpit. Etenim confinia in eas viarum „ redegit anguſtias, ut nullus hoſti pateret aditus; Collegiiſque & Hoſpitiis „ extructis, viros ad publicè prælegendum doctrinâ claros accierit. Tandem exercitu in urbem *Tremiſſenum* „ inducto, cives trucidavit; ejuſque Regem *Othmanum* unà cum fratre captum interfecit. Cujus Imperio ſibi, „ ut ſui patris temporibus erat, vindicato, mœnia urbis diruenda curavit, „ ne hoſti vel præſidio, vel ſedi in poſterum foret. (a)

„ Hinc Africam profectus, urbe „ *Bugia* captâ, *Conſtantinam* expugnavit; mox claſſe inſtructus, *Tunetum* in „ ſuam poteſtatem redegit, ubi rerum „ potitus eſt à menſe Ramdano anni Egiræ 758. ad menſem uſque Dilcadat „ ejuſdem anni. Tandem anno 759. „ die 24. menſis Dilhagiat diuturno „ morbo conſumtus interiit, relictis „ duobus filiis, inter quos variè de „ Regni ſummâ certatum: quod paulò poſt filius *Abu bakerus Alsaid* „ Adminiſtri ſui *Alhassan Ben Omar* „ *Alphaduri* operâ adeptus eſt. Is „ quum phthiſi laboraret, aliò tranſlatus, ſiti enectus eſſe fertur. (b)

„ Occupato ab *Abu Bakero Al-* „ *said*

وهزموه هزيمة شنيعة استوصل فيها فله وقتل الناصر ولده وخلص ناجيا وا حتمل ولده الناصر جريحا وتوفي فواراه واخفي مدفنه ثم اتصل بمدينة مراكش فدخلها وارتاش بما حلله به ولاته والمومّلون في جهاتها وغرته العرب وسيلة المكاتبة والاطماع من قبيله فتحرك وقد نهد اليه ولده في العسكر النقاره وكان اللقا بجهة الغرب من ضفتي وادي ام ربيع في العام المذكور ولما التقي الجمعان وقعت الهزيمة علي جيش السلطان وكاد يحصل باليد لولا نجا في متبعيه زعموا واجاز الوادي ولحق بجبل هنتاتة وسكن ولده مراكش وصفق عليه بالحصار وعلي ذلك فكاد الامر يثوب له وانبث دعاته في بلاد المغرب لولا ان القدر فصل الخطة فتوفاه الله حتف انفه في الثالث والعشرين لربيع الثاني من عام اثنين وخمسين وسبعمائة ۞

(a) وخلص الامر لكف فارس ابو عنان بن علي وهو السلطان الكبير المجرود المحظوظ العالم البعيد الهمة المترامي الي الغاية جود الملك وعدد الالقاب وصير الايالة في اضيق من الخرت وبني المدارس والزوايا واستجلب الاعلام ثم تحرك الي تلمسان فهزم قبيلها واعمل السيف فيهم وقبض علي سلطانها عثمان واخيه فقتلهما واستضاف الايالة الزيانية علي ما كانت عليه ايام ابيه وللحين هد اسوارها كيلا تكون محل امتناع علي قبيله ولا دار لملك عدوه ۞

(b) فتحرك الي افريقية ففتح قسنطينة وذلك بعد ان تملك بجاية ودخل اسطول تونس

„ SAID Regno, interfectoque *Abu Zaiano* fratre & Imperii æmulo, rerum ſumma penès ejus tutorem *Alhassanum Omari* filium erat. Is ut „ Orientalem Africæ partem ſuæ ditioni ſubjiceret, exercitum, qui loca pararet, ad urbem *Tremiſſenum* miſit, „ incolas ſibi amicos, non hoſtes ratus. Verùm ſpem fefellit opinio; nam „ *Zaianitæ* per id temporis animis armati & audaciâ, *Tremiſſenenſe* Regnum ſibi jam ereptum recuperare „ in animo habebant. Quare *Marinorum* exercitus, qui *Tremiſſenenſes* Regi *Abu Bakero* infenſos animadverterat, timore perculſus, redire ſtatuit. Quo rerum loco *Tremiſſenenſes Mansorem Ben Soliman Ebn Mansor Ben Abdelvahed Ben Jacob*, virum annis gravem, prudentem, ac rerum experientiâ doctum, „ ſibi Regem delegere; moxque ipſo „ duce, ad Regiæ urbis (*Feſſæ*) obſidionem iter maturavere. Iis occurrit „ *Alhassanus* cum Rege *Alsaid* ag-

„ greſſurus; ſed à militibus in acie deſertus, ad Regiam urbem cum Rege redire tandem cogitur, apud quam „ *Mansor Ben Soliman* caſtra metatus, „ ſic illum afflixit, ut tota ipſi Africa „ parere cœperit. (a)

„ Ubi verò *Abu Ananus* Rex in „ ſolium eſt evectus, conſanguineos & „ Sobrinos aliquos ad Hiſpaniam mittere ſatiùs duxit: quos inter numerandus *Abrahamus* Regis *Abulhassani* „ filius, qui ibidem morandum cenſuit, ut fortunâ alternante, tempori „ conſuleret. Quum autem Regnum „ Africanum per Principum litteras in „ utramque agitari partem intellexiſſet; „ quumque Regis *Granatæ* ſubſidium „ ſibi quoque defuturum certò comperiſſet, Chriſtianum *Hiſpalis* Regem adiit, à quo humaniter & blandis ſanè verbis excipitur; inde navi „ quam ipſi Rex ad iter paravit, unâ „ cum ſuis vectus, ad littora *Gomeræ* „ appulit: ubi diebus aliquot interpoſitis, ſpes illi haud exigua *Septæ*, *Tingis*

تونس فملكها في رمضان من عام ثمانية وخمسين وسبعماية واستمرت دعوته بها الي ذي قعدة من العام وفي الرابع والعشرين لذي حجة من عام تسعة وخمسين وسبعماية كانت وفاته لعلة لازمته وتوقع لولوا امره اضطراب الاحوال بين ولديه فبويع منهما ابو بكر السعيد مختار وزيره الحسن بن عمر الفدوري ثم جيف تراجع فوته فاستخرج من بين تمريضه الي غيره وزعموا انه اغتيل وبه رمق ❁

(a) ولما استقر الامر علي ولده ابي بكر السعيد وقتل اخيه المنازع فيه ابو زيان نهض وزعر الحسن بن عمر بالكل وقام بالامر ورام ان يضبط عليه ايالة الشرق فوجه الجيش الي تلمسان لتمهيد اوطانها وقد شمر قبيل بني زيان لاسترجاعها وريع الجيش المريني لنفور نفوس اهل تلك الجهات عنه فقدموا سلطانا من انفسهم منصور بن سليمن ابن منصور بن عبد الواحد بن يعقوب رجل كهل من اولي الرجاحة والترسيح الي الامارة وصرفوا به وجوههم الي الحضرة وخرج الوزير بالولد السعيد الي مدافعته ففر عنه الناس ورجع به الي دار ملكه فعمل عليه الانحصار ونازله منصور بن سليمن وخلصت له الطاعة في جميع اقطار المغرب ❁

„ *gis* & *Asilæ*, (quam *Arzillam* nominat Leo Africanus *pag.* 156.) „ incolas sibi subjiciendi affulsit. Quæ „ quidem res, *Zaianitarum* factione ad „ arma paratissimâ, male illi cessisset, „ nisi Deus rerum statum ex inopinato „ permutasset. Ea enim tempestate accidit, ut *Almansor Ben Soliman* à „ suis planè destitutus; ad *Rifæ* montes una cum filio confugerit; omnesque uno ore *Abu Salemum* Regem „ salutaverint. Quem ubi adventantem „ sensit *Almansoris* Consiliarius in „ *Marochi* arce munitus, suis rebus „ consulturus, sese in illius fidem permisit, Legatis fidelissimis ad ipsum „ missis. *Abu Salemus* intereà urbem „ ingressus anno Egiræ 760. feriâ 5. „ die 15. mensis Schabani, universâ „ fermè Africâ dominari cœpit. (a)

„ Quum ergo rerum potitus esset „ *Abu Salemus*, *Mansor* ejusque filius „ unà cum reliquis factiosis, qui in „ oppidum *Bedis* (ab Hispanis *Veles de* „ *Gomera* appellatum apud Leonem „ Africanum *pag.* 163.) sese receperunt, compede vincti, *Fessam* ducti „ sunt, ad cujus portam ad sui ignominiam, aliorumque exemplum corpore nudi sunt interfecti. Eodem regnante, *Granatæ* Rex *Ebn Nasserus* variis vexatus incommodis, Regnoque pulsus, ac rebellium armis „ non semel impetitus, in urbem *Guadix*, ut se ab hostibus tueretur, secedere cogitur. Trajecto exinde mari, *Fessam* ad Regem *Abu Salemum* „ se contulit ineunte Egiræ anno 761. „ feriâ 4. die 6. Moharami: qui ei „ magnifico & nunquam aliàs viso cum „ apparatu, Regia indutus veste, gladio cinctus, generoso equo vectus, „ magnaque nobilium caterva stipatus „ occurrit; eumque humaniter atque „ honorificè Regia domo excepit. Ibi „ ille consedit ad diem usque decimum „ octavum mensis Scheuali anni 762; „ inde ad Hispaniam cum copiis auxilia-

(a) ولما ذصير الامر للسلطان ابي عنان ظهر له ان صرف الي الاندلس طايفة من اخوته وبني عمه اما ابرهيم بن امير المسلمين ابي الحسن فاستقر بها يرتقب تحول الاحوال فحين ذعرف اضطراب الوطن وحركته مخاطبات روسايه فر الي ملك الروم وقد ايبس من اسعاف سلطان الاندلس علي هذا الغرض وقدم عليه اشبيلية فرفق له ووعده واستنزله فجهز له جفنا من اسطوله اركبه اياه ومن معه من رفقا وجهته وقصد سواحل البلاد الغربيه فنزل بساحل غمارة واستقر لديهم وثاب له امل بدخول سبتة وطنجة واصيلا في دعوته وجهزت الحصص الي مدافعته وكاد امره يفسد لولا ان الله اذال الحال بنفرة الناس عن منصور بن سليمن بواحدة وانه لما راي خذلان الناس اياه فر علي وجهه الي جبال الريف هو وولده فتلاحق الناس السلطان ابي سالم مبشرين ومستعدين وقد كان الوزير المحصور لما تعرف بجوازه من الاندلس الي طلب الامر اظهر القيام بدعوته فلم يمكنه البدا في امره ولا استيناف الحصار فراسله في جملة من ركن اليه وتحرك فدخل البلد الجديد يوم الخميس الخامس عشر من شهر شعبان عام ستين وسبعماية واستقام له الامر ودخلت الجهات كلها في طاعته ۞

„ liaribus miſſus, *Granatæ* Regnum ſi-
„ bi demtum recuperavit. (a)

„ Die verò vigeſimâ menſis Dilcadat ejuſdem anni 762. Rex *Abu Salemus*, novæ urbis (*Feſſæ*) portâ ſibi clausâ, ad *Feſſam* veterem refugit, ratus cives & ſuas partes ſequuturos, & opem ſibi quàm maximam allaturos; ſed opinione falſus, ſui exitium cùm ibi, tùm ubique invenit. Nam fratre, quem habebat lunaticum, nomine *Abu Omar Taschphin*, Rege per id temporis à *Feſſanorum* factione electo, diſſidentium animos ad concordiam revocare fruſtra conatus eſt. Hinc conjuratorum manu in diem invaleſcente, illius quoque Aulæ Principibus, ſimulque amicis ab ipſo deficientibus, de ſalute omnino deſperavit: adeo ut poſtridie captus, ac prope novam *Feſſæ* urbem adductus, interemtus fuerit. (b)

„ *Taschphinus* contemptui jam habitus, imperium abdicare cogitur. Qua occaſione ſibi oblata, Princeps *Abu Mohamad Abdelhalim*, *Ben Abi Ali Omar*, Regis *Abu Said* nepos, dominandi cupidus, favorem, auramque popularem captavit; & *Feſsâ* obſeſsâ, Legatum ſuo nomine miſit urbis Prætorem *Abu Salemum*, qui à Chriſtianorum in Hiſpania Rege auxilium peteret. Inter hæc *Abu Zaianus Mohamad Ben Abi Abdelrahman* Regis *Abilhassani* nepos, *Feſſam* venit die 26. Scheuali, anno 763. ubi rerum
„ ſum-

(a) ولما استوثق الامر لابي سالم فقبض علي منصور وولده ومن معهما بباديس وسيقوا مكبولين ممثلا بهم وتفرعا في الملا وقتلا بباب البلدة وحل في حضرته ابن نصر اشارة لماجري علي الدولة النصرية لاوليات ايامه من الوثوب بها واقتحام القلعة وفرار السلطان امير المسلمين بالمدبرة عليه المكيدة وامتناعه بمدينة وادي اش ثم جوازه البحر مستدعي من قبل السلطان ابي سالم فقدم عليه مدينة فاس في يوم الاربعا السادس من شهر محرم عام احد وستين وسبعماية وبلي من تحفيه والنزول الي لقايه بالخلع والمراكب والمبرات وانسحاب الحرايات علي من له من الخدام والاتباع ما لم يسمع بمثله واقام لديه مكرما ملطفا الي الثامن عشر من شهر شوال عام اثنين وستين وسبعماية وصرفه الي طلب حقه واعانه عليه فجبره الله بسعيه ورد حقه عليه ۞

(b) وفي يوم العشرين لذي قعدة عام اثنين وستين وسبعماية سد باب البلد الجديد في وجهه وقد تحول عنه الي سكني البلد القديم توقعا لاثر قاطع تقوي به وكان البلا فيه من كلا بالمنطق وبويع به اخوه ابو عمر تاشفين المختبل ثم بادر الامير ابو سالم الي ضم الناس والشروع في المحاولة فاتسع الخرق علي الراقع وتسايل الناس الي البلد المخالف وفروا عن السلطان والتف عليه موبكب من وزرايه وخالصته تسللوا عنه وافردوه وسقط في يده فساح لا يهتدي سبيلا ومن الغد قبض عليه وسيق الي قريب من البلد الجديد وقتل ۞

„ ſummâ ad noſtram uſque ætatem „ potitur. (a)

„ *GRANATÆ HISTORIA.*

„ Procœmium *Abi Abdallæ Ben Alkhathibi Alsalemi*, viri eruditione „ & eloquentiâ clariſſimi, in *Granatæ* „ ejuſque Regum Hiſtoriam.

„ Quum Regum Annales Principibus viris exemplo, aliis verò documento ſint, ut ii potiſſimum qui certiſſimis hujuſmodi monumentis evolvendis operam navant, fortunæ viciſſitudine, rerumque caducarum varietate, ac multorum caſuum terrore perculſi, Deum non facilè obliviſcantur: Hiſtoriam idcirco Regum *Beni Nasser* conſcribendam, eorumque memoriam tenebris veluti obrutam ex Annalium vetuſtate eruendam exiſtimavi: ubi ſelectiſſima, quæ illorum Imperii fines, ſedem, reſque præclarè geſtas ſpectant, ſuo quæque ordine recenſebo. Deinde penès quos Principes, aut Duces genere & nominis celebritate claros *Granatæ* Imperium lapſis retro ſeculis fuerit; qui tùm Prætores, qui à Conſiliis, qui à Secretis apud ipſos floruerint; tùm etiam qui Reges ſummi & potentiſſimi ipſorum temporibus extiterint; ac poſtremò ſiquæ alia notatu digna videantur, referenda curabo. Hanc porrò Epitomen *Plenilunii Splendorem* inſcripſi: in qua ſiquid boni dignique reperias, propoſitum jam ſum aſſequutus & operis ac laboris pretium, idque ad Dei laudem & gloriam, cujus ductu & benignitate hoc operis jam ſcribere & in partes diſtribuere, ut ſequitur, aggredior. (b)

„ Pars

(a) ثم ازيل تاشفين وخلع وكان الامير ابو محمد عبد الحليم بن الامير ابي علي عمر بن امير المسلمين ابي سعيد تحرك داعيا لنفسه ودخل الناس في امره ونازل البلد الجديد فوجه الامير المستقر ابي سالم الي ارض الروم فوصل ابو زيان محمد بن الامير ابي عبد الرحمن ابن السلطان ابي الحسن الي البلاد الجديد ودخله في السادس والعشرين من شوال عام ثلاثة وستين وسبعماية وهو الان صاحب الامر ۞

(b) كتاب تاريخ غرناطة

المقدمة

قال الشيخ المتفنن الفصيح ابي عبد الله بن الخطيب السلماني اما بعد فان في تاريخ الدول عبرة لاولي الهني وذكرلمن غفل عن الله وسهي لتحول الاحوال وتصيير الرسوم الي الزوال وتلاعب زعازع الاهوال بالنفوس لاسيما التاريخ الذي لم يهتد لضمه لديوان لقلة عيان اوتاخر زمان فالنفوس اليه متطلعة وباجتلا انبايه متولعة لذلك ما جلبت في هذا الكتاب ذكر ملوك النصيرية علي نسق واطلعت منهم في ليل الجمر بدور عسق اذ كنت جنيت اخبارهم وقطب مدارهم وزمام دارهم فذكرت نبذا من اخبار وطنهم الذي سكنوه وافقهم الذي حسنوه بسيرهم الحميدة وزينوه ومن دال به قبلهم من امير او من ذي حسب شهير ثم تعاقبهم بحسب الزمان وسعة

„ Pars prior agit de Urbe, totius „ eorum Imperii ſede, ubi & brevis „ ejuſdem occurrit Deſcriptio; ſecunda „ de Provinciis & locis quibuſque ad „ ejus ditionem pertinentibus; tertia de „ Principibus Regibuſque qui in eadem urbe imperitarunt; quarta de „ ejus civium moribus, variiſque dotibus; quinta de ejuſdem Regum ordine, ſeu ſerie, ac rebus præclarè „ geſtis. (a)

„ PARS PRIOR

„ *DE GRANATÆ*

„ *DESCRIPTIONE.*

„ *Granata* urbs, quam exteri (Hebræi ſcilicet, ſeu Phœnices) *Garanatam*, id eſt *Peregrinorum Coloniam*, „ noſtrates *Hiſpaniarum Damaſcum* dixere, inſigne olim *Albiræ* oppidum „ erat, ab ea milliariis ferè quatuor diſſitum. Regia deinde ſedes ſæculo Egiræ quarto facta, quàm maximè inclareſcere cœpit. *Granata* porrò ad Clima „ quintum ſpectat, quod ab Oriente, „ ſcilicet *Jagorum* Regno, deductum, „ per Choraſanam, per Syriæ littora, „ atque tandem per bonam Hiſpaniæ „ partem ad Oceanum uſque Occidentalem porrigitur. Cœli temperie mitis, cæteriſque ſoli proprietatibus *Damaſco* non abſimilis certè eſt. A *Corduba*, prima & antiqua Regum ſede, quam Deus nobis reſtituat, milliariis nonaginta (ſecundùm Geographum Nubiensem centum) Orientem inter & Meridiem diſtat; à mari verò *Damaſceno*, quod ab eo in „ Occidentem & Auſtrum versùs recedit, *Baridas* plus minuſve quatuor „ abeſt.

N O T A.

Barida, Perſica vox, *Tabellarium*, vulgò *Poſta*, ſonat; eſtque menſura itineraria duabus, vel tribus conſtans paraſangis, quarum ſingulæ ſecundùm Abulphedam, alioſque rerum Orientalium Scriptores III. milliaria continent.

„ Ab Oriente & Meridie Montes, Orientem inter & Auſtrum *Alboragelat* (id eſt Turres, vel Arces, Hiſpanis *Alpujarras*); Campum „ tandem (vulgò *Campiña*, quæ vox „ Arabibus Hiſpanis etiam uſitata) „ Me-

وسعة الامكان ومن اختص بهم من قاض وكاتب ووزير اوكان علي عهدهم من ملك كبير او حادث يليق بتجليد او تسطير وسميته باللمحة البدرية في الدولة النصرية فان كانت الاجادة فهو القصد او كانت الاخرى بذل الجهد وحصلت البراءة من التقصير ولله الحمد وهاذا ابتدي وبالله اهتدي وعفوه يتغمد ما خطئته يدي وينقسم حسبما ما يذكر ☼

(a) القسم الاول في ذكر المدينة التي اقتعد هذا الملك سريرها واحكم تدبيرها ☼ القسم الثاني فيما يرجع اليها من الاقاليم والاقطار علي الايجاز والاختصار ☼ القسم الثالث فيمن دال بها من امير وسلطان شهير ☼ القسم الرابع في عوائد اهلها واوصافهم علي تباين اصنافهم ☼ القسم الخامس في نسق الدول واتصال الاواخر منها بالاول وما يخص كل دولة من الالقاب والاذيال المستطرفة والاعقاب ☼

„ Meridiem & Occaſum versùs habet. (a)

„ Eſt autem *Granata* urbium maximè maritimarum Metropolis, ſuperbum totius Regni caput, nobile mercatorum emporium, claſſiariorum militum optima parens, peregrinorum undique terrarum confluentium receptaculum, perpetuus fructuum ſibi mutuò ſuccedentium hortus, gratiſſima hominum remora, publicum ærarium, agris locisque munitiſſimis celeberrima civitas, immenſum tritici mare & leguminum præſtantiſſimorum, necnon ſerici atque ſacchari ferax fodina. Non procul ab ipſa eminet mons, *Sierra* nuncupatus, candore nivium & aquarum bonitate inſignis. Accedunt aëris ſalubritas, hortorum amœniſſimorum copia, ut & herbarum atque lectiſſimorum aromatum varietas. Inter ſingulares illius dotes ea in primis eſt cenſenda, quòd nullo anni die ſementes, vireta ac læta paſcua deſideres. Illius territorium auro, argento, plumbo, ferro, tutia, marcaſita, & ſapphirino lapide affluit. In ejus montibus, paludibuſque peucedanum, gentiana, & ſpica nardi naſcuntur. Tandem coccum in ea reperias, quo bombycina tinguntur; bombycis enim maxima ibi copia cùm ad commercium, tùm etiam ad uſum colligitur: adeò ut ejuſmodi bombycinæ veſtes mollitie, tenuitate & nobilitate Aſsyrias longè ſuperare meritò dicantur. (b)

„ Ad

(a) القسم الاول في ذكر مدينة غرناطة

غرناطة اسم اعجمي مدينة كورة البيرة وتسمي شام الاندلس وانتقل الملك اليها عام اربعماية من الهجرة ومن البيرة علي نحو فرسخ وثلث فرسخ ۞ ولها من الشهرة بنفسها واعلامها ما هو معلوم وغرناطة من معمور الاقليم الخامس يبتدي من بلاد ياجوج ثم يمر علي خراسان ثم سواحل الشام ثم علي كثير من بلاد الاندلس الي البحر المحيط الغربي فهي قريبة من الاعتدال شامية في اكثر الاحوال بينها وبين دار الملك الاول قرطبة اعادها الله تسعون ميلا وهي منها بين شرق وقبلة والبحر الشامي بين غرب وقبلة علي اربعة برد والجبال بين شرق وقبلة والبراجلات بين شرق وجوف والكنبانية بين جوف وغرب ۞

(b) فهي لمكان جوار الساحل ممارة بالسمك والبواكر طية للتجار ركاب للجهاد في البحر ولمكان استقبال مقصودة بالفواكة المتاخرة اللحاق متماسكة في الجروب معللة بالمدخرات ولمكان استدبار الكنبانية واضطبان البراجلات بحر من بحار الحنطة ومعدن من معادن الحبوب المفضلة والحرير والسكر ولمكان جبل الثلج شلير الشهر في جبال السفرة اطرب بها المياه وصح الهوا وتعددت البساتين والجنان والتف الدوح وكثرت الاعشاب الطيبة والعقاقير الدوايية ۞ ومن فضايلها ان ارضها لا تعدم زريعة ولا ربيعا ايام العام وفي عمالتها المعادن الجوهرية من الذهب والفضة الرصاص والحديد التوتيا والمرقشيشا والازورد ۞ وبجبالها وبطاحها الاندراسيون

„ Ad Campum, ſeu agrum illius „ quod attinet, amœniſſimus eſt, & „ *Damaſcena* Tempe prorsùs æmulatur; „ proindeque ad equitationem & am- „ bulationes diù noctúque planè ac- „ commodatus locus. In planitiem ſuâ- „ pte naturâ porrigitur; rivis flumi- „ nibuſque alluitur. Adjacent ubique „ complures pagi & horti, qui ædifi- „ ciorum pulchritudine, atque arbo- „ rum plantarumque cultu illum ma- „ ximè exornant; ſimulque colles ac „ montes circumjacentes quadraginta „ milliariorum ſpatium patentes penè „ ſemicirculi facie ambiunt. Neque in- „ de procul ſita eſt magna *Granatæ* „ urbs, quæ unà cum ſuburbiis præ- „ celſis ſuffulta collibus quinque, par- „ tim in clivos amœnos aſſurgit, par- „ tim in latiſſimam planitiem perpetuis „ ædificiis & habitatoribus frequentiſ- „ ſimam ad locum uſque *Cor-Alnahl* „ protenditur. Præterea quàm felicem, „ quàm formoſam illam reddant auræ „ lenitas, aëris clementia, pontes extru- „ cti, templa egregia, atque fora „ commoda, dictu vix facile eſt. Eam „ deinde ſecat inſignis amnis, nomine „ *Darro*, qui ab Oriente fluit, deinde „ extra urbem flumini *Singili*, quod ab „ Meridionali ejus latere præterfluit, „ ſeſe adjungens, per medium ſpa- „ tiatur Campum (vulgò *La Vega*); tan- „ demque rivulorum, aliarumque irri- „ guarum, quæ ſuperſunt, aquarum „ copiâ auctum, Nili inſtar creſcit, ac „ longè latéque diffuſum, *Hiſpalim* „ fertur. (a)

„ Pulchriori rurſus proſpectu ex „ adverſo eminet altera veluti urbs, „ nomine *Alhamra* (id eſt *Rubra*, vul- „ gò *Alhambra*) ubi Regia viſitur ſe- „ des; ſpectantur turres præaltæ, ar- „ ces munitiſſimæ, magnifica palatia, „ atque alia id genus pulchra ædificia, „ quæ ſuo vel aſpectu oculos, animoſ- „ que

الاذراسيون والسنبل والحنطيانا وبشعارابها القرمز الي غلة الحرير الذي فضلت تجرا وقنيت به هذه الكورة فلا يشاركها في ذلك الا البلاد العراقية مقصرة عنه رقة ولدونة وعتاقة ۞

(a) وفحصها الافيح المشبه بالغوطة حديث الركاب وسمر الليالي قد دحاه الله في بسيط تخترقه الجداول والانهار وتتزاحم به القري والجنات في احسن الوضع واحفل زرع اربعين ميلا تحدق الهضاب والجبال المتطامنة منه بشكل ثلثي دايرة فعدت المدينة منه فيما يلي المركز مسندة الي اطواد سامية وهضاب عالية ومناظر مشرفة ويشتمل شكل هذه المدينة العظيمة وما يرجع اليها من ارياضها علي جبال خمسة وسهل فسيح الساحة بعيد الاقطار متراكب العمارة لا يتخلله خراب ولا بياض علي حد ما عليه كور النحل قد ضم من النسيم ما لا يحيط به الا من كتب الحركات واحصي الانفاس الي الجسور المحكمة والمساجد العتيقة والاسواق المنتظمة يشق البلد النهر الشهير المسمي بهداره اتيا من جهة الشرق ويجتمع بخارجها بوادي شنجل الاتي من قبليها يشق الفحص الافيح ولا يزال يعظم مده بما يضاف اليه من فضول السقي ومواقع الانهار باحوازها الي ان يمر باشبيلية وقد صار نيلا عظيما ۞

„ que in admirationem ſui planè rapiunt. Hinc maxima aquarum copia, „ quæ ex variis fontibus ingenti murmure & ſtrepitu è longinquo exauditur, perlabens, agros campoſque „ irrigat. *Granatæ* ſimiliter exteriora „ mœnia circundant horti ampliſſimi, „ ac lectiſſimi, ut & arbores ſepium „ inſtar conſertæ; ita tamen ut venuſtiora illa ædificia inter ejuſmodi viridaria tanquam ſtellæ quædam micare videantur. Neque ibi eſt locus, „ qui pomariis, vineis & hortis careat. „ Deinde planities, quæ longè latéque „ patet, tot fruges atque olera fundere „ ſolet, ut nonniſi viri principes eorum „ pretia æquare opibus ſuis poſſint. Cujuſlibet enim horti annuus proventus quingentis nummis aureis æſtimatur; atque ex iis omnibus minæ triginta Regi perſolvuntur. Plures „ prætereà agri multiferi circumjacent, „ ubi nec folia virentia, nec fruges „ tempore ullo deſideres. Quo fit ut „ perpetuus eorum ſit cultus, eorumque reditus annuus viginti quinque „ aureorum millium ſummam ad noſtra uſque tempora conficiat. (a)

„ Cernas & ibi Regis rura ſumptuoſiſſima, arborum ſerie, plantarumque varietate mirum in modum „ jucunda. Pulchro etiam aſpectu ſupereminent turres; ampla patet planities; confluunt aquæ & ad balneorum uſus & ad molarum commoda „ perennes, quorum proventus in urbis cedit munitiones. Regia itaque „ hujuſmodi prædia milliariorum XX. „ ſpatiis continentur: quorum quidem „ cultui & nitori complures coloni „ validi, ac lectiſſima animalia inſerviunt; in pleriſque etiam arces, molendina & ſacræ ædes viſuntur. Ad „ hæc prædiorum ornamenta accedit „ mira telluris pinguitudo & ubertas, „ quæ ſanè præcipua rei ruſticæ pars „ eſt. Contingunt hujuſmodi prædiorum fines complura oppida circumjacentia, cùm agro, tùm populis inſignia. Qua in latiſſima regione ſunt „ etiam arva cultui & paſcuis deſtinata; ſuppetunt villæ, ſuburbia, atque „ loca frequentiſſima; rura quoque „ patent, quæ ad unum, vel duos, „ pluresve pertinent. Eorum omnium „ porrò locorum nomina ſupra tercentum

(a) ومدينة الحمرا دار الملك مطلة علي معمورها في سمت القبلة تشرف عليه منها الشرفات البيض والابراج السامية والمعاقل المنيعة والقصور الرفيعة تغشي العيون وتبهر العقول وتنحدر من فضول امياها وا فياض حوايرها وبركها في سفحة جداول تسمع علي البعد اهزاجها ويحف بسور المدينة البساتين العريضة المستخلصة والادواح الملتفة فيصير من ذلك خلق سياج تلوح نجوم الشرفات البيض اثنا خضرايه فلا تعري جهة من جهاته علي الجنات والكروم والبساتين واما ما حازه السهل من حوفيه فمني عظيمة الخضر متناهية القيم يضيق حدة من عدا اهل الملك علي الوفا باثمانها منها من يغل في السنة شطر الالف من الذهب علي حمول اثمان الخضر بهذه المدينة يختص منها بمستخلص للسلطان ما يناهز ثلاثين منية ويحيط بها ويتصل باذيالها من العقار الثمين الذي لا يعرف الجمام ولا يفارق الريع وما ينتهي المرجع العملي منه الي نحو خمسة وعشرين الف دنيرا من الذهب لعهدنا هذا ۞

„ tum numerantur. Collegia ac tem- „ pla ſunt quinquaginta; molæ autem „ aquariæ, quæ extra urbem viſuntur, „ plus centum & triginta recenſen- „ tur. (a)

„ De anno quo capta ſit *Granata* „ multùm variant Auctores. Scriptor „ enim EBN *ALCUTHIA* memoriæ pro- „ didit *JULIANUM*, qui (ut nemini latet) „ acceptas à RODERICO Rege injurias „ armis ultum ire decreverat, Arabas „ ad Hiſpaniam expugnandam inflam- „ maſſe, & THAREKUM BEN ZAIAD Du- „ cem, fuſis Chriſtianorum apud flu- „ vium *Guadalete* copiis interfectoque „ Roderico, ſic alloquutum eſſe: Quo- „ niam Hiſpanos in fugam vertiſti, eo- „ rum Proceres profligaſti, metumque „ omnibus incuſſiſti; reliquum eſt ut „ primariam illorum urbem in tuam „ redigas poteſtatem: quare auctor ti- „ bi ſum ut collectas copias in plura „ agmina diſtribuas, eaque in varias „ eorum regiones mittas. Interim iter „ *Toletum*, Hiſpaniarum caput, para; „ ibique Chriſtianorum animos in alia „ atque alia diſtractos à fœdere cum „ eorum Principibus avertere curabis. „ *TAREKUS* ergo, nullâ interpoſitâ mo- „ râ, diviſo in legiones exercitu, qua- „ rum unam *Cordubam*, duce *ALRO-* „ *MEO* gente Chriſtiano, Imperatoris „ *ALVALIDI* liberto, alteram *Malacam*, „ tertiam ad urbes *Illiberim* & *Gra-* „ *natam* miſit. *Toletum* expugnaturus, „ *Jaenum* copias unà cum Proceribus „ eduxit. Exercitus, *Malacâ* captâ, „ cum altero *Granatam* miſſo agmine „ conjunctus, *Illiberim* ad deditionem „ tandem aliquando coegit, quàm po- „ ſteà Judæis colendam, Arabibus tuen- „ dam tradidit. *MOAVIA* verò *BEN HE-* „ *SCHAM* (Regis Hiſpaniarum filius) „ aliique Scriptores ſupra memorata- „ rum urbium expugnationem dilatam „ eſſe tradunt ad Ducis *MUSÆ BEN* „ *NASSERI* in Hiſpaniam adventum, „ qui ineunte anno Egiræ 93. unà „ cum filio *Tadmirum*, *Albiram* & *Ma-* „ *lacam* ſubegit. (b)

„ Hi-

(a) وفيه مستخلص السلطان ما تضيق عنه بيوت الاموال ذرعا وغبطة وانتظاما يرجع الي دور ناجمة وبروج سامية وبيادر فسيحة وقصاب للحمايم والدواجن ماثلة منها في حمي البلدة وطوق سورها من مستخلص السلطان ما ينيف علي العشرين بها الجمل الضخمة من الرجال والفحول من الحيوان للاثارة وعلاج الفلاحة وفي كثير منها الحصون والارحا والمساجد ويتخلل هذا المتاع الغبيط الذي هو لباب الفلاحة وعين هذه المدرة الطيبة ساير القري والبلاد التي جايري الرعية مجاورة لحدودها تكر بلاد عريضة وقري اهلة منها ما انسبط وتمدن فاشترك فيه الالوف من الخلق وتعددت فيه الاشكال ومنه ما انفرد بمالك واحد او اثنين فصاعدا وتنيف اسماوها علي ثلثماية تنصب في نحو خمسين منها منابر للجمعات ۞ ويشتمل سور هذه المدينة وما وراه من الارحي الطاحنة بالما المعين علي ازيد من ماية وثلاثين رحا ۞

(b) فصل

واختلف المورخون في خبر افتتاحها فقال ابن القوطية ان يليان الذي ندب العرب الي غزو الاندلس طلبا بوتره من ملكها لذريق بما هو معلوم قال لطارق بن زياد

مفتتحها

„ Hispaniam felicissimè expugnatam Arabes undique confluentes incolere cœperunt: quos inter jure „ memorandi nobilissimi *Syri*, qui huc „ cum Balegio Principe, Bascheri Alcosairi filio, ad decem equitum millia advenere. Ii proinde *Syro-hispani* vocitantur; qui verò cum Musa „ & Tareko Hispaniam sunt ingressi, „ jure Regio *Hispani* nudè dicuntur. „ *Syri* autem cum Legione Damascena in regione *Albiræ* consedere, quæ „ ab eadem exinde *Damascus* dicta est; „ quemadmodum urbs *Jaen* à Legione „ Kinserinensi *Kinserina* (hæc vetus & „ primaria Syriæ urbs, diei unius itinere ab *Alepo* dissita: videsis Golium in Notis ad Alpherganum, *pag.* „ 276.); *Hispalis* à Legione Emesena, „ *Emessa*; atque ita loca alia ab aliis „ copiis nomen acceperunt. Hanc prætereà *Illiberitanam* Regionem nobiliores Arabum familiæ, quæ ad nostrà usque tempora ibidem spectantur, frequentarunt, in iis videlicet „ Caisi Ailani, Absi Ben Baghisi, „ Asgei Ben Raieb, Baeli, Salemi „ Ben Mansor, Gedeli, Kalebi Ben „ Raeia, Akeli Ben Cab, Halali Ben „ Amer, Alnamairi Ben Amer, Alsaleli, Algapheki Ben Alhaschek; „ necnon complures aliæ quæ ex variis „ Africæ & Arabiæ locis egressæ, in „ Hispania sedem fixere, ut Avasitæ, „ Khazragitæ, Gassanitæ, Azaditæ, „ Gautharitæ, Bagilitæ, Khathamitæ, „ Kenditæ, Sakaskitæ, Tagibitæ, Gezamitæ, id est Aditæ; Khaulanitæ, „ nempe Ben Omar; Almoapheritæ, „ Madhagitæ, Hakemitæ, Hadhramitæ, Giaphitæ, Saditæ, Hamdanitæ, Homairitæ, Ziasahitæ, Jahsabitæ, scilicet Beni Malek; Kalebitæ qui sunt Beni Vabra, ac denique Giohanitæ. (a)

„ PARS

مفتتحها عند ما كسر جيش الروم علي وادي لكه وقتل لرذريق قد فضض جيش الروم ودوخت حاميتهم وصيرت الرعب في قلوبهم فاصمد لبيضتهم ففرق جيوشك بينهم في البلدان واعمد الي طليطلة مطمعهم واشغل القوم عن النظر في امورهم والاجتماع الي اولي رايهم ۞ ففرق طارق جيوشه من سجة فبعث معيثا الرومي مولي الوليد الي قرطبة وبعث جيشا اخر الي مالقة وارسل جيشا اخر الي مدينة البيرة وغرناطة وسار هو في معظم الناس الي كورة جيان يريد طليطلة فمضي الجيش الي مالقة فافتتحها ۞ ثم لحق بجيش غرناطة فحاصر مدينتها ثم فتحها عنوة والفوا بها يهودا ضموهم الي قصبتها مع طايفة من المسلمين يسدونها ۞ وقال معوية بن هشام وغيره ان فتح ما ذكر تاخر الي دخول موسي بن نصير في سنة ثلاث وتسعين فوجه ابنه في جيش الي جهة تدمير فافتتحها ثم مضي الي البيرة فافتتحها ۞ ثم توجه الي مالقة ۞

(a) فصل

فلما استقر الفتح وبلغ حيث بلغ من النجوم سكنت العرب الاقطار وتباوت الديار ثم دخلت بعد ذلك العرب الشاميون مع الامير بلج بن بشر القشيري في عشرة الاف

„ **PARS SECUNDA**
„ *DE*
„ *GRANATÆ REGIONIBUS,*
„ *LOCISQUE AD EAM*
„ *pertinentibus.*

„ Nobile hocce Regnum Regiones „ XXXIII. complecti dicitur: quas in- „ ter ſunt Regio *Aunil*, Regio *Cam-* „ *peſtris*, *Tagerat Algibel*, (fortè *Texo-* „ *ra*) & Caſtellum *Maſanbath*, ubi *Lo-* „ *xa*, noſtrorum olim majorum patria, „ ſpectatur, quæ, uti refert in ſua *Hi-* „ *ſtoria* Ebn Hamama, ad Occaſum „ *Illiberim*, ad Meridiem *Cordubam* „ habet. Eam autem ad ripam amnis „ *Singilis* conditam eſſe anno ab Egira „ 280. Hiſpaniarum Rege Abdalla „ Ebn Mohamad, Alnasseri Regis avo „ paterno, auctor eſt Garibai. Eſt au- „ tem *Loxa* urbs pervenuſta, ſoli uber- „ tate & aquarum copia inſignis, ut & „ oppidis populiſque frequentiſſima. Re- „ gio, *Albujarat*, aliàs *Cais* dicta, ubi „ Mons *Aluzena*, atque oppidum *Lo-* „ *xa* viſuntur: ſimiliter *Albujarat An-* „ *dras*, & oppidum *Canales*; *Albuja-* „ *rat Abi Gioraire* (fortè *Ereyra*), quæ „ & Arx *Becar*, (an *Vacares*, aut *Vi-* „ *car*?) dicitur; *Albujarat Alboliola*, „ & Mons *Montexicar*; *Calat Jahſeb* „ (*Alcalà la Real*): quæ quidem Regio „ Occidentem inter & Meridiem *Gra-* „ *natam* ſpectat, à qua milliaribus „ XX. abeſt. Regio *Vega*, ubi ſita eſt „ urbs inſignis (*Granata*). Memoratam „ utramque Regionem temporibus no- „ ſtris poſt prælium *Tariphæ* expugna- „ vit hoſtis, magnam nobis afferens „ cladem. Regiones *Moſchilat*, *Motril* „ & *Cabazaca*, quas etiam improbus „ hoſtis eripuit. Regio *Camb Cais* (id „ eſt *Tribus Caiſitarum*); Regio *Camb* „ *Jemnitarum*; *Aluchar*, ad cujus juriſ- „ dictionem pertinet oppidum *Nules*; „ Regio *Schalobonia* (hodie *Salobreña*), „ ubi magnum ad maris littora extru- „ ctum cernitur Præſidium, Regis etiam „ ſpectantur ædes, aliaque ædificia at- „ que horti penſiles. Sequitur Regio „ *Almankab* (vulgò *Almuñecar*), ubi „ jacet pervetuſta hujus nominis urbs, „ pluribus miriſque monumentis ſpe- „ ctan-

الاف فارس من اعلام اهل الشام ويسمون بالشاميين ۞ فالداخلون مع موسي وطارق
يسمون بالاندلس في الرسوم والخطوط بالبلديين ۞ فاما الشاميون اختصوا بكـــورة
البيرة وهي التي اوقعوا عليها اسم دمشق جند دمشق ۞ وبكورة جيان جند قنسرين
وباشبيلية جند حمص وسواها من الكور بهذه النسبة ۞ ونزلت بهذه الكـــــــورة
الالبيرية من اعلام العرب الذين بها الي هذا العهد بيوتهم جملة من القبايل منهـــم
بيوتات من قيس عيلان ومن عبس بن بغيض ومن اشجع بن ريب ومن باهلة ومـــن
سليم بن منصور ومن جديلة ومن كلاب بن ربيعة ۞ ومن عقيل بن كعب ومـــن
هلال بن عامر ونمير بن عامر ومن سلول ومن غافق بن الشاهك ومن الانصار بنو الوس
والخزرج ومن غسان ومن الازد ومن الغوث ومن بجيلة ومن خثعم ومن كندة ومن
السكاسك ومن تجيب ومن جزام بن عدي ومن خولان بن عمرو ومن المعافريـــن
ومن مدحج ومن حكم ومن حضرموت ومن جعفي ومن سعد من همدان بـــن
حمير من ذي اصبح من يحصب بن مالك من كلب بن وبره ومن جهينة ۞

„ ctanda; Regio *Boſcherat Puchera Beni Giaſan*, ubi *Verja*, *Adra*, *Caſtilieja*, *Xobeles*, *Dalias*, quas fertilem hominum, frugumque, terram, atque locupletem Serici fodinam meritò dixeris; *Ferrera*, *Orgiba*, *Langeron*, & pernobilis urbs *Andarax*; *Orce*, *Cais*, *Marchena*, *Monduxar*, & *Boldod* (hodie *Boldui*). Item *Orce*, *Iemanitarum* Regio, ubi *Almeria* viſitur, Mahometanorum propugnaculum, ſimulque metropolis, atque emporium inſigne, ſive hortorum pulchritudine, ſive nobilium civium frequentiâ ſpectabilis. Ad hujus ditionem non pauca pertinent oppida, ab illius Ortu & Occaſu interjacentia, ut *Tabernas*, urbs quidem ampliſſima, delubris & balneis inclyta. Accedit *Orce* (id eſt *Colonia*) Arabum, ubi cernere licet Oppida *Julianella* & *Guenaje*. Ad Regionem verò *Orce Aliamnin* (vulgò *Uracina*) ſpectat Civitas *Beni Sam Ben Mohalhal*, aliàs *Guadix* nuncupata, inter præcipuas Mahometanorum urbes memoranda, aquis etiam irriguis, munimentis, & pulchritudine nulli ſecunda; complura & nobilia habet oppida, in quibus ſunt *Alcolea*, *Monda*, unde etiam viſitur *Finiana* urbs, aquarum, frugumque ubertate inclyta. Iis accenſendæ ſunt Regiones *Azara*, *Beni Auas*, *Beniomaia*, *Phornes*, ubi Caſtrum, nomine *Alſokhairat*, reperias; *Duria* (videtur *Dulias*); denique Regio, *Alphohs* dicta, (hodie *Alboz*), quæ civitates quinque complectitur, *Hamdan* videlicet, *Alphojar*, *Anbolat*, *Colubas*, & *Alkanaies*. Earum Regionum hucuſque recenſitarum meminere Scriptor ABULCASSEM ALMALAHEUS & alii in *Hiſpana Hiſtoria*: ubi illi *Granatam*, non pro ejus magnitudine ac dignitate deſcripſerunt; quippe plura prætermiſerint quàm memoravere. Cæterùm ex iiſdem Regionibus aliquot eadem noſtrâ etiam ætate retinent nomina; aliæ alia ſortitæ ſunt; aliæ everſæ omnino; complurium tandem temporis progreſſu, ut fieri ſolet, nomina ex hominum memoria excidere; unus enim Deus eſt ſuâpte naturâ immutabilis. Qui verò plura ſcire cupiat, noſtram conſulat Hiſtoriam, cui titulus *Alahathat*. (a)

PARS

(a) القسم الثاني فيما يرجع اليها من الاقاليم والاقطار

قالوا يرجع الي هذا الوطن الشريف من الاقاليم ثلاثة وثلاثون اقليما منها اقليم اونيل اقليم الفحص اقليم تاجرة الجبل وحصن مسنبط وهو بلدنا لوشة قال ابن حمامة في تاريخه لوشه من البيرة غربا وقبلة من قرطبة علي نهر شنيل بنيت عام ثمانين ومايتين في زمن عبد الله ابن محمد جد الناصر قاله غريب في كتابه وهي بلد جليل كثير الخصب متدفق المياه كثير الحصون والقري جامع للمرافق ❀ واقليم بن حبيلة قيس وفيه منت لوزه وحصن لوشة واقليم برجيلة اندره وفيه حصن قنالش واقليم برجيلة ابي جرير وهي حصن بكور واقليم برجيلة البليول وفيه منتشاقر واقليم قلعة يحصب بين غرب وجوف من البيرة علي عشرين ميلا واقليم

باغه

„ PARS TERTIA
„ *DE GRANATÆ REGIBUS*
„ *ET PRINCIPIBUS.*

„ Omnium primus Regiam hanc „ urbem conſtituiſſe incoluiſſeque fer- „ tur *Alhagebus Abu Mothi Zaui* „ *Ben Ziri Ben Manad Alsanha-* „ *gi*, aliàs *Almansor* appellatus, id- „ que anno Egiræ 403. quum *Solima-* „ *nus* Barbarorum militum Princeps, „ *Cordubâ* captâ, bonam Hiſpaniæ par- „ tem ſubegit. Ille magna nominis ce- „ lebritate ſibi per univerſam Hiſpa- „ niam parta, poſtquam *Granatæ* an- „ nos ſeptem rerum potitus erat, in „ Africam ad ſuos trajecit. In *Alman-* „ *soris* locum ſtatim ſuffectus eſt ejus „ nepos *Habus Ben Maksen*, vir for- „ titudine & arte bellica nobilis. Fato „ functus eſt anno ab Egira 429. Cui „ ſucceſſit filius *Badis*, cognomento „ *Alhagebus Almodhpher*. Hic mor- „ tuus eſt anno 465. Regnum deni- „ que obtinuit ejuſdem nepos *Abd-* „ *Alla*

باغه وبه المدينة الشهيرة وهذان الاقليمان استولي عليهما العدو علي عهدنا عقب الكاينة بطريق فعظم فيها الفجع ۞ واقليم مشيلية اقليم القبزاق وهو ايضا مما تقدم التغلب عليه جبره الله واقليم قنب قيس اقليم قنب اليمن اقليم الاشر وفيه حصن ذوالش اقليم شلوبانية وفيه المعقل العظيم بشاطي البحر فيه للسلطان قصر وبنية وبساتين عظيمة اقليم المنكب وفيه المدينة العتيقة ذات الاثار العجيبة اقليم بشرة بني جسام وفيه حصن برجه والعذره القليعة حصن شبالش ودلاية ۞ وبهذا الاقليم غبط كثير وعمران عظيم وهو معدن من معادن الحرير ۞ اقليم فربره وفيه حصن ارجبة ولانجرون وحصن اندرش وهو جليل ۞ واقليم ارش قيس وفيه مرشانة مندوشر وحصن بلذون ۞ واقليم ارش اليمن وفيه مدينة المرية معقل الاسلام ذات القصبة الشهيرة والجبانة الغزيرة والبساتين النضيرة والزمم الخضيرة ويرجع اليها من الحصون بشرقيها وغربيها عدد كثير كطبرنش وهي بلد كبير فيه المساجد والحمام ۞ واقليم ارش اليمانية وفيه جلبناله ووانجه ۞ واقليم ارش اليمنيين فيه مدينة بني سام بن مهلهل وهي مدينة وادي اش احدي قواعد الاسلام لا نظير لها سقيا ومنعة ونضارة ويرجع اليها من الحصون البنية الجليلة جملة واقليم ارش اليماني فيه القليعة ومنترو فيه مدينة فنيانة وهي كلها غزيرة السقيا والثمار واقليم فزارة اقليم بني اوس اقليم بني امية واقليم فرنش وفيه حصن الصخيرة ۞ واقليم دور واقليم الفحص خمسة اقاليم همدان الفخار انبلاط وقلوبش والكنايس ۞ ذكر ذلك ابو قاسم الملاحي وغيره واغفل اكثر مما اثبت وجلالة هذه المدينة اعظم وهذه الاقاليم منها ما استمرت الي الان شهرته بما دعي به ومنها ما عم الجهل به علي عادة الدهر مبلي الاسما والمسميات وماحي الاعلام والسمات والبقا لله ۞ ومن اراد استيفا فضايل هذه البقعة فعليه بكتابنا المسمي بالاحاطة ۞

„ ALLA BEN BALKIN BEN BADIS, qui „ anno 483. imperium abdicare coa- „ ctus eſt, JOSEPHO BEN TASCHPHIN „ LAMTUNITA Hiſpaniæ Regnum capeſ- „ ſente. (a)

„ *Granatæ* Regnum adeptus JO- „ SEPHUS BEN TASCHPHIN ſupra me- „ moratus, ſucceſſorem reliquit fi- „ lium. Inde complures ex eadem Re- „ gia *Lamtunitarum* ſtirpe provinciam „ ibidem obtinuere: in his Princeps „ ABIELHASSAN BEN ALHAGI; MAGUZ, „ ejuſque frater nomine MUSA; Prin- „ ceps ABI BAKER BEN ABRAHIM; „ Princeps ABI THAHER TAMIM; Prin- „ ceps ABI MOHAMAD BEN MAZDA- „ LI; Princeps ABI BAKER BEN MO- „ HAMAD; OTHMAN BEN IADA; ALI „ BEN GANIA: qui omnes rebus per „ ea tempora præfuerunt, donec *Al-* „ *morabidarum* tandem Imperium ever- „ ſum eſt, anno videlicet Egiræ 540. „ ſuccedentibus *Almohaditarum* Regi- „ bus. (b)

„ ABDELMUMEN ABU MOHAMAD, „ (*Almohaditarum* Princeps) Hiſpania- „ rum imperio ſibi vindicato, *Grana-* „ *tæ* Præturam propinquis ſuis dedit, „ nimirum OTHMANO ABI SAID, Cali- „ phæ filio; Principi ABI ABRAHAMO; „ ac Principi ABI ABDALLÆ (ad annum „ uſque Egirianum 626.). Hos impe- „ rio dejecit ABU ABDALLA MOHAMAD „ BEN JOSEPH BEN HUD ALGEZAMI, „ aliàs ALMOTUAKEL ALALLA nuncupa- „ tus: quem etiam non multò poſt „ BENI NASSERI Reges, viribus im- „ parem bello aggreſſi, regno expule- „ re;

(a) القسم الثالث فيمن دال بها من امير وسلطان

اول من سكن هذه المدينة وصيرها دار ملك الحاجب المنصور ابو مثني زاوي بن زيري بن مناد الصنهاجي لما تغلب جيش البربر مع اميرهم سليمن بن الحكم علي قرطبة واستولي علي الكثير من كور الاندلس عام ثلاثة واربعماية وظهر علي طوايف الاندلسيين واشتهر امره وبعد صيته ثم اجاز البحر الي بلد قومه بافريقية بعد ان ملك بغرناطة سبع سنين واستخلف عليها ابن اخيه حبوس ماكسن وكان حازما داهية فتوسع النظر الي ان مات سنة تسع وعشرين واربعماية ۞ ثم بعده ابنه الحاجب المظفر باديس وتوفي عام خمسة وستين واربعماية وبعده حفيده عبد الله بن بلقين بن باديس الي ان خلع في عام ثلاثة وثمانين واربعماية ۞ وتصير امرها الي ملك الامرا من لمتونة لما ملكوا امر المسلمين بالاندلس ۞

(b) فصل

وتصير الامر بها الي الامير يوسف بن تاشفين ثم الي ولده من بعده فتناوب امارتها جملة من ابنا ملوك لمتونة كالامير ابي الحسن بن الحاج ومجوز واخيه موسي ۞ الامير ابي يحيي بن بكر بن ابرهيم ۞ الامير ابي الطاهر تميم ۞ الامير ابي محمد بن مزدلي ۞ الامير ابي بكر بن محمد ۞ عثمان بن بده وعلي بن غانية الي ان انقرض امرهم منها عام اربعين وخمسماية ۞ وتصير الامر بها الي ملك بني عبد المومن المتسمين بالموحدين ۞

„ re; atque etiam nunc rerum ibidem „ potiuntur. (a)

„ PARS QUARTA „ *DE* „ *GRANATENSIUM MORIBUS,* „ *institutis varioque habitu.*

„ *Granatenses* religione sunt Orthodoxi, hæresi nullâ infecti; sectâ „ verò & disciplinâ *Malekitici.* Regi„bus ad omnia morigeri; laboris pa„tientes & valde munifici; formâ ve„nusti; naso mediocri præditi; ore „ albo, capillo plerumque nigro; com„modâ staturâ. Sermo, quo utuntur, „ Arabicus, dictione elegans, sententiis „ frequens atque ornatus, quamvis „ paulò fusior. In differendo, disce„ptandoque superbi ac pertinaces. Ple„rique genere sunt exteri, maximè „ Barbari. Eorum ferè vestes sunt Per„sicæ virgatæ Byssinæ pretiosissimæ, „ laneæ subtilissimæ, lineæ, sericæ, xy„linæ, atque aliæ ex tenuissimis fi„lis contextæ. Pallio Africano, seu Tu„netano (vulgò *Albornoz*) hyeme in„duuntur; æstate verò sindone alba. „ Itaque tales in Templo eos aspicias, „ quales in amœno prato verni flores „ spectantur. (b)

„ Militum autem duo sunt genera, „ quidam Hispani, Barbari alii. Hispani, „ quibus Princeps Regi sanguine con„junctus, vel quis alius in Aula di„gnitate conspicuus præesse solet, ar„mis apud Hispanos milites etiam „ usitatis, loricâ videlicet latâ, clypeo

(a) فوليها الامير ابو محمد عبد المومن بن علي وقرابته كالسيد ابي سعيد عثمان بن الخليفة والسيد ابي ابرهيم والسيد ابي عبد الله الي ان انقرض امرهم واختل ملكهم ۞ فقام عليهم بالاندلس الامير المتوكل علي الله ابو عبد الله محمد بن يوسف بن هود الجزامي عام ستة وعشرين وستماية ۞ ثم اضطرب الامر ولم ينشب ان ثار عليه هذا البيت من بني نصر ملوكها الي الان ۞

(b) القسم الرابع في عوايد اهل هذه المدينة واوصافهم علي اختلاف اصنافهم ۞

احوال هذا القطر في الدين وصلاح العقايد احوال سنية والاهوا والنحل فيهم معدومة ومذاهبهم علي مذهب مالك ابن انس امام دار الهجرة جارية وطاعتهم للامرا محكمة واخلاقهم في احتمال المعاون الجبابية جميلة وصورهم حسنة معتدلة انوفهم بيض الوانهم مسودة غالبا شعورهم متوسطة قدودهم ۞ فصيحة السنتهم عربية لغاتهم لتخليلها عرف كثير وتغلب عليها الامالة وا خلاقهم ابية في معاني المنازعات ۞ وانسابهم عربية وفيهم من البربر كثير ۞ ولباسهم الغالب علي طبقاتهم الفارسي بينهم الملف المصبغ شتا تتفاضل اجنا البزز منه بتفاضل الجدات المعاذير الكتان الحرير القطن والمرعزي والاردية الافريقية والمقاطع التونسية والمازر المشفوعة صيفا فتبصرهم في المساجد كانهم الازهار المفتحة في البطاح الكريمة تحت الاهوية المعتدلة ۞

„ pendulo, æneâ galeâ, haſtis cuſpide latioribus, atque rudi ephippiorum genere olim uſi ſunt. Hinc Vexilliferi, quorum vexillis ſingula inter ſe diſtinguebantur agmina, equo inſidentes, ea comitari ſolebant. Temporis tamen progreſſu relicto hujuſmodi armorum uſu, brevem loricam, galeam levem, ephippia Arabica, ſcuta coriacea, haſtaſque exiles adhibere cœperunt. (a)

„ Milites autem Barbari ex variis nationibus conflati, ut ſunt *Marini*, *Zaianitæ*, *Tagianitæ*, *Agiſitæ*, atque *Arabes Africani*, in varias Cohortes dividuntur, quarum ſingulæ ſuum habent Præfectum; Præfecti verò uni Imperatori parent, qui & nobili *Marinorum* genere clarus, & *Mauritaniæ* Regi propinquitate conjunctus eſſe ſolet. Ex iis pauci admodum ſunt, qui Granatenſium more, ſi eorum Sacerdotes, Judices, Doctoreſque excipias, Cidari utantur. Eorum arma ut plurimùm ſunt baculi oblongi, aliis bacillis in medio nodatis complicati, quos manibus pugnando in hoſtes impellunt. Id genus baculos *Amras*, (id eſt *Funes*) appellant. Ad uſum verò quotidianum baculos Romanis uſitatos geſtant. Ædificia ipſorum mediocris ſunt ſtructuræ; dies feſti viſu ſanè digni; ſcurrilia & obſcœna in cauponis magnâ juvenum frequentiâ canunt. (b)

„ *Granatenſium* porrò quotidianus cibus panis eſt ut plurimùm frumentaceus, & quidem optimus. Pauperes verò & operarii pane hordaceo præſtantiſſimo interdum per hyemem veſcuntur. Omni fructuum genere paſcuntur, maximè uvis, quarum ingens copia ſuppetit ob vineta lætiſſima: adeo ut annuus illorum proventus noſtrâ etiam ætate decem & quatuor aureorum millibus æſtimetur. Magna eſt illis quoque fructuum aridorum vis, quos inter ſunt fici, uvæ paſſæ, mala Metiana, mala Punica, caſtaneæ, glandes, nuces, amy-

(a) وجنودهم صنفان اندلسي وبربري الاندلسي منه يقوده رئيس من القرابة او احظيا
الدولة وزيهم في القديم شبيه بزي جيرانهم واقتلاهم من الروم في اسباغ الدروع
وتعليق الترسة وجفا البيضات واتخاذ عرض الاسنة وبشاعة قرابيس السروج واستركاب
حملة الراياة خلفهم كل منهم بسمة تخص سلاحه وشهرة يعرف بها ۞ ثم عدلوا الان
عن هذا الزي الي الجواشن المختصرة والبيضات المزهفة والسروج العربية ۞

(b) والبربري منه ترجع قبايله المرينية والتجانية العجيسية والعرب المغربية الي
اقطاب وروس يرجع امرهم الي رئيس علي روسايهم وقطب لعرفايهم من كبار
القبايل المرنية يمت الي ملك المغرب بنسب والعمايم تقل في ذي هذه الحضرة
الاماشن في شيوخهم قضاتهم وعلمايهم ۞ والجند الغربي منهم وسلاح جمهورهم العصي
الطويلة المثناة بعصي صغار ذات عري في اوساطها تدفع بالانامل عند قذفها تسمي
بالامراس قسي الفرنجة يحملون علي التدرب بها علي الايام ومبانيهم متوسطة واعيادهم
حسنة مايلة الي الاقتصاد والغنا بمدينتهم فاش حتي بالدكاكين التي تجمع
كثيرا من الاحداث ۞

„ amygdalæ, atque alia id genus quæ „ nulla anni tempestate desiderantur. „ Prætereà hîc uvæ recentes, corru„ ptionis expertes ad alteram anni par„ tem servantur. (a)

„ Eorum Moneta, quæ bonitate nul„ li profectò primas concedit, ex ar„ gento, auroque purissimo conflata „ est. Sua non desunt civibus otia, qui „ tempore vindemiæ in rura suburba„ na quotannis sese conferre solent; „ alii verò suis viribus & armis alia „ prædia unà cum suis domesticis pe„ tunt; indeque hostes aggressuri, illo„ rum confinia incursionibus vexare „ audent. Inter nobilium autem fœmi„ narum, aliarumque gratiâ, auctorita„ teve insignium ornamenta, quæ ho„ die in usu sunt, sese offerunt cin„ gulum, balteum, fasciæ crurales, ca„ lantica, auro purissimo argentoque „ mira arte intertexta, præter varios „ pedum ornatus. Ex lapidibus verò „ pretiosis hyacinthum, chrysolitum, „ smaragdum lectissimum, & alia com„ plura gemmarum genera ostentant. „ Mulieres denique sunt venustæ, at„ que staturæ mediæ: ita ut proceras „ non nisi raro in illis reperias; molles, „ comam promissam nutriunt; dentium „ candore insignes, & odore fragran„ tes exquisito; gressu agiles, ingenio „ acuto, sermonis lepore præditæ. Cæ„ terùm ætatis nostræ mulierum eò pro„ cessit ostentatio, simulque ars sese „ lautè, opulenter, magnificéque ve„ stiendi atque ornandi, ut illarum „ luxum insaniam penè dixeris. (b)

(a) وقوتهم الغالب البر الطيب عامة وربما اقتات في فصل الشتا الضعفة والفعلة الذرة العزبة امثل اصناف القطاني الطيبة ۞ فواكهم رغدة والعنب بحر لاافة كرومه التي تبالها الخرج علي اربعة عشر الفا لهذا العهد وفواكهم اليابسة عامة العام متعددة يدخرون العنب سليما من الفساد الي ثلثي العام الي غيره من التين والزبيب والتفاح الرمان القسطل البلوط الجوز اللوز الي غير ذلك مما لا ينقطع ولا ينفصل ۞

(b) وصرفهم فضة خالصة وذهب ابريز محفوظ لا تفضل سكتهم سكة ۞ وعادة اهل هذه المدينة الانتقال الي حلال العصير اوان ادراكه بما يشتمل عليه دورهم والبروز الي الفحوص باولادهم وعيالهم معولين علي شهامتهم واسلحتهم علي كثب عدوهم واتصال ابصارهم بحدود ارضه ۞ وحليهم في القلايد والدمالج والخلاخيل الشبوق الذهب الخالص في اولي الجرة واللجين في كثير من الات الرجلين والاحجار النفيسة من الياقوت والزبرجد الزمرد ونفيس الجوهر كثير فيمن ترفع من طبقاتهم المستندة الي ظل دولة او اعرف اصالة موفورة ۞ وحريمهم حريم جميل موصوف باعتدال السمن وتنعم الجسوم واسترسال الشعور ونقا الثغور وطيب الشذا وخفة الحركات نبل الكلام حسن المحاورة الا ان الطول يندر فيهن وقد بلغن من التفنن في الزينة لهذا العهد والمظاهرة بين المصبغات والتنافس في الذهبيات والديباجات والتماجن في اشكال الحلي الي غاية بعيدة ۞

„ PARS QUINTA
„ *DE*
„ *GRANATÆ REGIBUS,*
„ *eorumque Serie.*

„ Regum *Granatæ*, qui *Naſſaritæ* & „ *Beni Naſſer* vocitantur, Princeps at- „ que Auctor fuit *Mohamad Abu Abd-* „ *alla Ben Joseph Ben Mohamad* „ *Ben Ahmad Ben Mohamad*, *Ben* „ *Khamis Ben Akil Alkhazragita*, Fi- „ delium Imperator, necnon Hiſpaniæ „ Rex, cognomento *Algaleb Billa*. Is „ in urbe *Arjona*, quæ ad feliciſſimum „ feraciſſimumque *Cordubæ* agrum (vul- „ gò *Campiña*) pertinet, claris, iiſque di- „ tiſſimis parentibus natus, inſignium „ virorum nactus eſt diſciplinam. Ubi „ autem ille jam adoleſcens ſanguinem „ venis ſenſit efferveſcere, imperandi „ cupidine flagrare, ac magna moliri „ cœpit. (a)

„ Ad illius mores quod attinet, vir „ erat domi militiæque planè admira- „ bilis; miles enim egregius, plenuſque „ animi & roboris ſemper eſt habitus; „ otii inimicus & ſui commodi non „ ſtudioſus; cultu perparcus & fruga- „ liſſimus Princeps; in acie expertus „ ſimulque temporum callidus, aſpe- „ ctu etiam & auctoritate verendus; „ expeditiſſimus Dux, atque magnus „ diſcriminum contemptor. Uxores non „ niſi genere pares ſibi adjunxit; do- „ meſticorum commodis conſulebat; „ atque Regia vectigalia pari cum mo- „ deratione exigebat. Præliis ipſemet „ interfuit, quæ Hiſtorici fusè latéque „ proſequuntur. Veſte vulgari indutus „ in ocreis incedebat; ſuarum rerum „ ita ſatagebat, ut labori nulli parce- „ ret. Die autem veneris (anni 629.) „ proſpero marte urbem *Jaen*, mox „ *Granatam* expugnavit. Memoriæ pro- „ ditum eſt illum, ubi ſolium aſcen- „ dit, *Granatæ* pauperibus, ſenibus, cæ- „ teriſque labori ineptis hominibus vi- „ tæ præſidia ſuppeditaſſe, quæ etiam- „ num ipſi obtinent. Rerum quoque „ *Hiſpali* & *Cordubæ* ad tempus per- „ breve potitus eſt, ut fuſiùs ſuo loco „ diſſeruimus. *Granatæ* regnum ade- „ ptus, de arce *Alhamra*, (vulgò *Alham-* „ *bra*) extruenda cogitavit. Quamob- „ rem neceſſitate impulſus, vectigalia „ quædam ſubditis ad ejus ædificii ex- „ tructionem impoſuit: cui & ipſe ad- „ fuit ac præfuit. Eo tandem opere „ jam abſoluto, aquiſque illuc dedu- „ ctis uberrimis, ſedem ibidem Re- „ giam fixit. Inito cum finitimis Regi- „ bus fœdere, ſic divitiis affluere cœ- „ pit, ut Regium ærarium auro, ar- „ gentoque cumulaverit, & horrea Ar- „ ci contermina frumento, omnium- „ que leguminum genere compleverit. „ Montem prætereà præſidiis, armiſ- „ que

(a) القسم الخامس في نسق الدول واتصال الاواخر منها بالاول

امير المسلمين ابو عبد الله محمد بن يوسف بن محمد بن احمد بن محمد بن خميس بن عقيل الخزرجي الانصاري سلطان الاندلس ودايلها وجزم الامرا النصريين بها يلقب بالغالب بالله ۞ نشا بارجونة من كنبانية قرطبة اطيب البلاد مدرة واوفرها غلة في ظل نعمة وعلاج فلاحة وبين يدي نجدة وشهرة بحيث اقتضي ذلك ان نبض له شريان طلب الملك وانطوت افكاره علي تاميل الامر والرياسة فقدحوا رغبته واثاروا طمعه ۞

„ que munivit, ac undique circumſe-
„ pſit. Iis ſanè feliciter ille potitus eſt
„ quæ ſibi & cogitandi & agendi ſo-
„ lertiâ comparaverat. (a)

„ De illius verò vitâ. Sub initium
„ jam Hiſpaniæ, jam Africæ Regibus
„ ad tempus paruit: quibus & opes
„ & copias acceptas poſteà retulit.
„ Nondum Regnum adeptus, ſupre-
„ mam Caliphæ *Almostanseri* ex *Ab-*
„ *baſidarum* ſtirpe auctoritatem unà
„ cum Rege *Ben Hud* in Hiſpania
„ ſuſtentavit, atque acerrimè defen-
„ dit. Jamque Rex creatus, in heb-
„ domada bis admittendis, audien-
„ diſque viris injuriâ affectis, perinde
„ ac ſupplicibus operam dabat; faci-
„ lis etiam Poëtis, ac Legatis patebat
„ ad ipſum aditus. De rebus autem
„ graviſſimis populi Primores, Judi-
„ ces, cæteroſque etiam viros dignitate
„ ſpectatiſſimos frequenti ſenatu con-
„ ſulebat; eaſdemque exinde in ſecre-
„ to conſilio proponens, ſuis ſingulas
„ cauſas Judicibus permittebat; curam-
„ que quibuſdam militiæ Ducibus de-
„ mandabat. (b)

„ Filios reliquit tres, *Mohametum*,
„ ſui

(a) حاله كان هذا السلطان اية من ايات الله في السلامة والجهورية جندبا ثغريا شهما ابدا عظيم التجلد رافضا للدعة والراحة موثرا للتقشف والاجتزا باليسير متبلغا بالقليل بعيدا من التصنع جافي السلاح شديد الحزم مرهوب الاقدام عظيم التشمير محتقرا للعظيمة مقردا لصنفه مصطنعا لاهل بيته قطا في طلب حقه مباشرا للحرب بنفسه تتغالي الحكاة في موقع سلاحه يخصف النعل ويلبس الخشن ويوثر التبدي ويستشعر الجد في اموره وسعد بيوم الجمعه ان كان فيه تملكه مدينة جيان ثم حضرة الملك غرناطة وقبل يوم قيامه شرع الصدقة الجاريه علي ضعفا اهل الحضرة وزمناهم الي اليوم ۞ وتملك اشبيلية وقرطبة برهة يسيرة ثم خرجتا عن نظره في خبر طويل ولما تم له تملك الحضرة اضطر الي المال فعظم علي العمل ضغطه وابتني حصن الحمرا وجلب له الما وسكنه وباشر بنفسه الحسبانات بتوفر ماله وغص بالصامت خزاينه وعقد السلم الكبيرة وذهنا امره وامكنه الاستعداد فاقعم الاهرا وملا بطن الجبل المتصل بمعقله حبوبا مختلفة وخزاين دوره مالا وسلاحا واوريه ظهرا وكراعا فوجد فايدة استعداده ولجا الي ما ادخره من عتاده ۞

(b) سيرته ۞ تظاهر لاول امره بطاعة الملوك بالعدوة وافريقية فخطب لهم زمانا يسيرا وتوصل بسبب ذلك الي امداد منهم بمال واعانة ولقبل ماافتتح امره بالدعا للمستنصر العباسي ببغداد حانيا حذو سميه بن هود للهج العامة في وقته بتقلد تلك الدعوة من بالعراق لقد ابعدت مرماك الي ان نزع عن ذلك كله وكان يعقد للناس مجلسا عاما يومين في كل اسبوع يرتفع اليه الظلامات ويشافه طلاب الحا لجت وينشده الشعرا ويدخل اليه الوفود ويشاور ارباب النصايح في مجلس يحضره اعيان الحضرة وقضاة الجماعة ۞ ثم ينتقل الي مجلس خاص ينظر فيه في اموره فيصرف كل قصة الي

من

„ ſui Succeſſorem, *Fidelium Imperatorem* nuncupatum; & Principes *Ben Fargiam*, ac *Josephum*, qui, vivente patre, fato functi ſunt. (a)

„ Viros à ſecretis habuit illuſtres: in his *Abu Marvanum Abdelmalekum Ben Josephum Ben Sananid*, genere, ac nobilitate ſuæ civitatis *Jaen* facilè principem, qui & Viziratûs honores præ aliis ſuæ gentis meruit; *Ali Ben Abrahim Alschaibani Azaditam* inter Granatenſes genere & virtute clarum, cui poſteà in eodem munere ſucceſſit *Mohamad* ejus filius, vir naturâ ſummè lenis & honeſtiſſimus; *Abu Abdalla Mohamad Ben Mohamad Ben Alramimi*, olim claſſis Præfectum, cujus pater in *Almeria* urbe ob res præclarè geſtas magnum ſibi nomen adeptus eſt; *Iahiam Ben Alkateb*, *Granatæ* nobili ſtirpe editum, atque alios, quos enumerare nimis longum eſſet. (b)

„ Ab Epiſtolis verò & libellis inter alios recenſentur *Abulhassenus Ali Ben Mohamad Ben Ali Ben Maidham Alraini*, genere conſpicuus; *Abu Baker Ben Khathab*; & *Abu Omar Josephus Ben Mohamad Ben Said Aliahsi Loxanus*. (c)

„ Judices quos nactus eſt, præcipui fuere *Abu Amer Iahia Ben Abdelrahman Ben Rabii Alaſcharita*, genere & dignitate ſpectatiſſimus; *Abu Abdalla Mohamad Ben Abrahim Ben Mohamad Ben Abdelgialil Ben Galeb Alansaræus*, familia, & Juriſprudentia clarus; *Abu Abdalla Mohamad Ben Abrahim Ben Abdelsalam Altamimi*, criminum Quæſitor, mei parentis conſobrinus; *Abu Abdalla Mohamad Ben Aiadh Ben Mohamad Ben Aiadh Musa Aliahsabi*, pronepos Judicis *Abilphadh Aiadh*, vir nobilis in primis & continens, ut & veritatis acerrimus defenſor, atque integerrimus; *Abu Abdalla Ben Adha*, familia conſpicuus, qui brevi rebus humanis ereptus eſt; *Abulcassemus Abdalla Ben Abi Amer Ben Iahia* „ *Ben*

من يليق به النظر فيها ويواكل في العشيات خاصة من قرابتهم ومن يليهم من نبهـــا
القواد ۞

(a) اولاده اعقب ثلاثة من الذكور محمدا ولي عهده وامير المسلمين علي اثـــــره
والامير بن فرجا ويوسف توفيا علي حياته ۞

(b) وزراوه جماعة من الوزرا الجلة منهم الوزير ابو المروان عبد الملك بن يوســـف
بن صناديد زعيم قاعدة جيان وهو الذي امكنه من ناصيتها وعلي ابن ابرهيـــــــم
الشيباني من وجوه اهل غرناطة ازدي النسب فاضل متخصص ثم ابنه محمد بعده من
اولي الدماثة والوقار والقايد الريس ابو عبد الله محمد بن محمد بن الرميمي ولابيه
الظهور بمدينة المرية ويحيي بن الكاتب من اهل حضرته وارباب النعم وغيرهم ممن
لم تنفسح له المدة ۞

(c) كتابه ابو الحسن علي بن محمد بن علي بن ميضم الرعيني شهر بنسبه ۞ وابي
بكر بن خطاب وابي عمر يوسف بن محمد بن سعيد اليحصبي اللوشي ۞

„ *Ben Abdelrahman Ben Rabii Alscharita*; denique *Abu Baker Mohamad Ben Phath Ben Ali*, aliàs *Alaschbaron* nuncupatus, patriâ *Hispalensis*. (a)

„ Regum autem Mahometanorum qui, eo Rege, cùm in Africa, tùm *Marochi* imperitabant, hæc series. *Almamunus Edris Ben Ali Ben Abdelmumen* ex *Almohaditarum* stirpe, quicum *Iahia Alnasseri* filius acriter de principatu certavit, mox victus fususque loca in montibus tutiora sibi quæsivit. *Almamuno* jam demortuo, Regnum sibi vindicavit ejus filius *Abdelvahed Abu Mohamad*, cognomento *Alraschid*, ineunte nimirum anno Egiræ 630. ad annum usque 640. Cui posteà successit illius frater *Ali Abulhassenus Ben Edris*, aliàs *Alsaid* appellatus, qui tandem anno Egiræ 646. extra urbem *Tremissenum* interfectus est. In ejus locum suffectus *Omarus Ben Isac*, alio nomine *Almortadhi*; verùm hic etiam ab *Edriso Abu Dabus*, cui cognomen *Alhuathecus*, vita & Regno spoliatus est, idque sub initium anni 665. Is tamen *Edrisus* regnum haud diuturnum tenuit. Ex quo factum est, ut *Marinorum* Princeps rerum summâ *Marochi* potiretur: unde inclyti prodiere fratres & Reges *Othmanus Abu Hamu*, *Abu Iahia*, atque Fidelium Imperator *Abu Joseph Jacobus*, qui ad Regis *Granatæ* obitum, de quo sermo, regnum perduxit. Prætereà per id temporis in urbe *Tremisseno* regnabat *Iagmarasanus*, *Zaianitarum* Princeps celeberrimus & memoriâ dignissimus, ubi & priùs Regni gubernacula tenuerat ejusdem fratris uxor. *Tuneti* verò Rex erat *Abu Zacharia Iahia Ben Abdelvahed* ex *Haphsitarum* Dynastia, qui ab eodem *Granatæ* Rege per litteras opem consequutus est, ut alibi meminimus. Post hunc ejus filius *Abu Abdalla Almostanserus Billa* imperitavit ad annum usque 674. *Granatæ* jam Rege memorati *Mohamedi Abu Abdallæ* filio. (b)

„ Ex Regibus verò Christianorum,

„ *Fer-*

(a) قضاته جملة منهم ابو عامر يحيي بن عبد الرحمن بن ربيع الاشعري من جلة
الاندلس بيتا ومنصبا ثم الفقيه الجليل القاضي ابو عبد الله محمد بن ابرهيم بن
محمد بن عبد الجليل بن غالب الانصاري ۞ ثم الفقيه القاضي ابو عبد الله محمد
بن ابرهيم بن عبد السلام التميمي وهذا الرجل عم اخي والدي لامه احد قضاة العدل ۞
ثم القاضي العدل ابو عبد الله محمد بن عياض بن محمد بن عياض بن موسى
اليحصبي حفيد القاضي ابا الفضل عياض من اهل الورع والجلالة والتصميم في الحق
لا تاخذه في الله لومة لايم ۞ ثم القاضي الحسيب ابو عبد الله بن اضحي وبيته شهير
ولم تطل مدته ۞ ثم القاضي العالم ابو القاسم عبد الله بن ابي عامر بن يحيي بن
عبد الرحمن بن ربيع الاشعري ۞ ثم القاضي ابو بكر محمد بن فتح بن علي
الاشبيلي الملقب بالاشبرون ۞

(b) الملوك على عهده بوطن المغرب ثم بمراكش المامون ادريس من بني عبد المومن

بن

„ FERANDVS ALPHONSI filius, SANCTII „ Imperatoris nepos, *Caſtellæ* Rex, qui „ *Cordubam* & *Hiſpalim* expugnavit. „ Quum autem diem obiiſſet, in re- „ gnum ſucceſſit filius ejus ALPHONSVS, „ qui anno XXXIII. regnavit ad filii „ uſque MOHAMEDI tempora. Deinde „ JACOBVS PETRI filius, ac ALPHONSI „ nepos, *Barcinonis* Comes, idemque „ *Aragoniæ* Rex. Hic *Valentiam* Regi „ ABV GIOMAIEL ZAIAN BEN MARZ- „ DANISCHO eripuit, ibique Regiam fi- „ xit ſedem. (a)

„ Memoranda. EBN KHALEDVS, BE- „ NI KHALEDORVM avus, urbis *Jaen* „ Princeps, ab eodem Rege arceſſitus, „ *Granatam* venit ſub finem menſis „ Ramdani, anno Egiræ 635. ibique „ addictiorem clientelam illi profeſſus „ eſt...... Anno verò 643. inducias „ ad multos annos iniit cum *Chriſtia-* „ *norum* Rege, poſtquam illum apud „ arcem *Bolullos*, à *Granata* milliariis „ XII. diſſitam, ingenti clade affe- „ cerat. Anno denique 662. filium „ Regni ſui ſucceſſorem deſignavit. „ Exercitum præterea ex variis natio- „ nibus conflatum in prælia coegit. (b)

„ Na-

بن علي مزاحما ليحيي ابن الناصر فارا امامه معتصما بالجبل ۞ ولما توفي المامون
ولي ولده الرشيد في اول سنة ثلاثين وستماية وهو ابو محمد عبد الواحد توفي عن
عشر من السنين وولي اخوه ابو الحسن علي بن ادريس الملقب بالسعيد وقتل بظاهر
تلمسان سنة ست واربعين وستماية وولي ابو حفص عمر بن اسحق المرتضي الي ان
قتله ادريس الواثق ابو دبوس في اوايل عام خمسة وستين وولي بعده يسيرا واستولي
علي مراكش ملك بني مرين فتعاقبت منهم ملوك جلة منهم الامير عثمان واخوه
حمو واخوهما ابو يحيي بنو عبد الحق واستقر الملك في اي املاكهم امير المسلمين
ابي يوسف يعقوب الي اخر ايامه ۞ وبتلمسان يغمراسن بن زيان اول ملوكهم
وتقدمته امراة اخيه قبله ولاكن يغمراسن حاز الشهرة واستحق الذكر ۞ وبتونس
الامير ابو زكريا يحيي بن عبد الواحد بن ابي حفص وقد مر ذكره وخاطبه
السلطان والتمس رفده ۞ ولما توفي ولي ولده بعده ابو عبد الله المستنصر بالله
واستمرت ايامه مساوقه الي ايام السلطان الي ان توفي بعده علي ايام ولده عام اربعة
وسبعين وستماية ۞

(a) ومن ملوك النصاري بقشتالة فرانده بن الفونش بن شانجه الانبرطور وهو الذي
ملك قرطبة واشبيلية ۞ ولما هلك ولي بعده الفونش ولده ثلثة وثلاثين سنة واستمر
ملكه مدة ولايته وصدرا من دولة ولده بعده ۞ وبرغون جايمش بن بيطره بن الفونش
قمط برشلونه وهو الذي اخذ مدينة بلنسيه وصيرها دار ملكه من يدي ابي جميل
زيان بن مرذنيش ۞

(b) بعض اخباره قام بدعوته ابن خالد جد بني خالد بغرناطه واستدعاه وهو بجيان
فبادر اليها في اخريات رمضان من عام خمسة وثلاثين وستماية .... وفي سنة ثلاث
واربعين

„ Natus est in urbe *Arjona* anno „ prælii de *Alarcos* dicti, Egiræ videlicet 591. Christi 1194.„ (Auctori nostro consonant Arabum Scriptores optimæ notæ, illiusque ævi æquales, qui uno ore testantur prælium de *Alarcos* commissum esse anno Egiræ 591. feriâ 4. die 9. mensis Schabani; atque ut alios prætermittam, *Alhomaidævs*, & eruditissimus *Ebn Alabarvs*). „ Anno verò 671. die 15. Gemadi posterioris jam senex ætate confectus, dum „ ingenti fortissimorum hostium exercitui extra urbem occurrit, in gravem morbum incidit. Quare urbem „ repetere cogitur curru invectus & „ Proceribus comitatus, quos inter principem sibi vindicat locum *Sabervs Magnvs*. Quum autem morbus interea ingravesceret, iterque prosequi „ minimè valeret; in loco quodam decubuit, ubi accedente bilioso vomitu, vitam finivit anno eodem qui supra, feriâ 6. die 29. Gemadi posterioris; sepultusque in antiquo & communi cœmeterio; ejusque corpus „ ibi in arca argentea conditum: hoc „ autem epitaphium marmori insculptum ad hanc usque diem extat. (a)

„ *Hic jacet magnus & excelsus* „ *Rex*, Mahometanorum *gloria*, *hominum pulchritudo*, *noctium dierumque decus*, *suæ gentis auxilium*, *ros* „ *misericordiæ*, *Dominus & Princeps* „ *populi*, *Legis lux atque defensor*, *Veritatis gladius*, *hominum Rector*, *Leo* „ *belli*, *hostium excidium*, *rerum columen*, *confinium Propugnator*, *exercituum Debellator*, *Tyrannorum &* „ *Infidelium Domitor*, *Fidelium Imperator*, *Dux populi delecti & pii*, *Fidei tutamen & Regum honor*: *qui* „ *bella Dei gessit*, *ejusque ope hostes vicit*, Abu Abdalla *videlicet* Mohamad „ Ben Joseph Ben Nasser Alansaræus, „ *quem Deus in summo honorum gradu* „ *inter Prophetas*, *Justos*, *Martyres*, „ *Sanctosque collocet. Hic in lucem editus*, *felicem*, *Deo annuente*, *sortem* „ *nactus est anno Egiræ* 591. *obiit verò* „ *feriâ* 6. *horis pomeridianis die* 29. *Gemadi posterioris*, *anno* 671. *Laus* „ *Deo*, *cujus imperium perpetuum*, *regnum æternum*, *ævum perenne. Non* „ *est Deus præter Deum misericordem* „ *simulque pium.* (b)

واربعين صالح طاغية الروم وعقد معه السلم الممتدة واوقع قبل بالعدو الراتب تجاه
باب حضرته المتحصن بحصن بلبلش علي بريد من الحضرة وكان الفتح به عظيما ۞
وفي حدود اثنن وستين وستماية عقد البيعة لولي عهده واستدعي القبايل للجهاد ۞

(a) مولده عام احد وتسعين وخمسماية بارجونة في عام الارك ۞ وفي منتصف جمادي الثانية من عام احد وسبعين وستماية ورد عليه وقد اسن جملة من كبار الزعما يقودون جيشا خشينا من اتباعهم فبرز الي لقايهم بظاهر الحضرة ولما كر ايبا الي قصره سقط ببعض طريقه وقا مرة خضرا واركب وردفه بعض كبار مماليكه يدعا صابرا الكبير ۞ وكانت وفاته ليلة الجمعة التاسع والعشرين لجمادي الثانية المذكورة ودفن بالمقبرة الجامعة العتيقة في سنام السبيكة وعلي قبره اليوم منقوشا في الرخام ۞

(b) هذا قبر السلطان الاعلي عز الاسلام جمال الانام فخر الليالي والايام غياث الامة

„ *Mohamad*, Regis *Mohamedi* supra memorati filius, ex *Beni Nasseri* ſtirpe ſecundus Imperator, & Princeps potentiſſimus. Is, ut ex noſtra Hiſtoria, cui titulus *Temporum Res nova & mira*, liquet, Reges omnes magnificentiâ, fortitudine, bellicâ virtute, induſtriâ, prudentiâ, conſtantiâ & magno rerum uſu atque experientiâ ſuperavit. Etenim Aulæ Adminiſtros honoribus, militiæ Duces præmiis ampliſſimis ornavit; ac Regnum tandem, diverſas gentes miſcens, commercio locupletavit. Ad hæc accedunt ſumma illius formæ, habitûſque pulchritudo, ſolertia, animi liberalitas ac patientia. Imperii ſocius à patre, cui poſt obitum ſucceſſit, delectus eſt. Ad ſolium vix dum evectus, morem optimatibus geſſit; ad inimicorum voluntatem dexteritate, atque mira arte ſe finxit; amicos verò præmiis cumulavit. Cum iis, aliiſque animi dotibus Calligraphiæ peritiam, perelegantem etiam ac ſingularem condendorum carminum rationem conjunxit, in quibus & ſalis & acuminis multum demireris. Ita viris ſapientiſſimis ſtuduit, ut Medicorum, Aſtronomorum, Philoſophorum, Oratorum ac Poëtarum conſuetudinem in deliciis ſemper habuerit. Exorta ſub regni initium ingenti diſcordiarum tempeſtate, quam conjuratorum colluvies fovebat non ſine Hiſpaniarum motu & metu; patientiâ & conſtantiâ munitus, animo nunquam fluctuavit; quin imò cunctando rebelles, cæteroſque ſibi infenſos callidè Imperio conciliavit. Plura bella feliciter geſſit. Diù vixit, & magnam ſui nominis celebritatem ubique terrarum adeptus eſt. (a)

„ Fi-

الامة غيث الرحمة قطب الملة نور الشريعة حامي السنة سيف الحق كافل الخلـــق
اسد الهيجا حمام الاعدا قوام الامور ضابط الثغور كاسر الجيوش قامع الطغاة قاهر
الكفرة والبغاة امير المومنين علم المهتديين قدوة المتقين عصمة الدين شـــــــرف
الملوك والسلاطين الغالب بالله المجاهد في سبيل الله ابو عبد الله محمد بن يوسـف
بن نصر الانصاري رفعه الله اعلي عليين والحقه بالذين انعم عليهم من النبيـــــــين
والصديقين والشهدا والصالحين ولا رضي الله عنه واتاه رحمة من لدنه عام احـــد
وتسعين وخمسماية ۞ وكانت وفاته يوم الجمعة بعد صلاة العصر التاسع والعشريـن
لشهر جمادي الاخرة عام احد وسبعين وستماية فسبحان من لا يفني سلطانه ولايبيد
ملكه ولاينقضي زمانه لااله الاهو الرحمن الرحيم ۞

(a) امير المسلمين محمد ولد المترجم به ثاني الملوك من بني نصر وعظيمهم وفحل
جماعتهم ۞ حاله من كتاب طرفة العصر من تاليفنا كان هذا السلطان اوحـــد
الملوك جلالة وصرامة وحزما ممهد الدولة الذي وضع القاب خدمتها وقرر مراتبهــا
واستجاد ابطالها واقام رسوم الملك فيها واستدر جبايتها مستظهرا على ذلك بسعـة
الذرع واصالة السياسة رصانة العقل وشدة الاسر ووفور الدها وطول الحنكة وتملـو
التجربة مليح الصورة تام الخلق بعيد الهمة كريم الخلق عظيم الصبر كثير الاناة
قام

„ Filii, quos genuit, tres recensen-
„ tur: *Mohamad* videlicet, de quo,
„ Deo adjuvante mox acturi sumus;
„ *Pharagius* qui ab eodem fratre in
„ vincula est conjectus; & *Alnasserus*
„ Princeps, ac posteà Regni Successor.
„ Inter præcipuos ejus Consiliarios ma-
„ ximè commendatur *Azizus Ben Ali*
„ *Ben Abdelmenem*, qui nobili fami-
„ liâ *Deniæ* natus, ex Oriente genus
„ duxit: vir formâ in primis & digni-
„ tate spectatissimus. Ferunt enim illum
„ à Rege ob mutuam, quam uterque
„ invicem habebat, ætatis, oris, habi-
„ tûs, religionis atque morum simili-
„ tudinem ad supremi Viziratus hono-
„ rem provectum fuisse. (a)

„ Ex viris autem à Secretis & Epi-
„ stolis fuere *Abu Bakerus Ben Joseph*
„ *Loxanus*, *Aliahsobita*, qui Regi *Mo-*
„ *hamedo* hujus Regis patri à Secretis
„ etiam fuerat; tùm ejus posteà filius;
„ deinde *Abu Ali Alhassanus*, &
„ *Alhassainus Mohamadi Ben Jo-*
„ *seph Aliahsobitæ* filii, ac fratres ge-
„ mini nobilissimi, quos par morum
„ elegantia, animi liberalitas, eruditio
„ non vulgaris, ac denique idem ferè
„ obitûs tempus conjunxit. Id laudis
„ etiam habet hæc *Loxanorum* Familia,
„ quòd antiqua affinitate Reges *Bene*
„ *Nasseri* contingeret. In eorum po-
„ steà locum suffectus est *Abulcasse-*
„ *mus Mohamad Ben Alabed Alansa-*
„ *ræus*, vir doctrinâ & eruditione insi-
„ gnis, qui eo munere tandiu perfun-
„ ctus est, donec eum dignitate Regi
„ libuit deturbare. Electus tandem *Abu*
„ *Abdalla Mohamad Abdelrahmani*
„ *Ben Alhakim*, Regis *Mohamadi*
„ olim Viziri filius, nobilis *Rondensis*,
„ atque Jurisconsultus inclytus. Quod
„ quidem munus obivit ad extrema
„ usque Regis tempora. (b)

قام بالامر بعد ابيه وباشره مباشرة الوزير ايام حياته فجري علي سنن من اصطناع اجناسه ومداراة عدوه واجزا صدقاته واربي عليه بخلال منها براعة الخط وحسن التوقيع واثيار العلما من الاطبا والمنجمين والحكما والكتاب والشعرا وقرض الابيات من الشعر وكثرة الملح وحرارة النادرة ✿ وطما عليه بحر من الفتنة لاول امره وتكاثر المنتزون عليه وارتجت الاندلس فثبت لزلزالها رابط الجاش ثابت المركز وبذل من الاحتيال والدها المنكوفين بجميل الصبر وطال عمره وبعد صيته واشتهر في الافاق ذكره وعظمت غزواته ✿

(a) بنوه ثلاثة ولي عهده وسميه الاتي ذكره بحول الله وفرج ثالبه المغتال ايام اخيه المذكور ونصر الامير بعده اخيه ✿ وزراوه كان وزيره الوزير الفاضل ابو سلطان عزيز بن علي بن عبد المنعم الداني منسوب الي بلده دانية من الشرق وبيته معدود في بيوتات الاشراف من اهل صقع الشرق اخلق الناس ✿ زعموا بوزارة هذا السلطان لتقارب الشبه في السن والصورة وفضل الذات الي متانة الدين وصحة الطبع ✿

(b) كتابه تولي له خطة الخطابة به والرياسة العليا لقلم الانشا جملة منهم كاتب ابيه وابن كاتبه ابو بكر بن يوسف اللوشي اليحصبي ثم الاخوان ابو علي

„ Inter Judices denique sese offerunt *Abu Bakerus Mohamad Ben Phath Ben Ali*, vulgò *Alaschbaroni*, patriâ *Hispalensis*. Is morum jam Censor, ita ad omnes casus erat paratus, ut quum militem quemdam in foro ebrium, simulque insolentiùs in populum circumfusum irruentem offendisset; ipse unus accurrerit, mox in illum arreptum captumque severissimè animadverterit. Huic posteà successit *Abu Abdalla Mohamad Ben Mohamad Ben Hescham*, *Ilicitanus*, Judex adeò æquus & sapiens, ut suam illi integritatem ipse Rex, non semel expertus, gratularetur. (a)

„ Ad prælia quod attinet, ipsemet & præsens & ante alios emicans aciem ducebat. Equidem ille vix è vivis sublato *Sanctio*, *Alphonsi* filio, *Christianorum* Rege, ineunte nimirum anno Egiræ 695. validissimo exercitu coacto, urbem *Quesadam* invadit: quam unà cum variis locis ad eam pertinentibus strenuè expugnatam præsidio munivit, & genti *Alhamæ* colendam dedit. Anno etiam 699. urbem *Alcabdhac* (id est *Alcaudete*, quæ milliariis circiter XVIII. ab urbe *Jaen* distat, *Geographo Nubiensi* *Alghidhac* الغيذاق dictam) arcta cinxit obsidione: quam tandem, mœnium parte diruta, victor ingreditur, effuso multorum civium sanguine, cæteris in celebrem illius arcem inclusis. Hæc autem urbs, quæ mirâ Dei providentiâ capta fuit anno Egiræ 699. Christi 1299. feriâ 1. die 8. Schevali, situ pulcra est, præsidio insignis, agro & aquarum bonitate felicissima; tùm etiam inter limitanea hostium præsidia præcipua habetur. (b)

„ Ex

علي الحسن والحسين ابنا محمد بن يوسف اللوشي وكانا توءمين وعلي احسن سنن من فضل الاخوة وكرم النفس وبضاعتهما في الادب متوسطة الغرض ووفاتهما متقاربة ۞ ولهذا البيت اللوشي ببني نصر اختصاص لجوار سابقة ۞ ثم كتب له ابو القاسم محمد بن العابد الانصاري احد الشيوخ وبقية الصدور الادبا اقام كاتبا عنه مدة الي ان ارمه انحطاطه في هوي نفسه ۞ وتولي له كتابة الانشا الفقيه المحدث الاصيل ابو عبد الله محمد بن عبد الرحمن بن الحكيم الرندي الوزير لوالده فاضطلع بها الي اخر دولته ۞

(a) قضاته تولي خطة القضا ابو بكر محمد بن فتح بن علي الاشبيلي الملقب بالاشبرون بعد ان تنقل له قبل خطة السوق فلقي سكرانا من الجند قد افرط في القحة واشتد في العربدة وحمل علي الناس فافرجوا عنه فاعترضه بنفسه وقبض عليه واستبصر في حده وبالغ في نكاله ۞ ثم ولي القضا بعده الفقيه الفاضل القاضي العدل ابو عبد الله محمد بن محمد بن هشام من اهل الش بحكاية غبطت السلطان به ودلته علي محله من العدل والفضل ۞

(b) جهاده باشر الوقايع فانجلت ظلماتها عن صبح نصره ۞ ففي شهر محرم

من

„ Ex Regibus verò Mahometanis „ qui in Africa tùnc temporis regna- „ bant, principem ſibi vindicat locum „ *Jacobus Abu Joseph Ben Abdelhac*, „ Princeps naturâ lenis & animi can- „ dore inſignis, qui *Almohaditarum* „ imperio funditùs everſo, Africam oc- „ cupavit; indeque in Hiſpaniam, ut „ alibi ſignificavimus & mox patebit, „ ad hoſtem debellandum ter & am- „ pliùs trajecit. Varium tamen erga ſe „ ſupra memoratum Granatæ Regem „ ſenſit, illum modò hoſtem, modò „ amicum expertus. *Jacobus* deni- „ que, dum bellum adverſùs eundem „ Regem gereret, diem obiit in *Inſula* „ *Viridi*, ineunte Egiræ anno 685. Re- „ rum poſteà potitus ejus filius *Jose-* „ *phus Abu Jacob*, in Hiſpaniam ve- „ nit; ibique *Granatæ* Regem prope „ *Mertolam* convenit, ut arma & vi- „ res uterque ad expeditionem *Hiſpa-* „ *lenſem*, *Cordubenſem* & *Murcianam* „ pararet. Præterea *Alphonsus Fernan-* „ *di* filius, *Sanctio* filio ab eo per ea „ tempora deficiente, ad *Jacobum* jam „ laudatum Regem, qui in Hiſpania „ ea tempeſtate aderat, non procul ab „ oppido *Tugia* ad confinia *Sierra* con- „ fugit. Eo autem mortuo, ſucceſ- „ ſit *Sanctius*, qui Regis *Granatæ* tem- „ poribus, quicum varia habuit col- „ loquia, interiit anno Egiræ 694. „ Chriſti 1294. Ejus filius *Fernandus*, „ adoleſcens in ſolio collocatur; regna- „ vitque annos XVII. (a)

„ Rex

من عام خمسة وتسعين وستمائة علي تفية طاغية الروم شانجه بن اذفونش فحشر اهل الاندلس واستفر المسلمين فاغتنم الداعية وتحرك في جيش يجره الشوك والمدر ونازل مدينة قيجاطة ففتحها الله علي يديه وتملك بسببها جملة من الحصون الراجعة اليها واسكنها جيشا من المسلمين وطايفة من الحامية ۞ وفي عام تسعة وتسعين نازل مدينة القبذاق واخذ بمخنقها واضرم القتال حولها وهد النقب طايفة من سورها بين يدي القتال فدخلها عنوة واعتصم اهلها بمعقلها الشهير واحيط بهم فتملكها علي حكمه وهي من جلالة الوضع وشهرة المنعة وخصب الساحة وطيب الما والوصول الي افلاذ فواد الكفر والاطلاع علي عوارته بحيث شهر فكان تيسير فتحها من غرايب الوجود وذلك في صلاة الظهر من يوم الاحد الثامن لشهر شوال عام تسعة وتسعين وستمائة ۞

(a) من كان علي عهده من الملوك المسلمين بالمغرب السلطان الجليل ابو يوسف يعقوب بن عبد الحق وكان ملكا صالحا ظاهر السذاجة سليم الصدر مخفوض الجناح وهو الذي استولي علي ملك الموحدين واجتث شجرتهم من فوق الارض وورث سلطانهم واجتاز الي الاندلس كما تقدم مرات ثلاثة او ازيد منها وغزا العدو وجرت بينه وبين السلطان المترجم به امور بين سلم ومناصبة وعتب واعتاب ۞ توفي بالجزيرة الخضرا في عنفوان وحشة بينه وبين هذا السلطان في محرم من عام خمسة وثمانين وستمائة وولي بعده السلطان ابو يعقوب يوسف وجاز الي الاندلس

„ Rex autem *Aragoniæ* erat Al„ phonsus *Jacobi* filius, Petri nepos. „ Huic intereà loci mortuo ſucceſſit fi„ lius, nomine *Jacobus*, qui *Alme*„ *riam Nassero* hujus Regis *Granatæ* „ filio ereptam ad illius uſque obitum „ tenuit. Erat ſanè *Jacobus*, ſi fortitu„ dinem, ſagacitatem & calliditatem „ ſpectes, Princeps incomparabilis. Cæ„ terùm Regis *Mohameti* temporibus „ ſeditiones & bella graviſſima, ipſum „ inter & Principes *Beni Aschcaliu*„ *lat* oborta, crudeſcere & ardere „ cœperunt, maximè inter *Abu Mo*„ *hamad*, & *Abulhassan* urbis *Guadix* „ Principes, & inter *Abu Mohamad* „ *Abdallam*, ac *Abu Isacum*, qui po„ ſteà in urbe *Malaca* & *Comares* re„ rum potiti ſunt: quibus tandem in „ Principatum ſucceſſit *Abu Moha*„ *mad Abdallæ* filius, qui in Africa do„ minandi cupidus, dolo & arte *Ma*„ *lacam* deſeruit. Hanc poſteà aucto„ re *Omaro Ben Mohli*, ejus præfe„ cto, *Abu Josephus* Rex Africæ ſi„ bi vindicavit. Poſtremò ſupra memo„ rati urbis *Guadix* Principes vectiga„ les ad tempus ab eodem Rege fa„ cti, permutata urbe cum *Caſer Ko*„ *tama*, quodam Africæ caſtro, illuc „ tandem diſcedere coguntur. (a)

„ Prætereà ejuſdem Regis tempo„ ribus *Jacobus Abu Joseph Ben Abd*„ *elhac*, de quo ſuprà, ex *Marinorum* „ ſtirpe Rex, in Hiſpaniam ſe contulit „ Mahometanorum ſalutem acerrimè „ propugnaturus, anno videlicet in„ eunte 672. quo quidem tempore fi„ lius à patre *Chriſtianorum Rege* odio „ & armis diſſidebat; *Mahometani* ve„ ró viribus fracti, quàm maximè lan„ guebant. Inter hæc *Jacobus*, ut ſuis „ con-

الاندلس علي عهده واجتمع به بظاهر مربلة هو وابوه علي اشبيلية وقرطبة ومرسية وغيرها واتصلت ايام الفنش بن فراندة الي ان اثار عليه ولده شانجه واقتضت الحال اجازة سلطان المغرب واستجار به وكان من لقايه اياه باحواز الصخرة من كورة ذاكرنا *lege* ذاكريا ثم هلك وملك بعده ولده شانجه واتصلت ولايته مدة ايام السلطان وجرت بينهما خطوب الي ان هلك عام اربعة وتسعين وستماية وولي بعده ولده هرانده سبع عشرة سنة وصار الملك اليه وهو صبي صغير ۞

(a) ودرغون الفنش بن جايمش بن بطره ثم هلك وولي بعده ولده جايمش الذي نازل المرية علي عهد نصر ولده واستمرت ايام حياته وكان لانظير له في الحزم والدها والقوة ومن الاحداث في ايامه تفاقم علي عهده الشر واعيادا الفتنة ولقحت حرب الروسا من بني اشقيلولة فمن دونهم فكان بمدينة وادي اش الريسان ابو محمد وابو الحسن وبمالقة وقمارش الريس ابو محمد عبد الله وبقمارش اخيرا الريس ابو اسحق ۞ فاما الريس ابو محمد فهلك وقام بامره ولده ثم خرج عنها في سبيل الانحراف والمنابذة الي ملكة ملك المغرب ثم تصير امرها الي السلطان بعد علي يد واليها من بني محلي ۞ واما الريسان فصابرا ومرنا علي المقاطعة بوادي اش زمانا طويلا وكان اخر امرهما الخروج عن وادي اش الي ملك المغرب معوضين بقصر كتامة ۞

„ consuleret, *Granatæ* Regem convenit, quem quum domesticis rebellibusque priùs reconciliaverat. Anno Egiræ proximè sequenti *Nunnium*, *Christianorum* magni nominis Ducem, penitùs fudit ac profligavit. Anno rursus 677. sub initium mensis Rabii prioris in Hispaniam trajecit, castraque ad urbem *Tar*i*pha* posuit; inde *Granatæ* Regis jam amici viribus prope *Cordubam* sese adjungens, *Hispalim* obsedit. Verùm quum pax inter utrumque diù subsistere minùs posset; Jacobus *Malacam*, cedente illius Principe, occupat eodem anno Egiræ 697. feriâ 1. die 29. Ramdani (scribendum anno 677. quum textus sit mendosus). Denique, eodem *Granatæ* Rege, Christianorum Rex *Insulam Viridem* circumsedit, quam parum profectò abfuit quin caperet. At Deo favente, paucorum militum ope urbis obsidione soluta, nostri noctis illius periculo perfuncti, respirare cœperunt die 15. Rabii prioris, anno 678. (a)

„ Natus *Granatæ* anno Egiræ 633. diem obiit anno 701 ad vesperas feriæ 1. die 8. mensis Schabani, regnum auspicatus anno 671 feriâ 1. die 7. Schabani. (b)

„ *Mohametus* tertius, *Mohameti* filius, & *Mohameti Ben Nasseri* nepos, *Granatæ* Rex, aliàs *Abu Abdalla* nuncupatus, Princeps nominis celebritate & solertiâ omnium clarissimus, formâ etiam insignis: Rex sanè incomparabilis, tùm consilio, tùm ingenio felicissimus. Is, patre Rege atque Duce, optimam nactus est di-

(a) وفي ايامه جاز السلطان ابو يوسف يعقوب ابن عبد الحق الي الاندلس عازما ومجاهدا في سبيل الله في اوايل عام اثنين وسبعين وستماية وقد فسد ما بين ابن سلطان الروم وبين الملك ابيه واغتنم المسلمون الغرة واستدعي السلطان ملك المغرب المذكور ولحق به السلطان المترجم به وجمع مجلسه بينه وبين المنتزين عليه من قرابته واجلت الحال عن وحشه وفي العام بعده كانت الوقيعة بالزعيم الكبير من زعما الروم المسمي ذنونه واستيصال شافته ۞ ثم عبر البحر ثانية بعد رجوعه الي العدوة واحتل بمدينة طريف في اوايل ربيع الاول عام سبعة وسبعين وستماية ونازل اشبيلية وكان اجتماع السلطانين بظاهر قرطبة فاتصلت اليد وصلحت الضماير ثم لم يلبث الحال ان استحالت الي الفساد فاستولي ملك المغرب علي مالقة بخروج المنتزي بها اليه يوم الاربعا التاسع والعشرين لرمضان عام سبعة وتسعين وستماية ۞ وعلي عهده نازل طاغية الروم الخضرا واخذ بمخنقها واشرف علي افتتاحها فرفع الله عنها ونفس حصرها وعلي يدي الفية القليلة من المسلمين فعظم المنح واسفر الليل وانجلت الشدة في وسط شهر ربيع الاول من عام ثمانية وسبعين وستماية ۞

(b) مولده بغرناطة عام ثلاثة وثلاثين وستماية ووفاته في ليلة الاحد ثامن شعبان من عام احد وسبعماية وتصير اليه الملك يوم الاحد السابع شعبان من عام احد وسبعين وستماية ۞

„ disciplinam; quippe ad imperii administrationem eruditus, rerumque jam expertus, rempublicam unà cum ipso tractavit: cui posteà in regnum successit, ejus vestigiis omnino insistens. Gravissimis Regni curis, id postulante iniqui illius temporis ratione, distentus, ad multam usque noctem prælucentibus funalibus de Reipublicæ & domûs Regiæ commodis cogitando, frequenter vigilare solebat, excubantibus quibusdam qui transactas horas annotarent: unde epiphorâ laborare cœpit. Cæterùm res illi omnes, fortuna comite, ad nutum fluebant; quippe qui hostes non semel vicerit, pacemque cum Regibus inierit. Poëta ille erat insignis & Orator: adeo ut Poëtis materiem proponeret multiplicem, ac versibus etiam alternis contenderet. Viros eruditos penitùs noverat ac plurimi faciebat; cum Principibus convivari solitus erat. Ad hæc accedunt summa, qua eminebat rerum scientia, ingenii acumen, scribendi peritia, & exarandi litteras elegantia: Rex quidem optimus, nisi fuisset naturâ crudelis. (a)

Plures hîc occurrunt ejusdem Regis versus præclari, quos nos, brevitati consulentes, prætermittendos duximus.

„ Ex magnificis illius monumentis posteritati relictis est Templum maximum, quod in Regia urbe (vulgò *Alhambra*) pereleganti forma extruxit, musivo opere pictum, columnisque magnis mira quidem arte elaboratis, capitulo insuper & basi argentea insignibus suffultum; illudque postremò reditibus Balnei, quod de Christianorum & Judæorum tributis ex adverso condiderat, piæ donationis titulo assignatis locupletavit; agris prætereà emptis quos colonis serendos, metendosque ad illius emolumentum tradidit: opus quidem singulare & eximium, ac Principe illo incomparabili prorsùs dignum. (b)

„ Ubi

(a) امير المسلمين محمد بن محمد بن محمد بن يوسف بن نصر ابو عبد الله ثالث ملوكهم ۞ حاله كان من اعاظم اهل بيته صيتا وهمة اصيل المجد مليح الصورة عزيز الامارة ميمون النقيبة سعيد النصبة عظيم الادراك تهنا العيش مدة ابيه وتملا السياسة حياته وباشر الامور بين يديه ۞ ثم تولي الامر بعد ابيه فاجراه علي ديدنه وتقبل سيرته ونسج علي منواله وقد كان الدهر ضايقه في حصة الصحة ونغصه ملاذ الملك بزمانة سركة بعينيه لمواصلة السهر ومباشرة انوار ضخام الشمع ان كانت تتخذ له جزوع في اجمادها مواقيت تخبر بانقضا ساعات الليل وعلي التزامه اكنه وغيبوبته في كبر بيته فقد خدمته السعود واملت بابه الفتوح وسالمته الملوك ۞ وكان يقرض الشعر فيجيز الشعرا ويرضخ للندما ويعرف مقادير العلما ويواكل الاشراف والروسا مليا من كل تجربة وحنكة جار النادرة حسن التوقيع مليح الخط يغلب علي خلقه الفظا ظه والقسوة ۞

(b) واعظم مناقبه ابتنا المسجد الاعظم بالحمرا من غرناطه علي ما هو عليه من الظرف التنجيد والترقيش من فخامة العمد واحكام انوار الفضة وابداع ثرياواتها ووقف له

„ Ubi regni gubernacula ſuſcepit,
„ urbem *Almandhar* (id eſt *aſpectu pul-*
„ *chram*) vi cepit, captivoſque ejus ci-
„ ves duxit, in his Reginam nobiliſſi-
„ mam, ſimulque pulcherrimam, quæ
„ famulis comitata, curru vecta & ſplen-
„ didè veſtita *Granatam* intravit. Eam,
„ ut fertur, uxorem ſibi adjunxit *Mauri-*
„ *taniæ* Rex. Inſignis fuit hæc victoria,
„ & ubique gentium celeberrima. (a)

„ Inter plures illi à Secretis fuit
„ *Abu Solthan Aziz Ben Ali Ben*
„ *Abdelmenemus*, *Deniæ* ſtirpe nobili
„ natus, qui diu Viziratum obtinuit.
„ Inde delectus *Aba Abdalla Moha-*
„ *mad Ben Abdelrahman Ben Abra-*
„ *him Ben Alhakim* ex *Ronda*, vul-
„ gò *Alakhami*, cujus alibi facta nobis
„ mentio, anno ſcilicet labente 703.
„ Huic uni Rex ſe, regnique admini-
„ ſtrationem omnino credidit. (b)

„ A Libellis verò & Epiſtolis complu-
„ res recenſentur, ingenio, eruditione &
„ morum elegantiâ conſpicui: quos in-
„ ter ſeſe ultrò offerunt *Abu Bakerus*
„ *Ben Schaberin*, dignitate Judex; *Abu*
„ *Abdalla Ben Assemus*; *Abu Isac Ben*
„ *Geber* Orator; *Abu Abdalla Ben Alo-*
„ *schi*, arte Poëtica inſignis; *Abu Mo-*
„ *hamad Alhadhramita*; *Abu Alhagia-*
„ *gæus*, patriâ *Dertuſanus*; & *Abu elab-*
„ *bas Ben Caraco*, Poëta diſertus. (c)

„ Judices denique inter alios fue-
„ re *Abu Abdalla Mohamad Ben*
„ *Mohamad Ben Hescham Ilicitanus*,
„ æquitate morumque integritate nul-
„ li ſecundus, qui dum Judicis mu-
„ nere fungeretur, fato functus eſt
„ anno Egiræ 704 Subiit verò in ejus
„ locum *Abu Giaphar Ahmad Ben*
„ *Mohamad Ben Ahmad Alcarschi*,
„ cognomine *Pharcon*. (d)

له الحمام بارايه وانفق فيه مال جزية غرمها من يليه من الكفار فدرا بها زرعا
جهز جيشا صايفه لانتسافه ۞ فظفر بها منقبة يتيمة ومعلوة فاق بها من تقدمه ۞

(a) جهاده اغزا الجيش لاول امره مدينة المنظر فاستولي عليها عنوة وتملك مـــن
اشتملت عليه ومنهم العلجة صاحبة المدينة من افراد عقايل الروم فقدمت الحضـــرة
في جملة من البني نبيهة المركب ظاهرة الملبس رايعة الجمال خص بها ملـــك
المغرب فاتخذها زعموا لنفسه وكان هذا الفتح عظيما والصيت لاجله بعيدا ۞

(b) وزراوه الشيخ الوزير ابو سلطان عزيز بن عبد المنعم الداني وتمادي امره برهة
ثم انهض للوزارة كاتبه ابا عبد الله محمد بن عبد الرحمان بن ابرهيم بـــن
الحكيم اللخمي الرندي وقد مر ذكره من عام ثلاثة وسبعماية وصرف اليه تدبيـــره
والقي في يده ازمة الملك ۞

(c) كتابه وكان جملة تباهي بهم الدول ادبا تفننا فضلا وظرفا كالشيخ الفقيـــه
القاضي ابي بكر بن شبرين وابي عبد الله بن عاصم والاديب ابي اسحق بن جابر
والوزير الشاعر ابي عبد الله بن اللوشي والريس ابي محمد الحضرمي والقاضـــي
ابي الحجاج الطرطوشي والشاعر المكثر ابي العباس بن الفراق ۞

(d) قضاته ابو عبد الله محمد بن محمد بن هشام الالشي قاضي العدل وخاتمـــة
اولي

„ Inter Reges, qui ejus tempori- „ bus inclaruere, primus occurrit *Jo-* „ *sephus Abu Jacob*, Jacobi Regis, *Al-* „ *mansoris* dicti, filius, *Fessæ* ex *Mari-* „ *norum* ſtirpe Rex: qui rebus compoſi- „ tis, deletiſque propinquis atque aliis, „ quorum vires & potentiam extime- „ ſceret, Imperii fines protulit, opes am- „ plificavit. In Hiſpaniam belligerandi „ causâ profectus eſt ante & poſt patris „ obitum. *Tremiſſenum* urbem obſedit, „ quam ineunte menſe Dilcadat anni „ 706. ſubegit. Eo mortuo, regni gu- „ bernacula ſuſcepit ejus nepos *Amerus* „ *Abi Thabet Ben Alamir Abi Amer* „ *Abdalla*, *Ebn Joseph Ben Jacob*. „ Is bello ſuperatis æmulis, primoribus „ etiam interfectis, quos inter Prin- „ ceps *Abu Iahia*, *Abi Josephi* Re- „ gis filius, & Princeps *Abu Salemus*, „ Regis *Abu Jacobi* filius. *Amero* qui „ regnaverat ad annum uſque Egiria- „ num 708. ſucceſſit frater *Solimanus*, „ *Abu Elrabi* dictus. (a)

„ *Tremiſſenenſe* verò Imperium erat „ penès Principem *Abu Said Othman* „ *Ben Iagmarasani* ; inde penès ejus „ fratrem *Abu Zaian* ; tandem illud „ ſuo ordine ſibi vindicarunt *Abu Amu*, „ ejuſque filius, ac Princeps *Abu Ta-* „ *schphin Abdelrahmanus* , qui re- „ gnum ad noſtri *Granatæ* Regis obi- „ tum perduxit. (b)

„ *Tuneti* autem Rex erat *Abu Abd-* „ *alla Mohamad Ben Alvatek Bil-* „ *la* ex Regia *Haphſitarum* familia, „ Princeps temperantiâ, pietate, mo- „ deſtiâ, prudentiâ atque amore erga „ viros integerrimos inclytus. Obiit „ menſe Rabio poſteriori, anno Egi- „ riano 709.

„ *Caſtellæ* verò Rex *Herandus*, „ *Sanchii* filius, & *Alphonsi* nepos, „ qui defuncto patre puer relictus, in „ tutelam, ut moris eſt, traditur. Quo „ factum eſt ut cum ipſo, dum vixit, „ pace inita, noſtri jam tuti interquie- „ ſcere cœperint.

„ *Ara-*

اولي الفضل الي ان توفي عام اربعة وسبعماية وتولي له القضا ابو جعفر احمد بن
محمد بن احمد القرشي المنبز بابن فركون ۞

(a) من كان من الملوك علي عهده واول ذلك بفاس ابو يعقوب يوسف ابن يعقوب المنصور بن عبد الحق وهو الذي وطد الدولة وجبي الاموال العريضة واستاصل من يتقي شوكته من القرابة وغيرهم وجاز الي الاندلس في ايام ابيه وبعده غازيا ثم حاصر تلمسان وملك عليها في اوايل ذي قعدة عام ستة وسبع ماية ثم صار الملك الي حافده ابي ثابت عامر بن الامير ابي عامر عبد الله بن يوسف بن يعقوب بعد اختلاف وقع ونزاع انجلي الامر فيه عن قتل جماعة من اكابرهم منهم الامير ابو يحيي ابن السلطان ابي يوسف والامير ابو سالم ابن السلطان ابي يعقوب واستمر الامر للسلطان ابي ثابت الي شهر صفر عام ثمانية وسبعماية وصار الامر بعده الي اخيه السلطان ابي الربيع سليمن ۞

(b) وبتلمسان الامير ابو سعيد عثمان بن يغمراسن ثم اخوه ابو زيان ثم ابوه الامير ابو حمو ثم ولده الامير ابو تاشفين عبد الرحمن الي اخر مدته ۞

„ *Aragoniæ* denique Rex *Jacobus*, *Alphonsi* filius, *Petri* nepos. (a)

„ Ejuſdem Regis memoranda. Quum anno 703. Princeps *Abulhagiagæus Ben Nasser*, ejus conſanguineus; ab ipſo cum civitate *Guadix* defeciſſet; illum prælio victum, patruelis operâ interficiendum curavit. Anno verò ab Egira 705. menſe Scheualo *Septam* non ſine magna ſui nominis celebritate expugnavit, regno pulſo *Abi Talebo Abdalla Ben Abielabbaso* ex *Algarphitarum* familia, ejus Principe, cujus opes reſque pretioſas ſub initium menſis Moharami anni proximè ſequentis ſibi vindicavit. (b)

„ Die Paſchatis anni Egiriani 708. Regni Proceres, Fratriſque Regis partium fautores, qui Regi inſidias dudum moliti erant, imminente jam fatali illius hora, ædem Regiam milites inſederunt: mox in primarium illius Adminiſtrum *Abu Abdalla Ben Abdelhakim* irruentes, ejus domum opibus immenſis, armis, ſupellectilibus refertam unà cum ampla Bibliotheca diripuerunt; *Nasserum*que ejuſdem Regis fratrem, Regem conſalutarunt. Itaque rumore divulgato, ad inopinatum caſum magnus fit populi tumultus, qui catervatim & licentiùs ad *Alhambram* convolans, omnia miſcet, domos expilat, manus etiam in Vizirum inſolentiùs injicit. Ad veſperam tandem ejuſdem diei Rex, imperio coram Judicibus abdicato, in Arcem Principis extra *Granatam* ad tempus perbreve, inde in urbem *Almuñecar* transfertur. Hujuſmodi Regis caſus Mahometanis quàm acerbiſſimus accidit. (c)

(a) وبتونس السلطان ابو عبد الله محمد بن الواثق بالله من بني ابي حفص من اولي العفة النودة الفضل الحشمة والعقل والعناية بالصالحين هلك في ربيع الاخر عام تسعة وسبعماية ۞

وبقشتالة هراندة ابن شنجة بن الفونش هلك ابوه وتركه صغيرا مكفولا على عادتهم فتنفس المخنق وانعقدت السلم واتصل الامان مدة ايامه ۞

وبرغون الطاغية جايمش بن الهونشه بن بطره ۞

(b) بعض الاحداث في عام ثلاثة وسبعماية ثار عليه قريبه الرئيس ابو الحجاج بن نصر بمدينة وادي اش وبادره فتغلب عليه فقتله صبرا بيد احدي بني عمه وفي شوال من عام خمسة وسبع ماية فرع الاسما النبا الغريب من تملكه مدينة سبتة وانتزاعها من يد رئيسها ابي طالب عبد الله بن ابي العباس العزفي واستاصل ما كان لرؤساها من الخزاين والذخاير فكان ذلك غرة المحرم من العام بعده ۞

(c) خلعه وفي يوم عيد الفطر من عام ثمانية وسبعماية تمت الحيلة عليه واحيط به وهو زمن مصاب بعينه مقعد في كنه داخلت طايفة منهم من كبار الدولة اخاه ففتكت بوزيره ابي عبد الله بن عبد الحكيم ونصبت للناس اخاه المذكور نصرا وكبس منزل السلطان فاحيط به وجعل عليه الحرس وتسومع بالكاينة فوقع الهفت وسال

„ Quum autem Nasserus Rex an- „ no 710. sub finem mensis Gemadi „ posterioris gravissimâ apoplexiâ cor- „ reptus esset, adeo ut jam mortuus „ crederetur; fautores de Rege *Abu* „ *Abdalla* Reipublicæ & Regno resti- „ tuendo cogitarunt. Quare in urbem „ *Almuñecar*, ubi ille exulabat, pro- „ fecti, lecticâ delatum in urbem *Gra-* „ *natam* invexerunt ineunte mense „ Ragebo ejusdem anni. Verùm fra- „ tre per id temporis ex morbo con- „ valescente, sua omnino spe decidit. „ Post hæc diem obiit sub initium „ mensis Scheuali, anno 713. qui, „ ut fertur, in lacum ex insidiis con- „ jectus, interiit. Corpus tandem Re- „ gio Sepulchro conditum est, hocce „ Epitaphio in marmore inciso. (a)

„ *Hîc jacet Rex pernobilis; Pon-* „ *tifex justus, pietate & morum in-* „ *tegritate nulli secundus; Signifer &* „ *Dux strenuus, Deo gratus, pius ac* „ *religiosus; virtutis & sanctimoniæ ve-* „ *ræ cultor, animo verbisque integerri-* „ *mus; hominum Rector, Veritatis* „ *Defensor, simulque pietatis & vir-* „ *tutis Exemplar: qui sibi subjectos cum* „ *honore & clementiâ rexit; iisque* „ *morum probitate & industriâ pacem* „ *ac securitatem peperit; qui dum vi-* „ *xit, ita se gessit, ut vitâ functus* „ *ampliorem meruerit gloriam; qui exi-* „ *mia virtutis exempla omnibus prodidit;* „ *nam perpetuum Infidelibus indixit* „ *bellum, iisque fortiter restitit; ju-* „ *stitiam æqua lance expendendam cu-* „ *ravit, servatis ubique clementiæ le-* „ *gibus; sui juris Tutor, ac Religio-* „ *gionis propugnator; suorum majorum* „ *virtutum, quorum vestigiis in regen-* „ *da tuendaque Republica insistere si-* „ *bi proposuit, & Hæres & Imitator;* „ *Mahometanorum Imperator, ac Fi-* „ *delium Adjutor: Rex sanè excelsus,* „ *idemque Dux inclytus; Nubes roris,* „ *& legum Vita; suæ gentis Decus,* „ *ac fidei Propugnaculum*, Abu Abd- „ alla, *Rex & Regis* Algalebi Billa „ *filius, stirpe* Nasserita, *cujus ani-* „ *mam Cœli excipiant hospitia. Natus* „ *est anno Egiræ* 655. *feriâ* 4. *die* 3. „ *Schabani; obiit verò divinæ gratiæ* „ *& quietis compos anno* 713. *ad* „ *ve-*

وسال من الغوغا البحر فتعلقوا بالحمرا يسلون علي الحادثة فشغلوا بانتهاب دار الوزير وبها من مال وذخيرة وكتب وسلاح وفرش وانية وخرثي ما يفوت الوصف وكان الفجع في اضاعته علي المسلمين عظيما وانطلقت عليه الايدي الخبيثة وفي اخر اليوم المذكور ادخل علي السلطان قوم من الفقها اشهدهم بخلع نفسه ونقل الي القصر المنسوب الي السيد بخارج الحضرة اقام به يسيرا ثم نقل الي مدينة المنكب ۞

(a) وفي اخريات شهر جمادي الاخرة من عام عشرة وسبعماية اصابت السلطان نصرا سكتة توقع منها موته بلا شك في حياته فوقع التفاوض الذي تمخض عن التوجيه عن السلطان ابي عبد الله الي محل اعتقاله بالمنكب ليعود له الامر فاسرع به الي غرناطة في محفة فكان حلوله بها في غرة شهر رجب من العام المذكور وافاق اخوه من مرضه ثم شاعت وفاته اوايل شوال عام ثلاثة عشر وسبعماية فذكر انه اغتيل تغريقا في البركة ودفن بمقبرة السبيكة مدفن قومه وعليه مكتوب ۞

„ *veſperas feriæ 2.* (*id eſt feria* 1.) „ *die* 3. *Scheuali. Illum Deus in ſupre-* „ *mis Cœli ſedibus cum beatis juſtiſ-* „ *que Prophetis collocet; & Domino* „ *noſtro* MOHAMETO, *ejuſque familiæ* „ *etiam atque etiam benedicat.* (a)

Ex altero marmoris latere verſus XX. in litteram ه ſimiliter deſinentes leguntur: quos, quum unum eundemque ſenſum præ ſe ferant, conſultò prætermittimus.

„ *NASSERUS MOHAMEDI*, *BEN MO-* „ *HAMEDI*, *JOSEPHI Naſſeritæ* filius, „ *ABA ALGEIUSCH* dictus, Hiſpaniæ Rex „ & fratris patriſque ſucceſſor extitit, „ inſignis oculis formâ & ſtaturâ Ju- „ venis; ad hæc natura & ingenio le- „ nis, modeſtus & ad pacem natus, „ necnon virtutis, ejuſque cultorum „ maximè ſtudioſus. Aſtronomicæ & „ Gnomonicæ ſcientiæ, præceptore „ *ABU ABDALLA BEN ALRACAM*, viro „ incomparabili diſciplinisque Mathe- „ maticis apprimè ornato, ſic avidè & „ feliciter operam dedit, ut inſtrumen- „ ta Mathematica miro artificio, ſua „ ipſe manu elaborarit. Tabulas etiam „ Aſtronomicas, uti & Horologia affa- „ brè ac ad amuſſim deſcripſerit. Prin- „ ceps erat munificus & affabilis; ſui „ tamen juris ſeverus aſſertor. Adoleſ- „ cens annum agens XXIII. fratre „ die Paſchatis, anno videlicet 708. è „ Regia dignitate deturbato, ad ſolium „ evectus eſt. Egregiam ac Imperato- „ riam illius formam veſtium quoque „ cultus & elegantia comitabatur: „ adeo ut ſingulare quoddam naturæ „ mi-

(a) هذا قبر السلطان الفاضل الامام العادل علم الاتقيا احد الملوك الصلحا المجتهد الاواه المجاهد في سبيل الله الرضي الاروع الاخشي لله الاخشع المراقب لله في السر والاعلان المعمور الجنان بذكره واللسان السالك في سياسة الخلق واقامة الحق منهج التقوي والرضوان كافل الامة بالكرامة والحنان الفاتح لها بفضل سيرته وصدق سريرته ونور بصيرته ابواب اليمن والامان المنيب الاواب العامل بكل ما يجده نورا يوم الحساب ذي الاثار السنية والاعمال الطاهرة العلية القايم في جهاد الكفار بماضي العزم وخالص النية مقيم قسطاس العدل منير منهاج الحلم والفضل حامي الذمار وناصر دين المصطفي المختار المقتدي باجداده الانصار المتوسل بما اسلفوه من اعمال البر والجهاد ورعاية البلاد والعباد الي الملك الغفار امير المسلمين وظهير المومنين وقامع المعتدين المنصور بفضل الله ابي عبد الله بن امير المسلمين السلطان الاعلي امام الهدي غمام الندا محيي السنة معز الملة المجاهد في سبيل الله الناصر لدين الله ابي عبد الله ابن امير المسلمين الغالب بالله ابي عبد الله بن يوسف بن نصر كرم الله مثواه ونعمه برضاه ولد رضي الله عنه في يوم الاربعا الثالث لشعبان المكرم من عام خمسة وخمسين وستماية وتوفي قدس الله روحه وبرد ضريحه ضحوة يوم الاثنين الثالث لشوال عام ثلاثة عشر وسبعماية رفعه الله الي اعلي منازل اوليايه الابرار والحقه بايمة الحق الذين لهم عقبي الدار وصلي علي سيدنا ومولانا محمد واله وسلم تسليما ۞

„ miraculum diceres. Quum patris fratrisque jura & instituta minimè servasset, dura atque iniqua nactus est tempora; nam hostis viribus auctus & audacia, in Mahometanorum, ut suo loco dicetur, capita crudelissimè sævIit. Magnus profectò Princeps, utpote magnæ expectationis adolescens, extitisset, si numen ei & sors secunda favissent. (a)

„ Ejus Consiliarii & Administri *Abu Bakerus Aticus Ben Mohamad Ben Almul*, amplissimâ *Cordubæ* ortus familiâ, vir ingenio & bello acer... ... & *Mohamad Ben Ali Ben Abdalla Ben Alhagi*, Regni discordiarum artifex, cujus opera & fraude Rex imperio tandem exutus est: homo callidus in primis & audax, atque etiam in Hispanorum Historia rebusque gestis abundè versatus. A Libellis verò & Epistolis celebratur *Abulhassenus Ben Algiab*, eruditione insignis & penè incomparabilis, qui ad Regis usque obitum id munus obiit. Inter Judices autem occurrit *Aba Giapharus Ben Alcarschi*, aliàs *Ben Alpharcon* dictus, cujus facta est alibi mentio. (b)

„ Inter Reges ejus temporum æquales Rex erat *Africæ Abulrabius Solimanus Ben Abdalla Ben Abi Jacob Joseph* ex *Marinorum* stirpe, cui Regnum *Tingitanum* post fratris *Abu Tha-*

(a) امير المسلمين نصر بن محمد بن محمد بن يوسف بن نصر الامير بالاندلس بعد اخيه وابيه يكني ابا الجيوش ۞ حاله كان فتي ملا العيون حسنا وتمام صورة دمث الاخلاق لين العريكة عفيفا مجبولا علي طلب الهدنة محبا في الخير واهله اخذا من صناعة التعديل بحظ رغيب بخط التقاويم الحسنة والجداول الصحيحة الظريفة ويصنع الالات العجيبة بيده اختص في ذلك الشيخ الامام ابا عبد الله بن الرقام وحبد عصره ظرفا واحكاما ۞ وكان حسن العهد كثير الوفا حمله الوفا علي اللجاج في امره تقدم يوم خلع اخيه يوم الفطر من عام ثمانية وسبعماية وسنه ثلاث وعشرون سنة وكان من تمام الخلق وجمال الصورة والتانق في رفيع اللباس ومملوكي البزة اية من ايات خالقه واحتذي مرسوم ابيه واخيه وكانت ايامه كما شا الله ايام نحس مستمر شملت المسلمين فيها ولازمة واحاط بهم الذعر وكلب العدو وسيمر في ذلك ما فيه كفاية وكان فتي اي فتي لو ساعده الجد والامر لله من قبل ومن بعد ۞

(b) وزرا دولته القايد ابو بكر عتيق بن محمد بن المول الشهم النجد وبيت بني مول بقرطبه بيت اصالة . . . . ثم تولي الوزارة محمد بن علي بن عبد الله بن الحاج الميسر لخلعه وكان خبا داهية اعلم الناس باخبار الروم وآثارهم فحدثت بين السلطان وبين اهل حضرته الوحشة بسببه ۞ كتابه شيخنا ابو الحسن بن الجياب نسيج وحده الي اخر مدته ۞ قضاته الشيخ الفقيه ابا جعفر بن القرشي المنبز بابن فركون وقد تقدم ذكره ۞

„ *Thabeti Ameri* deceſſum obtigit, anno videlicet Egiræ 708. menſe Sapharo. Hic qui Rempublicam ſumma cum laude adminiſtraverat, *Septam* ſuis reſtituit. Obiit denique in urbe *Teza*, (de qua conſule Leonem Africanum *Lib. III. pag.* 179.) ſub initium menſis Ragebi, anno Egiræ 710. In cujus locum ſtatim ſubiit *Abu Said Othmanus Ben Abi Josephus Jacob*, qui regnum ad *Nasseri* Regis ejuſque ſucceſſoris tempora perduxit. (a)

„ *Tremiſſenenſis* verò Regni gubernacula tenebat *Musa Abu Hamu Ben Othman Ben Iagmarasan*, inſigne fortitudinis, vigilantiæ, conſtantiæque animi exemplar; imperii tamen idem ſeveritate, ac vitiorum magnitudine nobiliſſimus; regnavitque ad annum 718. donec ſuus eum filius *Abdelrahmanus Abu Taschphin* Regno expulit. (b)

„ *Tuneti* etiam Rempublicam per id temporis regebat *Abu Abdalla Mohamad Ben Iahia Ben Almostanser Abi Abdalla Mohamad*, qui diem obiit menſe Rabio poſteriori, anno ab Egira 709. Hinc Regnum ſibi vindicat *Abu Bakerus Ben Abdelraman* ejuſdem propinquus, quem oppugnaturus Princeps *Abulbaca Khaledus Ben Alamir*, eodem & ſanguine conjunctus, *Bugiâ* profectus eſt; inde in *Tuneti* Regnum invadens, illum ita fudit, ut fugâ ſaluti conſulens, cujuſdam horti latebras petierit. Ibi deprehenſus, ad Principem *Abulbacam* ducitur; moxque Miniſtrorum hujus conſilio interficitur. Rerum itaque *Abulbaca* potitus eſt die 4. Gemadi prioris, anno ſupra memorato, idque ad adventum uſque *Abu Iahia Zachariæ Ebn Ahmad*, cognomento *Allahiani*, viri inter *Haphſitas* & ætate & potentiâ commendatiſſimi, qui *Tripoli* ad tempus belli celeritate retardata, *Tunetum* tandem pervenit. Is ibi exceptus ab *Abu Abdalla Almazduri* familiari ſuo principatum armis affectare pergebat, quem demum die 9. Gemadi prioris, anno 711. obtinuit. *Abulbaca* regno exutus & in vincula conjectus, deceſſit menſe Scheualo, anno 713. *Abu Iahia* igitur regnavit ad tempora uſque *Nasseri* Regis *Abielgiuschi*: quam„ rem

(a) من كان من الملوك على عهده بالمغرب السلطان ابو الربيع سليمن بن عبد الله بن ابي يعقوب يوسف تصير الامر اليه بعد وفاة اخيه السلطان ابي ثابت عامر باحواز طنجة في صفر عام ثمانية وسبعماية وكان مشكور الولاية وفي دولته عادت سبتة الى الايالة المرينية ثم توفي بتازي في مستهل شهر رجب من عام عشرة وسبعماية وتولي الملك بعده ابو سعيد عثمان بن ابي يوسف يعقوب واستمرت ولايته الى تمام ايام هذا الامير وكثيرا من ايام من بعده ۞

(b) وبتلمسان الامير ابو حمو موسي بن عثمان بن يغمراسن المثل الساير في الحزم والتيقظ وصلابة الوجه واحكام الفتحة والاغراب في خبث السيرة واستمرت ولايته الي عام ثمانية عشر وسبع ماية الي ان سطا به ولده عبد الرحمن ابو تاشفين ۞

„ rem ſatis in noſtro Poëmate indica-„ vimus. (a)

„ Ex Regibus autem *Chriſtianorum* „ erat *Herandus Sanchii* filius, & „ *Alphonsi* nepos, qui, *Nassero* Re-„ ge, *Inſulam Viridem* obſedit: à qua „ poſtmodùm, pactis quibuſdam legi-„ bus, ſimulque numeratâ pecuniâ, di-„ ſceſſit. Hic verò quum extremis ejuſ-„ dem Regis temporibus arcem *Al-„ caudete* circumſederet, fato functus „ eſt. Hinc ejus corpus, obſidione mi-„ nimè ſolutâ, & morte triduo celatâ, „ ad urbem *Jaen* tranſlatum, donec „ ejus ſucceſſor planè renunciatus eſt. „ Cæterùm ſingularis & ſcitu ſanè di-„ gna de illius morte ſabula narratur, „ quam nos in *Nobilium Virorum* „ *Chronologia* retulimus. Itaque in ejus „ locum ſuffectus filius, nomine *Al-„ phonsus*, regnavit ad annum 750. „ Rex autem *Aragoniæ Jacobus Petri* „ filius, qui fuſo deletoque Maho-„ metanorum exercitu, *Almeriæ* obſi-„ dionem ad ultima Regis *Nasseri* „ tempora protraxit. (b)

„ Caſus memoratu digniores. Ubi „ primùm *Nasserus* rerum ſummâ „ po-

(a) وبتونس الامير ابو عبد الله محمد بن يحيى بن المستنصر ابي عبد الله محمد ثم توفي في شهر ربيع الاخر من عام تسعة وسبعماية فولي الامر قريبه الامير ابو بكر بن عبد الرحمن ونهض اليه من بجاية قريبه السلطان ابو البقا خالد بن الامير ابو زكريا والتقيا بارض تونس فهزم ابو بكر بن عبد الرحمن ونجا بنفسه فدخل بستانا مختفيا فيه فسعي به الي ابي البقا فامر بعض القرابة بقتاله صبرا وتم الامر الي ابي البقا في رابع جمادي الاولي منه الي ان دخل الشيخ ابو يحيى زكريا ابن احمد المعروف باللحياني وهو كبير ال ابي حفص سنا وقدرا فاقام بطرابلوس وانفذ الي تونس خاصته الشيخ ابا عبد الله المزدوري محاربا لابي البقا وطالبا للامر فتم له الامر وخلع ابو البقا تاسع جمادي الاولي عام احد عشرة وسبعماية وتم الامر للشيخ ابي يحيى واعتقل ابو البقا فلم يزل معتقلا الي ان توفي في شوال عام ثلاثة عشر وسبع ماية واتصلت ايام الامير ابي يحيى الي ان انقرضت مدة الامير ابي الجيوش وقد تضمن الالماع ببعض ذلك الرجز من نظمنا ۞

(b) ومن ملوك النصري بقشتاله هراندة بن شنجه بن الفونشه نازل علي عهده الجزيرة الخضرا ثم اقلع عنها عن شروط وضريبة ثم نازل في اخريات ايامه حصن القبذاق وادركه الم الموت بظاهره فاحتمل من المحلة الي جيان وبقيت المحلة منبختة علي الحصن الي ان تملك بعد موت الطاغية بايام ثلاثة كتموا فيها موته ولموته حكاية غريبة تضمنها كتاب طرفة العصر من تاليفنا وقام بعده ولده الفونشه واستمرت ايامه الي عام خمسين وسبعماية ۞ وبرغون جايمش بن بطره وهو الذي نازل مدينة المرية وشد حصارها وهزم جيش المسلمين بخارجها الي تمام ايامه ۞

„ potitus est, *Castellæ* Rex castra pro-
„ pe *Insulam Viridem* metatus, eam
„ circumsedit à die 21. mensis Sapha-
„ ri ad postremos Schabani dies anno
„ Egiræ 709. post urbem *Gibraltar* vi-
„ ctricibus armis sibi subjectam. Rur-
„ sùs eodem anno, ineunte mense Ra-
„ bio priori, *Barcinonis* Rex *Alme-*
„ *riam* obsedit ad finem usque mensis
„ Schabani, Mahometanis & fusis &
„ ingenti clade affectis. Solutâ verò ob-
„ sidione, Arabes tot malis fractos Deus
„ consolari quidem, sed ad breve dum-
„ taxat tempus, voluit. Quippe vix
„ quiescere cœperant, quum dissidia
„ & bella inter ipsos quàm acerrima
„ exorta sunt, auctore nimirum & du-
„ ce Regio Administro, qui concitans
„ inimicitias, Christianorum cùm ope,
„ tùm consilio adjutus, factiones & bel-
„ la fovit. Quo factum, ut *Malacæ*
„ Princeps *Abu Saidus Ben Ismael*
„ sanguine illi conjunctus, ab ejus de-
„ ficiens fide, imperium usurparit &
„ Regis insignia, quæ filius inani spe
„ captus etiam affectavit. Ad hæc ac-
„ cessit populi *Granatensis* tumultus &
„ dissensio partium, quæ, omni ratione
„ abjectâ, sine lege, sine pudore mi-
„ scent turbantque omnia, & maxima
„ quæque audent: ita ut complures
„ timore perculsi domum sese abdide-
„ rint. Rex intereà, civium saluti con-
„ sulturus, prosiluit ex arce & hostes
„ in fugam egit. Quæ acta die 25.
„ Ramdani, anno 712. Factiosi conti-
„ nuò ad *Abu Saidum*, qui & *Abulva-*
„ *lid* dicitur, *Malacæ* Principem, sese
„ adjunxerunt, ejus animum ad dimi-
„ candum excientes. Tandem die 27.
„ feriâ 5. mensis Scheuali ejusdem an-
„ ni (apud eundem Auctorem alibi
„ anni 713.) castra ad urbis portas po-
„ suit. Mox fautores vociferantes ac-
„ currere, quos statim ultro sequitur
„ turba popularis. Die ergo 29. feriâ
„ 7. ejusdem mensis *Abu Saidus* à sub-
„ urbio, quod *Albaizin* (id est *Acci-*
„ *pitrariorum*) vocant, *Granatam* ingre-
„ ditur; veterem arcem, quæ *Alham-*
„ *bram* spectat, primùm, deinde Re-
„ giam occupat. Quare *Nasserus*, im-
„ perio exutus, in urbem *Guadix*, quæ
„ sibi pactis legibus cesserat, se rece-
„ pit; ibique, quoad vixit, inter arma
„ & inducias consedit. (a)

(a) بعض الاحداث في ايامه نازل علي اول امره طاغية قشتالة الجزيرة الخضرا
في الحادي والعشرين لصفر من عام تسعة وسبعماية واقام عليها الي اخريات شعبان
من العام المذكور ثم اقلع عنها بعد ظهوره علي جبل الفتح وفوز قداحه به ونازل
صاحب برجلونه مدينة المرية غرة ربيع الاول من هذا العام واخذ بمخنقها وتفرقت
الظبا علي خراش ووقعت علي جيش المسلمين الناهد اليه وقعة كبيرة واستمرت
المطاولة الي اخريات شعبان ونفس الله الحصر وفرج الكرب وما كاد اهل الاندلس
يستنشقون ريح العافية حتي نشا نجم الفتنة ونشات ريح الخلاف واستفسد وزير
الدولة ضماير اهلها واستهدف الي رعيتها بايثار النصري والصاغية الي العدو واظهر
الرييس صاحب مالقه ابو سعيد بن اسمعيل صنو الغالب بالله والامتساك بما بيده
والدعا لنفسه وقدم ولده الدايل الي طلب الملك وثار اهل الحضرة يوم الخامس
والعشرين من رمضان هذا العام واعلن منهم من اعلن بالخلاف ثم خانهم التدبير
وخبطوا

„ Naturæ ibidem concessit anno ab „ Egira 722. ad vesperas feriæ 4. (feriâ „ 3.) die 6. mensis Dilcadat, sepultus- „ que in Templo maximo. Inde prima „ die mensis Dilhagiat ejusdem anni Re- „ gis *Nasseri* corpus *Granatam* tran- „ slatum, ubi in Regio templo coram „ Rege & magnâ populi frequentiâ „ justis ritè persolutis, die 6. mensis Dil- „ hagiat, feriâ 5. avito conditur sepul- „ cro, inscripto hujusmodi elogio. (a)

„ *Hic jacet Rex dignitate excel- „ sus, stirpe conspicuus, genere incly- „ tus, generosis & piis Regibus pro- „ creatus, origine clarus, Princeps in- „ comparabilis & ampla cognatione in- „ signis, imperio dignus, fortitudine „ præstantissimus; Quartus ex* Nasseri- „ tarum *Dynastia Rex, qui Fidei pro- „ pugnatores extiterunt acerrimi, mu- „ nifici, liberales, ac relictis monu- „ mentis splendidissimi: Rex, inquam, „ pietate nobilis, proindeque Dei veniâ „ & misericordiâ dignus,* Nasserus, „ *cognomento* Abilgiuschi, *filius Re- „ gis* Abi Abdallæ, *& nepos Regis* „ Algalebi, *Principis excellentissimi & „ bellicosissimi, æquitate morumque in- „ tegritate commendatissimi: qui Ma- „ hometanam Religionem defendit & „ idolorum cultum evertit; qui, jactis „ Sectæ Mahometanæ fundamentis, pie- „ tatem cum illa conjungere studuit. „ Hujus delictis ignoscat Deus clemen- „ tissimus, ejusque animam cœlo in „ Sanctorum cœtum accipiat. Natus an- „ no Egiræ 686. die 24. Ramdani „* (Alibi & quidem rectius ex eodem „ Auctore, *die* 26.) *feriâ* 2. *Rex crea- „ tus anno* 708. *die* 2. *mensis Scheua- „ li, feriâ* 6. *obiit anno* 722. *feriâ* 4. „ (Lege *feriâ* 3.) *die* 6. (Alibi apud „ eundem *die* 8.) *mensis Dilcadat. Laus „ Deo vero & per se noto, terræ & „ omnium in ea existentium hæredi ac „ hæredum optimo.* (b)

„ *Is-*

وخبطوا الحشوا ونزل الحشم فلاذ الناس منهم بديارهم وبرز السلطان الي باب القلعة منفردا بالعفة عن الناس وفر الحاسرون علي القناع فلحق بالسلطان ابي الوليد بمالقة واستنهضوه الي الحركة وقصد الحضرة واجابهم فاطاعته الحصون بطريقه واحتل خارج غرناطة صبيحة يوم الخميس السابع والعشرين لشوال من العام فابتدره الناس من صايح ومشير بثوبه ومتطارح بنفسه فدخل البلد من ناحية ربض البيازين واستقر بالقصبة القديما تجاه الحمرا وفي ظهر يوم السبت التاسع والعشرين من الشهر كان دخوله دار الملك وانفصل السلطان نصر الي مدينة وادي اش موفي شرطه من الاستبدا بها وتعيين مال خلص وغير ذلك ورحل واستمرت الحال بين حرب ومهادنة الي حين وفاته ۞

(a) توفي ليلة الاربعا سادس ذي قعدة من عام اثنين وعشرين وسبعمايه بوادي اش ودفن بجامع القصبة منها ثم نقل في اول ذي حجة منه الي الحضرة وبرز السلطان والجمع الكثير من الناس وصلي علي سريره بالمصلي العيدي اثر صلاة العصر من يوم الخميس السادس من الشهر ووري بتربة جده وعلي قبره ۞

(b) هذا قبر السلطان الرفيع المقدار الكريم البيت العظيم النجار سلالة الملوك

الا

„ *Ismael Ben Pharagi Ben Nasseri*, aliàs *Abulualid* nuncupatus, „ *Granatæ* Rex, gratiâ fuit corporis, „ & aſpectu pervenuſtus; ſolertiâ quo- „ que, animi candore, modeſtiâ, fide „ atque conſtantiâ clariſſimus, necnon „ pudicus in primis & caſtus; quippe „ qui ab omni tùm puerorum, tùm „ alieni juris fœminarum conſuetudine „ maximè abhorruerit. Studioſus ma- „ gnorum Regum imitator ſic vixit, „ ut illum ſibi, & gloriæ tantummo- „ dò vixiſſe credideris; totus enim in „ venatu, in armorum delectu, atque „ in equitatione verſabatur. A ſuis de- „ mum adjutus, favente etiam tem- „ poris opportunitate, Imperium au- „ ſpicatur glorioſiſſimum, Rempubli- „ cam rectè gerens, & ſuorum, Dei- „ que hoſtium impetum, furoremque „ frangens. Qua in re ita ſe geſſit, ut „ ſuæ familiæ decus & quaſi marga- „ rita, ſuæque ætatis ſimul ornamen- „ tum haberetur. (a)

„ Filios habuit quatuor, quorum „ natu maximus *Mohamad*, paterni „ Re-

الاعلام الاخيار الصريح النسب في صميم الانصار الملك الاوحد الذي له السلف العالي المنار في الملك المنيع الزمار رابع ملوك بني نصر انصار دين المهدي المختار المجاهدين في سبيل الملك الغفار البازلين في رضاه كرايم الاموال ونفايس الاعمار المقدس المرحوم ابي الجيوش نصر ابن السلطان الاعلي الهمام الاسمي المجاهد الاحمي الملك العادل الطاهر الشمايل ناصر دين الاسلام ومبيد عبدة الاصنام المويد المنصور المقدس المرحوم امير المسلمين ابي عبد الله السلطان الجليل الملك الشهير موسس قواعد الملك علي التقوي والرضوان وحافظ كلمة الاسلام وناصر دين الايمان الغالب بالله المنصور بفضل الله المقدس المرحوم امير المسلمين ابي عبد الله بن نصر تغمده الله برحمته وغفرانه وبواه منازل احسانه وكتبه في اهل رضوانه وكان مولده في يوم الاثنين الرابع والعشرين لشهر رمضان المعظم عام ستة وثمانين وستماية وبويع يوم الجمعة غرة شوال عام ثمانية وسبعماية وتوفي ليلة يوم الاربعة السادس لشهر ذي قعدة عام اثنين وعشرين وسبعماية فسبحان الملك الحق المبين وارث الارض ومن عليها وهو خير الوارثين ۞

(a) اسماعيل بن فرج بن نصر امير المسلمين بالاندلس يكني ابو الوليد حاله كان جميل الخلق حسن الروا رجل جد سليم الصدر كثير الحيا صحيح العقد ثبتا في المواقف عفيف الازار ناشيا في حجر الطهارة بعيدا من الصبوة بريا من المعاقرة نشا مشتغلا بشانه مختصا باثيار السلطان منقطعا الي الصيد مصروف اللذة الي استجادة سلاحه وانتقا مراكبه واستفراه جوارحه الي ان افضي اليه الامر وساعدته الايام وانتقل به الي بيت الملك وثوي في عقبه الذكر فبذل العدل في رعيته واجتهد في مدافعة عدو الله وعدوه وسد ثلم ثغره فكان غرة في قومه ودرة في بيته وحسنة من حسنات دهره ۞

„ Regni successor; secundus *Pharagius*, qui fratre *Mohamedo* Rege, „ in exilium pulsus, ac *Almeriæ* in cu- „ stodiam traditus, interiit anno Egiræ „ 751: tertius *Abulhagiagævs*, qui „ *Mohamado* in regnum successit, Rex „ quidem optimus, idemque felicissi- „ mus; quartus denique & eorum na- „ tu minimus *Ismael*, qui, quoad „ ejus frater vixit, in deterrimo quo- „ dam Africæ præsidio asservatus est. (a)

„ Sub initium illi à Consiliis fuit „ Dux *Abu Abdalla Mohamad Ben* „ *Abi Alphath Nasinr Ben Abrahim* „ *Alphahrita*, perillustri familia natus: „ cui posteà datus est comes *Abulhas-* „ *sanus Ali Ebn Massud Almohare-* „ *bævs*, civis *Granatensis* nobilissimus. „ At hic invidiâ ardens, Viziratûs mu- „ nus & honorem sibi uni asciscere „ voluit: quod non multo post, extin- „ cto Duce *Abu Abdalla*, summâ „ cum voluptate assequutus est. (b)

„ Dum Rex *Abulvalidus* degeret „ *Malacæ*, atque etiam ubi *Granatam* „ venit, aliquandiu ab Epistolis usus est „ *Abu Giapharo Ben Saphvan*, patriâ „ *Malacitano*, & professione Juriscon- „ sulto. Exinde ad id muneris sibi dele- „ git *Abulhassanum Ben Algiam*, vi- „ rum divitiis affluentem & eruditione „ clarum, qui dignitatem ad illius usque „ obitum retinuit. (c)

„ Præfectus veró Cohortis Regio- „ nis Occidentalis (vulgò *Algarbiorum*) „ quam primus instituit Rex *Abulva-* „ *lidus*, erat *Othmanus Abu Saidus* „ *Ben Abilali Edris Ben Abdelhac*, „ vir & prudentiâ & solertiâ inter „ suos facilè princeps. (d)

„ Ex Regibus autem, qui eo Re- „ ge imperitabant, primus sese offert „ Oth-

(a) اولاده تخلف من الولد اربعة اكبرهم محمد ولي عهده والامير من بعده وفـرج شقيقة التالي له المنصرف عن الاندلس بعد ملك اخيه المتغلب اخيرا في الايـالات المتوفي معتقلا في المرية عام احد وخمسين وسبعماية ثم امير المسلمين اخوه ابو الحجاج اقعد القوم في الملك وابعدهم امدا في السعادة ثم اسمعيل اصغرهم المبتلي بالاعتقال المخيف مدة اخيه المستقر بالمغرب ۞

(b) وزراوه وزير اول امره القايد ابو عبد الله محمد بن ابي الفتح نصير بن ابرهيم الفهري وبيت هولا القواد شهير ثم اشترك معه في الوزارة ابا الحسن علي ابـــن مسعود المحاربي من اعيان الحضرة وذوي النباهة فجاذب رفيقه حبل الخطة ونازعه لباس الحظوة حتي ذهب باسمها وهلك القايد ابو عبد الله فخلص اليه شربها ۞

(c) كتابه كتب عنه لاول امره بمالقة ثم بطريقه الي غرناطة واياما يسيرة بهـــا الفقيه الكاتب ابو جعفر بن صفوان المالقي ثم القي المقادة الي كاتب الدولـة ابي الحسن بن الجياب فاضل الخطة وباري القوس واقتصر عليه الي اخر ايامه ۞

(d) ريس جنده الغربي ومن اول هذه الدولة نبهت هذه الرتبة واستحقت افرادهـــا اياها الشيخ الهمة لباب قومه وكبير قرينه ابو سعيد عثمان بن ابي العلي ادريـس بن عبد الحق ۞

„ OTHMANUS *ABU* SAID *BEN* *ABI* *JOSEPH* *JACOB* *BEN* *ABDELHAC* (ex *Marinorum* stirpe), Africæ & *Fessæ* Rex „ celeberrimus; qui ad Regem *ABULVALIDUM* Legatos misit, & ab aliis „ excepit. *Tremissenense* similiter Regnum ea tempestate habebat Princeps *ABU* *HAMU* *MUSA* *BEN* *OTHMAN* „ *BEN* *JAGMARASEN* *Zaianita*, quem „ filius, nomine *ABDELRAHMANUS* *ABU* „ *TASCHPHIN*, die 16. Gemadi posterioris, anno Egiræ 718. dominandi „ cupidus interfecit, Regnumque sibi „ vindicavit, quod ad Regis *ABULVALIDI* obitum & ultra perduxit, quicum is per Legatos commercium „ non semel habuit. Cæterùm hujus filius, patre jam mortuo, rerum summam, minimè suffragante temporum „ ratione, obtinere non valuit, nisi „ Regis *ABULHAGIAGI* tempore. (a)

„ *Tuneti* verò Rex erat *ABU* *IAHIA* „ *ZACHARIA* *BEN* *ABILABBAS*, vulgò *ALLAHIANI*, ex *Haphsitarum* Dynastia, „ qui *Tunetum* anno Egiræ 711. die „ 9. Gemadi posterioris *KHALEDO* Regi, aliàs *ABULBACA* dicto, eripuit; „ eumque captum in vincula conjecit, tandemque anno 713. mense Scheualo relegavit. *ABU* *IAHIA*, rebus ex sententia minimè succedentibus, *Tripolim* se contulit anno 715. „ mense Gemado posteriori, relicto in „ perpetuum *Tuneti* Regno, illiusque „ regimine Principi *ABU* *ABDALLÆ* *BEN* „ *ABI* *AMRAN*, genero suo.... (b)

„ Ex Christianorum denique Regibus erat *Castellæ* Rex, qui ineunte „ *ABULVALIDI* regno vivere desiit, *HERANDUS* nempe *SANCHII* filius, *ALPHONSI* nepos & *HERANDI* pronepos. Hic *HERANDUS* postremus *Legionis* & *Castellæ* provincias ad imperium adjunxit, *Cordubam*que, *Hispalim*, *Murciam*, *Jaen* in suam potestatem redegit. Idem etiam fuit pronepos Regis *ALPHONSI*, qui in prælio *de Alarcos* superatus, in altero „ prælio, *de las Navas* dicto, insignem „ retulit victoriam; atque iterum pro- „ ne-

(a) الملوك علي عهده واولا بالمغرب ثم بفاس السلطان الشهير ابو سعيد عثمان ابن ابي يوسف يعقوب بن عبد الحق وجرت بينهما المراسلات وبتلمسان الامير ابو حمو موسي بن عثمان بن يغمراسن بن زيان ثم توفي قتيلا بامر ولده علي عهده سادس عشر جمادي الثانية من عام ثمانية عشر وسبع مائة وولي الامر ولده المذكور ابو تاشفين عبد الرحمن بن موسي واستمرت ايامه بعد مهلك السلطان المذكور واستغرقت ايام ولده الوالي بعده الي ان ملك في صدر ايام السلطان ابي الحجاج وجرت بينه وبين السلطان ابي الوليد مراسلات ومهادات ۞

(b) وبمدينة تونس ابو يحيي زكريا بن ابي العباس بن ابي حفص المدعو باللحياني المتوثب بها علي الامير ابي البقا خالد تملك تونس تاسع جمادي الاخرة من عام احد عشر وسبعماية وتم له الامر واعتقل ابا البقا بعد خلعه ثم اغتاله في شهر شوال عام ثلاثة عشر وسبعماية ثم رحل عن تونس لما ظهر له من اضطراب امره بها وتوجه الي طرابلوس في وسط عام خمسة عشر وسبعماية واستناب صهره الشيخ ابا عبد الله بن ابي عمران ولم يعد اليها بعد ذلك.....

„ nepos SANCHII Regis, necnon illius „ etiam cui cognomentum *Imperator*, „ qui genero in filiæ dotem *Lusitaniam* tradidit. Regnabat quoque eâ „ tempeſtate in *Andaluſia* Orientali „ *Aragoniæ* Rex *JACOBUS*, PETRI filius, „ & *JACOBI* pronepos, qui *Valentiam* „ ſubegit. Eo tandem mortuo, ſub extrema *ABULUALIDI* Regis tempora, re„ rum potitus eſt illius filius *ALPHONSUS*. „ *Luſitaniæ* denique Rex erat *ALPHONSUS DIONYSII* filius, *ALPHONSI* nepos & „ pronepos *SANCHII*, & rursùs *ALPHONSI*, qui Comes *de Boloña* dictus eſt „ (*Boloniæ* ſcilicet apud Gallos). (a)

„ Ut res *ABULUALIDI* Regis altiùs „ ac veluti ab origine repetamus, hæc „ in primis attingere libuit. NASSERO „ Rege electo, *ABULUALIDUS* quum „ ſui fautores animis cecidiſſe intellexiſſet, abjecta imperandi ſpe, ad pa„ tris opem, per ea tempora *Malacæ*, *Algeciræ* & *Septæ* Principis, con„ fugit. Hujus verò principatum mox „ vehementer ambire cœpit. Hinc „ Granatenſis Regni cupidus, civium „ aliquot operâ in urbem clanculùm „ inducitur; inde vi expulſus, *Malacam* rediit imperii irritus. Quo fa„ ctum eſt, ut anno ab Egira 708. die „ 17. Ramdani pater à NASSERO Rege „ deſciverit; filiumque ſuum *ABULUALIDUM Granatæ* Regem renunciaverit. Quare hic complura ditionis „ *Malacæ* oppida circumſedit, eaque „ tandem expugnavit. Calendis exinde menſis Moharami, anno 712. „ caſtra ad oppidum, quod vocant „ *Athocha*, poſuit, ubi NASSERUS Rex „ die 13. ejuſdem menſis cum numeroſo exercitu armis viriſque delectis inſtructo illi occurrit. Verùm „ prælio ſuperatus, fuſis Granatenſium „ copiis, equo calcaribus concitato in „ ſtagnum, unde boves bibere ſolent, „ delapſus eſt. At ex eo diſcrimine liber tandem NASSERUS, *Granatam* „ victus ingreditur; exercitus verò *Malacitanus* palam populo urbem *Malacam* repetiit. (b)

„ Fœ-

(a) ومن ملوك الروم اولا بقشتالة كان علي عهده وفي الزمن القريب من ولايته وفاة الطاغية هرنده ابن شانجه بن الفونش بن هرنده المجتمع له ملك ليون وقشتالة وهو المتغلب علي قرطبة واشبيلية ومرسية وجيان بن الهونش الجارية له وعليه وقعة الارك والعقاب بن شانجه والمسمي انبريذور وهو الذي افرد صهره زوج بنته بملك برتقال ۞ ومن ملوك ارغون بشرق الاندلس الطاغية جايمش بن بيطره بن جايمش الذي تغلب علي بلنسية ثم هلك في اخريات ايامه فولي ملك ارغون بعده الهونش بن جايمش ۞ وببرتقال الهونش بن ذونيش بن الهنشه بن سانجه بن الهونش وتسمي اولادونا ۞

(b) بعض الاحداث في بداية امره ولما تصير الامر الي السلطان نصر تنازعت بطانته وسات سيرة ملكه فاغري بالرئيس الكبير صاحب مالقة وبيده الجزيرة وسبتة وتعقب عليه كثير من التصرف فيما بيده ثم لما وصل الي الحضرة مبايعا داخله بعضهم محذرا ومشيرا بالامتناع فاستعجل الانصراف واظهر الاستبداد في رمضان في سابع عشر منه وقام رسم الملك بولده السلطان ابو الوليد هذا وتحرك فنازل الحصون المجاورة

„ Fœdus eodem anno 712. menſe „ Rabio priori inter utrumque initur, „ quod ſequenti anno menſe Ramda- „ no ſolvitur ob *Granatæ* optimatum „ à Rege NASSERO defectionem, qui „ de fratris regno expulſi injuria con- „ queſti, MOHAMADUM BEN ALHAGI „ Vizirum, Chriſtianorum amicum Ara- „ bumque proditorem, ſibi traden- „ dum poſtulant; inde iter *Malacam* „ feſtinant ad Regem ABULVALIDUM. „ Hic urbe *Loxa*, noſtrâ olim patriâ, „ occupatâ, *Granatam* rurſus oppu- „ gnat, exercitumque *Granatenſem* ob- „ vium, fuſum fugatumque ad urbis „ mœnia inſequitur. Prodeunt Incolæ „ ſuburbii, cui nomen *Albaycin*, ty- „ rannidem atque imperii viciſſitudines „ ægrè ferentes, opemque imploran- „ tes. Cives intereà Regi ABULVALIDO „ in urbem irrumpenti portas occlu- „ dunt. NASSERUS Rex commeatu in- „ ſtructus unà cum ſuis domeſticis & „ familiaribus in *Alhambræ* arcem ſeſe „ recepit. Rex autem ABULVALIDUS jam „ victor, vetuſtum *Granatæ* caſtellum „ obtinet: ubi, miſsâ ad cives *Grana- „ tenſes* ſyngraphâ, transfugas, datâ „ veniâ, benignus excipit. Hinc ob- „ ſeſſi, quum hoſtem validiſſimo præ- „ ſidio munitum annonâ opibuſque „ affluere cognoviſſent, rebus deſpe- „ ratis, ad pactionem venerunt. Quæ „ ubi confecta, ad urbem *Guadix*, „ Regi NASSERO permutationis nomi- „ ne conceſſam, unà cum eodem & „ pecuniâ & rebus quibuſque ad iter „ neceſſariis inſtructi, profecti ſunt: „ quod accidit die 28. Scheuali, anno „ ab Egira 713. Ibi tandem ſupre- „ mum diem obiit. Quamobrem ABU- „ LVALIDO, imperii ſummâ ipſi traditâ, „ omnes, nemine penitùs diſſidente, „ ſive amici, ſive inimici parent. (a)
„ *ABU-*

المجاورة لمالقة واستولي عليها وفي اول شهر محرم من عام اثني عشر وسبعماية تحرك فنزل بقرية العطشا من مرجها وبرز السلطان نصر اليه في جيش اخشن مستجاد العدة وافر الرجال فكان اللقا ثالث عشر الشهر وجرت علي الجيش الغرناطي الهزيمة وكبا بالسلطان نصر الفرس في سقي لبعض الفدن فنجي بعد لاي ودخل البلد مفلولا وانصرف الجيش المالقي ظاهرا الي بلده ۞

(a) ثم وقعت المهادنة في ربيع الاول من هذا العام وعادت الفتنة جذعة في العام بعده وكانت في رمضان منه ثورة الاشياخ بغرناطة ودعاوهم بخلعان السلطان ودعوة مخلوعه المعتقل طالبين منه اسلام وزيره خلن الروم المتمم علي الاسلام محمد بن الحج ثم لحق الاشياخ المذكورون بمالقة ۞ وكانت الحركة الثانية الي غرناطة واحتل السلطان ابي الوليد ببلدنا لوشة سرار شوال فتملكها ثم قصد غرناطة فبرز اليه جيشها وابلي في الدفاع فولوا منهزمين وتبعهم الي سور المدينة وبرز اهل ربض البيازين كل يشير مستدعيا مستنفر ما اعلانا بسو الجوار وملال الايالات وبودر غلق باب المدينة ولجا السلطان الي معقل الحمرا ودخله باهله وذخيرته وخاصته ونزل الدايل بالقصبة القدما ينفذ الصكوك ويتالف الشارد ويبذل العفو وضعفت بصاير المحصورين وفشلوا علي وجود الطعمة وتمكن المنعة ووفور المال

„ *ABULUALIDI REGIS*
„ *acutè dicta & præclarè*
„ *facta.*

„ In Hæreticos severè animadver-
„ tit; Mahometanæ gentis commodis,
„ & saluti consulere conatur. Quum
„ aliquando coram eo de Religionis
„ principiis sermo incidisset; *Religio-*
„ *nis*, inquit, *principia mihi sunt fi-*
„ *des in unum Deum omnipotentem,*
„ *atque hic*, gladium scilicet demon-
„ strans. Acerrimus prætereà legum
„ extitit exactor atque custos, interdi-
„ cto ubique vini usu. *Judæos* quoque
„ clientes tesseram, qua à cæteris Ma-
„ hometanis distingui possent, gerere,
„ simulque tributum à Legislatore jure
„ scripto traditoque constitutum jus-
„ sit persolvere. (a)

„ Ejusdem Prælia ab ipso commissa
„ recensentur. Anno Egiræ 716. Chri-
„ stianorum Rex, comite & duce NAS-
„ SERO Rege dudum expulso, turpem
„ atque insignem cladem apud *Phortu-*
„ *nam* fluvium intulit ABULUALIDO Re-
„ gi. Captis posteà oppidis *Cambil*, *Ma-*
„ *tamenos*, *Begigia* (hodie *Behijar*), *Ti-*
„ *scar*, perinde ac *Rute*, jam victor, vi-
„ ribusque fretus iter ad *Granatam* op-
„ pugnandam parat. Campum ab eâ
„ parasangas III. dissitum occupat, ubi
„ acriter utrinque pugnatum. Christia-
„ nis tandem partim interfectis, par-
„ tim captis, Mahometani locupleti
„ præda potiti sunt. Felicissima hujus-
„ modi victoria, cujus fama quovis lo-
„ corum pervasit, duce MAHRAGIANO
„ natione *Persa*, reportata. (b)

„ Anno verò Egiræ 724. Christi
„ 1323.

المال فالتمسوا لانفسهم ولسلطانهم عهدا ونزلوا منتقلين الي وادي اش في سبيل
العوض بمال معروف وذخيرة فتم ذلك وخرج السلطان ليلة الثامن والعشرين لشوال
عام ثلاثة عشر وسبعماية الي ان هلك وخلي للسلطان ابي الوليد الجو وصرفت اليه
المقادة والطاعة القاصي والدان ولم يختلف عليه اثنان ۞

(a) مناقبه اشتد علي اهل البدع وقصر الحوض علي ماتضطر اليه الملة ولقد تذوكر
يوما بين يديه اصول الدين فقال اصول الدين عندي قل هو الله احد السورة واشار
الي سيفه واشتد في اقامة الحدود واراقة المسكرات واخذ يهود الذمة بالتزام
بسمة وشارة تميزهم وليوفوا حقهم من المعاملة التي امر بها الشارع في الطرق
والخطاب ۞

(b) جهاده وبعض الاحداث في مدته فجرت عليه الهزيمة الشنيعة بوادي فرتونة اوقع
بجيشه الطاغية بمظاهرة السلطان المخلوع ففشي في الاعلام يومين القتل في صفر
من عام ستة عشر وسبعماية وظهر العدو بعدها علي حصن قنبيل وحصن متمانس
وحصن بجيج وحصن طشكر وحصن روط ثم صرفت المطامع عزمه الي الحضرة
فقصد مرجها وكف الله عاديته وقمعه ونصر الاسلام عليه مع الهزيمة العظمي بالمرج
علي بريد منها واستولي علي محلاته النهب وعلي فرسانه ورجاله القتل والاسار
وطار الذكر وذاب السعد وذلك بمرافقة المهرجان العجمي ۞

„ 1323. mense Ragebo *Abulvalidus*
„ Rex, *Bazam* expugnaturus, exer-
„ citum in hostem eduxit, castraque
„ ad urbis fauces metatus, se vallo, fos-
„ sâ, aggere in propiori monte muni-
„ vit. Mox bello indicto, initium ob-
„ sidii fecit. Disploditur tormentum ma-
„ jus; globus igneus ope naphthæ re-
„ pentè ingenti cum strepitu excussus
„ fulminis more arcem impetit quatit-
„ que. Quo factum ut cives die 24.
„ ejusdem mensis *Abulvalido* parere
„ coacti sint. (a)

„ Anno tandem 725. die 10. Ra-
„ gebi alteram expeditionem molitur;
„ militibusque exercitatis, ac benè mul-
„ tis bellicis tormentis instructus, *Mar-*
„ *tos* urbem & magnitudine & uber-
„ tate conspicuam adoritur, non sine
„ ingenti civium perturbatione & me-
„ tu. Milites autem qui sequenti die in
„ bellum coacti erant, vineta, arborum-
„ que varietatem intuentes, ea om-
„ nia diripuere. Quapropter convolant
„ custodes, fit pugna, calent animi: ii
„ denique timore perculsi, terga ver-
„ tunt; milites verò insequuntur, mœ-
„ nia scandunt, Regemque ad arma
„ vocant, victoriam nunciantes. Con-
„ tinuò advenit, arcem expugnat; mox
„ oppido, quò Christiani confugerant,
„ potitur. Sævit tumultus, turbaque in
„ omnes irruit, nullo sexûs, aut æta-
„ tis discrimine. Mors ubique & pavor:
„ atque eò progressa res, ut multo ma-
„ ne cadaveribus humo tectis, Maho-
„ metanorum præcones turres ascende-
„ rint, preces suo more indicturi. Hinc
„ Rex *Abulvalidus* victor *Granatam*
„ repetit, quam ingreditur die 24.
„ ejusdem mensis. (b)

„ Ubi autem ex oppido *Martos*
„ re-

(a) وفي رجب من عام اربعة وعشرين وسبعماية عمل الحركة الي بلاد العدو
ونازل اشكر الشجي المعترض في حلق مدينة بسطة فاخذ بمخنقها ونشر الحرب
عليها ورمي بالالة العظمي المتخذة بالنفط كرة محماة طافت البرج من معقلها
فعاذت عثات الصواعق السماوية فنزل اهلها قسرا علي حكمه للرابع والعشرين من
الشهر ۞

(d) وفي العاشر لرجب من عام خمسة وعشرين وسبعماية تحرك الي الغزو
واستكثر من الالة واحتشاد المطوعة وقصد مدينة مرتش العظيمة الساحة الطيبة
البقعة فاضطرب بها المحلات وكان قصده اجمام الناس الي الغد فصرفت الحشود
وجوهها الي ما بها من بحر الكروم وادواح الاشجار فامعنوا في افسادها وبرز
حاميتها فناشبت الناس القتال فحميت النفوس واريد منع الناس فاعي امرهم وسال
منهم البحر فتعلقوا بالاسوار وقيل للسلطان بادر الركوب فقد دخل البلد فركب
ووقف بازايه فدخل الحصن عنوة واعتصم اهله بالقصبة فدخلت ايضا عنوة وانطلقت
ايدي الغوغا علي من بها من ذكر وانثي صغيرا وكبيرا فسال القتلة وقبحت
الاحدوثة ورفعت من الغد اكام من الجثث صعدت ذراها المؤذنون وقفل الي
غرناطة بنصر لا كفا له وكان دخوله من هذه الغزاة في الرابع والعشرين لرجب
المذكور ۞

„ redux pervenit; *Mohametum Ismaelis* filium fratremque suum patruelem, *Algeciræ* Principem, de crimine „ defectionis & contumaciæ arguit, „ minis insuper additis exagitat. *Mohametus* idcirco ultionis avidus, nefariam illi mortem molitur. Consilium „ amicis & famulis aperit; tempus & „ locum idoneum diligentiùs captat. „ Itaque feriâ 2. die ab illius adventu tertiâ, ad ostium domûs Regiæ „ in *Abulvalidum* famulis hinc inde „ comitatum audacter irruit; tum stricto pugione, vulnera ei tria intulit, „ quorum gravissimum claviculæ inflictum. Ille effuso sanguine vociferans, procubuit exanimis. Ad hæc „ Vizirus advolat, quem etiam conspirati scelerisque auctores eodem „ mortis genere affecerunt. Tumultus „ exinde sequitur & armorum strepitus, simulque partium furor ac cædes. (a)

„ Quum *Abulvalidus* ex vulneribus interiisset; altero die, feriâ nimirum 3. in Regiæ domûs hortis „ sepulcro perhonorifico, pulcra miraque arte elaborato donatus est, hoc „ superaddito epitaphio in marmor eleganter inciso. (b)

„ *Hic jacet Rex Martyr, Urbium* „ *Expugnator, Sectæ Mahometanæ Defensor, Regni Nasseritici Reparator,* „ *Antistes justus, & Princeps magnanimus atque strenuus; par belli domique Heros, genere & morum integritate clarus, imperio felicissimus, &* „ *fortitudine nemini secundus; Belli Gladius, Regni Lux, Dux accerrimus, &* „ *Fidei Propugnator insignis, pio religiosoque animo in Deum præditus; Dei* „ *& Religionis Athleta, multiplici victoria inclytus; Mahometanorum Imperator* Ismael, *videlicet* Abulualidus, *Filius Principis* Abu Said Pharagi, *& Regis* Algalebi *Pronepos, ac* „ *dignus Successor: Vir egregiæ ac præclaræ indolis, gloriæ famæque monumentis spectatissimus, stirpis Nasseriticæ Princeps maximus & Columen,* „ *cujus præclarissimam animam in numerum Beatorum Deus adscribat,* „ *suavique suæ misericordiæ rore aspergat; veniam quoque & certaminis* „ *mercedem illi largiatur amplissimam* „ *stato Retributionis tempore. Hic postquàm*

(a) وفاته ولما وصل من مرشن نقم علي ابن عمه محمد بن اسماعيل المعروف بصاحب الجزيرة امرا تقرعه عليه وبالغ في تانيبه وتوعده فيما اثار حفيظته فاقدم عليه بالفتكة الشنعة التي ارتكبها منه بباب قصره بين عبيده غدوة يوم الاثنين الثالث من يوم دخوله بعد ان عاهد في الامر جملة من القرابة والخدام ووثب به وهو مجتاز بين السماطين من ناسه الي مجلس القعود الخاص فاعتنقه وسل خنجرا ملصقا بذراعه فاصابه بجراحات ثلاث احداهن ما علي ترقوته فرت ودجه فخر صريعا وصاح فكر الوزير فعممته سيوف الحاضرين من اصحاب الفاتك ووقعت الرجة وسلت السيوف وتشاغل كل بمن يليه ۞

(b) ودفن غلس ليلة يوم الثلاثا ثاني يوم وفاته بروضة الجنان من قصره وتنوهي في احتفال قبره نقشا وتنجيدا واحكاما وحليا وتمويهها بما يشذ عن الوصف وكتب علي قبره نقشا في الرخام ۞

„ *quàm virtuti & gloriæ vixerat, de-*
„ *cessit victor, in cœlum migraturus,*
„ *ubi quod meruit præmium adeptus*
„ *est. Insidiis interfectus, gloriosè ac*
„ *feliciter vivere desiit. Natus anno*
„ *Egiræ 677. prima luce diei 17.*
„ *Scheuali, feriâ 6. Rex creatus an-*
„ *no 713. die 27. Scheuali, feriâ 5.*
„ *diem verò obiit anno 725. feriâ 2.*
„ *die 26. mensis ragebi. Laus Regi*
„ *vero, qui Rebus omnibus deficienti-*
„ *bus unus permanet.* (a)

In altera Sepulcri parte legitur Carmen versibus XIV. constans. Plures præterea versus in ejusdem Regis laudem eodem codice occurrunt.

„ *Mohamad Ben Ismael Ben Pha-*
„ *ragi Ben Ismael Ben Joseph Abv*
„ *Abdalla* nuncupatus, Hispaniæ Rex,
„ qui Regum vel præstantissimorum
„ nulli solertiâ, viribus, munificentiâ,
„ oris formâ, atque morum elegantiâ
„ est posthabendus. Ad hæc accessere
„ ingenium mite, humanitas, sermo
„ facilis & acer, summaque liberalitas.
„ Robore sic valuit, ut ejus fortitudo
„ in proverbium abierit. Eques erat in-
„ signis, sed planè temerarius; quippe
„ in hippodromo, nulla habita dis-
„ criminis ratione, effusis equi habenis
„ concitatissimo ac rapidissimo cursu,
„ qui oculorum aciem facilè fugeret,
„ per acclivia & declivia juxta loca fere-
„ batur; idque maximè, si gloriâ, vel
„ certamine accenderetur. Qua quidem
„ equitandi arte peritissimus, omnibus
„ palmam eripuit. Venatum in amo-
„ re ac deliciis habebat. In nobilium
„ equo-

(a) هذا قبر السلطان الشهيد فتاح الامصار وناصر ملة المصطفي المختار ومحيي
سبيل اباية الانصار الامام العادل الهمام الباسل صاحب الحرب والمحراب الطاهر الانساب
والاثواب اسعد الملوك دولة وامضاهم في ذات الله صولة سيف الجهاد ونور البلاد الحسام
المسلول في نصرة الايمان والفواد المعمور بخشية الرحمان المجاهد في سبيل الله
المنصور بفضل الله امير المسلمين ابي الوليد اسماعيل ابن الهمام الاعلي الطاهر
الذات والنجار الكريم الماثر الاثار كبير الامامة النصرية وعماد الدولة الغالبية
المقدس المرحوم ابي سعيد فرج ابن علم الاعلام وحامي حمي الاسلام صنو الامام
الغالب وظهيره العلي المراتب المقدس المرحوم ابي الوليد اسماعيل بن نصر قدس
الله روحه الطيب وافاض عليه غيث رحمته الطيبة ونفعه بالجهاد والشهادة وحباه
بالحسني والزيادة وصنع له في فتح البلاد وقتل كبار ملوك الاعاد ما يجده مذخورا يوم
التناد الي ان قضي الله بحضور اجله فختم عمره بخير عمله وقبضه الي ما اعد له من
كرامته وثوابه وغبار الجهاد طي اثوابه فاستشهد رحمه الله غدرة اثبتت له في
الشهدا من الملوك قدما ورفعت له في اعلام السعادة علما ۞ ولد رضي الله عنه في
الساعة المباركة بين يدي الصبح من يوم الجمعة سابع عشر شهر شوال عام سبعة
وسبعين وستماية وبويع يوم الخميس السابع وعشرين لشوال عام ثلاثة عشر وسبعماية
واستشهد في يوم الاثنين السادس والعشرين لشهر رجب الفرد عام خمسة وعشرين
وسبع ماية فسبحان الملك الحق الباقي بعد فنا الخلق ۞

„ equorum ſtirpe dignoſcenda verſatiſ-„ ſimus ; nec minùs Poëtices , quàm „ Rhetorices extitit ſtudioſiſſimus. Eo-„ dem ipſo ; quo ſuus pater obiit, die „ Rex ſalutatus eſt , die nempe 27. „ (paulò ſuperiùs eſt *die* 26. rectè „ utrumque , ſi feriam 2. ſpectes), Ra-„ gebi feriâ 2. anno 725. qui quum „ per ætatem rebus adminiſtrandis im-„ par eſſet ; tutoris nomine præfuit Vi-„ zirus. Ætate jam adultus , ſuique ju-„ ris factus , Vizirum qui imperium „ uſurpaverat , eo fortiter dejecit. Quo „ factum eſt ut cum omnes honore „ metuque proſequerentur : Princeps „ imperio dignus, isque tùm bellicam „ ob virtutem , tùm ob artis eque-„ ſtris peritiam meritò celebrandus. (a)

„ ſtate regnantes extitit Rex *Feſſæ* inclytus *Abv Ananvs Pharesivs*, Regis *Abvlhassani Ali Ben Othman Ben Jacob Ben Abdelhac* filius, Princeps fortunatiſſimus, qui anno Egiræ 759. die 24. menſis Dilhagiat deceſſit. Sufficitur in ejus locum filius, *Abv Bakervs Alsaid* appellatus, miræ ſolertiæ Princeps, & in adminiſtranda republica eximius, ſi regnum pacatum nactus eſſet. Is quum milites ad Regnum *Tremiſſenenſe* invadendum miſiſſet; Duces, atque ejus Aulæ Proceres *Mansorem Solimani* filium, virum probum jam natu grandem, Regem ſalutarunt; inde *Feſſam* profecti ſunt. Illis reſtitit Regis *Abv Bakeri* Vizirus, acerrimè & conſtanter urbem propugnans. Inter hæc *Abrahamvs Abv Salem*, *Abvlhassani Ali Ben Othman Ben Jacob* Regis filius, qui dudum ad *Caſtellæ* Regem profugerat imperandi cupidus, ad portum *Tingitanum* appulit; dumque ibi littora pervagatur, *Mansorem*, *Solimani* filium, rerum jam potitum eſſe famâ accepit. Illi tamen paruerunt *Gumeræ*, *Selæ*, *Tingis*, & *Septæ* populi, aliique factioſi. Verùm de Principe *Abrahamo* jam actum fuiſſet, niſi *Mansoris* partes ad ipſum deſciviſſent. (a)

„ Quamobrem *Mansor Solimani* filius, ſibi metuens, cum filio in *Bedis* montes ſeceſſit. Id ubi intellexit *Abrahamvs*, *Feſſam* exercitum deduxit; eamque, illius nepote & Viziro devictis, tandem occupavit anno Egiræ 760. Chriſti 1358. feriâ 5. die 15. menſis Schabani. Ibi ille Rex ſalutatus, *Mansore* ejuſque filio interfectis, regnavit ad diem uſque XX. menſis Dilcadat. Nam tumultuante per ea tempora populo, procerum ſubſequitur defectio, & ſubita Regis fuga, qui prope urbem captus, ferro interiit. Sublato exinde ipſius capite & coram populo oſtenſo, frater, nomine

(a) الملوك علي عهده بالمغرب السلطان الشهير امير المسلمين ابو عنان فارس ابن
امير المسلمين ابي الحسن علي بن عثمان بن يعقوب بن عبد الحق البعيد شا
والسعادة الي الرابع والعشرين من ذي حجة عام تسعة وخمسين وسبعماية وولي
بعده ولده السعيد ابو بكر وكان في النبل والادراك اية لو ان الليالي امهلته
ووجه الجيش الي تلمسان وفي اعلام قبيله ووجوه خاصته فاجمعوا علي تقديم منصور
بن سليمن رجل خير قد اقتحم سن الكهولة فبايعوه وا قبلوا الي مدينة فاس
فتحصن الوزير واستبصر في المدافعة وصابر الحصار وتلاحق من الاندلس السلطان
ابو سالم ابرهيم بن السلطان امير المسلمين ابي الحسن علي بن عثمان بن يعقوب
اجازه سلطان قشتالة لما فر اليه ونزل باحواز طنجة بعد ان عرض نفسه علي
السواحل فوجد العبطة بمنصور بن سليمن قد حصلت والتف اليه قبيل غمارة ودخلت
في امره اصيلا وطنجة وسبتة وتوجهت اليه الحصص وضويق مخنقه لولا ان الله فصل
الخطة بفرار القوم عن منصور بن سليمن ومنهم من صرف وجهه الي الامير ابي
سالم ۞

„ ne *Taschphin Abu Omar*, qui olim mente captus per Chriſtianorum regiones erraverat, Rex ſalutatur. Dum res tam miſerè turbarentur, Princeps *Abu Mohamad Abdelhalim*, Regis *Abu Ali Omar* filius, Regiſque *Abu Said Othman* nepos, ex Hiſpania in Africam trajecit, imperandi fiduciâ: hinc ex urbe *Tremiſſeno*, ubi conſederat, profectus, urbem *Albam* (id eſt *Feſſam*) Regum ſedem multo milite oppugnavit, die nimirum 6. Moharami anno 763. (a)

„ Cives armis & viribus inſtructi, ſic acriter adversùs eum dimicarunt, ut ille prælio tandem ſuperatus, in urbem *Tezam* (cujus meminit *Leo Africanus Lib. III. pag.* 179.) profugere coactus ſit. Ibi à ſuis excipitur; viribus deinde auctus, urbem *Meknaſam* expugnat, quam tuendam fratri ac nepoti tradidit. Eodem autem anno die 22. Saphari feriâ 2. Princeps *Abu Zaianus Meknaſam* pervenit ex *Caſtella*, ubi diutiùs fuerat commoratus, ab obſeſſis ad regnum jam pridem accitus. Qui ubi Rex ſalutatus eſt, Vizirum ſibi delegit *Omarum Ben Abdalla Ben Ali Aliabani*, virum magno rerum uſu & bellica virtute conſpicuum. Is, eductis copiis, *Meknaſam* adoritur; hoſtes autem victi, terga vertere. Princeps ſimiliter *Abu Mohamad*, qui in urbe *Teza* ſuas conſulens vires, ſpem regnandi maximè alebat, in urbem *Segelmeſſam*, patris ſui imperio olim ſubjectam, ſe recepit: ubi in præſentia dum huic operi finem facimus, verſatur, Calendis videlicet Gemadi poſterioris anno 763. (b)

„ *Tre-*

(a) وفر منصور بن سليمن وولده حايرا لنفسه الي جبال بادس وتلاحق السلطان ابو سالم بدار الملك فدخلها بعد خروج الولد ابن اخيه اليه ثم الوزير يوم الخميس الخامس عشر من شعبان عام ستين وسبعماية واستوسق له الامر واستحكمت الطاعة الي اليوم العشرين من ذي قعدة واتي اليه بمنصور بن سليمن وولده فقتلهما صبرا وقيم عليه بدعوة اخيه المختبل وفر الناس عن مصافه وذهب لوجهه حايرا لنفسه واتبع فجي به الي قريب من البلد وقتل واتي براسه واخذت علي الناس البيعة لاخيه ابي عمر تاشفين المتقدم اسره وفساد عقله ببلاد الروم ۞ واجاز البحر من الاندلس طالبا للامر الامير ابو محمد عبد الحليم ابن السلطان ابي علي عمر ابن السلطان ابي سعيد عثمان واستقر بتلمسان ثم نازل المدينة البيضة دار الملك في سادس محرم من عام ثلاثة وستين وسبعماية ۞

(b) وبرز اليه اهل المدينة في قوة وعدة فانهزم بعد مصابرة وافلا واستقر بمدينة تيزا ملتفا عليه الكثير من قبيله ثم تغلب علي مدينة مكناسة وشدها باخيه وابن اخيه وقد كان محصوره طيروا الي بلد قشتالة مستدعيين الامير ابا زيان المستقر بها فوصل بعد مراوضة كبيرة يوم الاثنين ثاني وعشرين لصفر من عام المذكور وتعيير له الامر وصرف ابو عمر الي حاله الاولي من التزام البيت موكلا

به

„ *Tremiſſenenſis* verò Regni Princeps erat *Abu Hamu Musa Ben Zaian*, qui, *Marinis* cum *Mansore Solimani* filio, eorum Principe expulſis, rerum ibidem potitus eſt; quique ad hunc uſque diem feliciter regnat. Africæ autem imperium tenet *Abrahamus* Principis *Abi Iahiæ* filius; *Caſtellæ* Rex *Petrus*, Regis *Alphonsi* filius, *Herandi* nepos, & *Sanchii*, *Alphonsi*, *Herandi*, aliorumque Regum circiter quadraginta nepos. Hic Regni Succeſſor ad extrema patris tempora deſignatus, Rex poſt illius obitum ſalutatur, menſe videlicet Moharamo, anno Egiræ 751. Chriſti 1350. Cæterùm bello, quod adversùs Mahometanos redintegrare in animo habebat, variis Chriſtianorum diſcordiis, quæ etiamnum ardent, diſtentus, deſiſtere coactus eſt. *Barcinonis* denique Rex (ſcilicet *Aragoniæ*) *Petrus Alphonsi* filius, *Ben Jacob Ben Alhonsch Ben Pethro*, ad cujus Regnum latè diffuſum Inſulæ ſanè non paucæ accedunt. *Petrus Sardiniam* per ea tempora, infelici tamen marte, cum ingenti ſuorum clade oppugnavit. *Genuenſes* verò navali prælio devicit. (a)

„ *MAHOMETI*

„ *TEMPORIBUS GESTA.*

„ Equidem eo imperante, totum quà patet Regnum, pace fruebatur. Nihil idcirco geſtum eſt, quod hominum memoriâ dignum haberi poſſit, præter rebellionem *Gibraltaris* urbis Præfecti, nomine *Isa Ebn Alhassan Ben Abi Mandil Alascari*, qui anno Egiræ 756. die 6. menſis Dilcadat, titulo Regis ſibi arrogato, incolas quibus ad

جه وبرز الجيش الي مرافعة من بمكناسة لنظر الوزير مدبر هذه الرحا ومدبل
هذا الدول المصنوع له في ذلك المهتدي الي اقصي النبل فيه عمر ابن الوزير عبد الله
بن علي اليابانى فكان له الظهور وجرت علي من كان بمكناسة الهزيمة وانصرف
علي اثر ذلك الامير الراتب برباط تازي الي مدينة سجلماسة بلد ابيه لكونها مما
دخل في طاعته وهو الان بها علي تاريخ الفراغ من هذا التقييد وهو غرة جمادي
الثانية من عام ثلاثة وستين وسبعمائة ۞

(a) وبتلمسان الامير ابو حموا موسي بن زيان المستولي عليها عند انصراف بني
مرين عنها صحبة اميرهم منصور بن سليمن المبايع بها وهو الان بها موصوف
برجاحة وسداد ۞ وبافريقية ابرهيم بن الامير ابي يحيي ۞ وبقشتالة بطره ابن
السلطان الهونش بن هرانده بن شنجه بن الهونش بن هرانده الي الاربعين ولي
الملك علي اخريات ايام ابيه في محرم عام احد وخمسين وسبعمائة وعقد معه
السلم علي بلاد المسلمين بعد وفاته وعمرت الروم فتنة شغلته الي هذا العهد ۞
وبرجلونة السلطان بطره بن الهونش بن جايمش بن بيطره وهذا الطاغية ترجع
الي ملكه الجزاير البحرية ومملكته عريضة ونازل علي عهده جزيرة سردانية وانقطع
بها حتي هلك الكثير من امته واوقع بالجنويين وقعة كبيرة بحرية ۞

„ auxilium omnis interclusus erat aditus, maximè afflixit, & metu incusso, sibi adjungere studuit. Verùm populo ob avaritiam, perditosque mores invisus, & à suis propterea destitutus, exorto tumultu qui accidit die 26. ejusdem mensis, ad arcem maximam confugit. Captus tandem cum filio *Septam* ducitur: ubi uterque, jubente Rege *Abu Anano*, sceleris pœnas singulari & quidem crudelissimo supplicio luens, turpiter vitam finivit. (a)

„ *Mohametus* ad solium evectus, palatium Regiis ædibus proximum, magnificum sanè, idemque omni commoditate præditum, *Ismaelis* germani fratrumque ex patre, atque novercæ usibus destinavit. Princeps quæ die Regis obitûs immensas collegerat opes, viam ad solium filio sternere *Solimano* cœpit. Itaque filiam, quam Pater Principi consanguineo *Abu Abdallæ* in matrimonium dederat, amicitiæ specie frequens adibat. Cujus tandem operâ & arte generum pertraxit in sententiam: adeo ut ille, qui Regnum jure sanguinis ambiebat, complurium etiam Regni appetentium adjutus viribus atque audaciâ armatus, rem aggredi constituerit. Quamobrem ex sociis viri centum, altiorem Arcis partem scalis machinisque admotis, occupant: ubi tenebris faventibus latuere ad gallicinium usque noctis 28. Ramdani, anno 760. Inde cum facibus & clamoribus in conspectum prodeuntes, Viziri domûs fores effregerunt; atque intrò irruentes, opibus direptis, illum unà cum filio, ac domesticis interfecerunt. Mox gener militum manu instructus, *Solimanum* eduxit; & equo vectum, pulsato tympano, Regem salutavit. (b)

„ Rex

(a) بعض الاحداث في ايامه ۞ كانت ايامه هادنة قليلة الحوادث منسدلة الامن فلم يقع فيها كبير منتسطر الا ماكان من لحاق عيسي ابن الحسن بن ابي منديل العسكري بجبل الفتح وهو رييسه المخصوص به من لدن فتحه واظهاره الخلاف والامتناع سادس ذي قعدة من سنة وخمسين وسبعمائة فضاقت الصدور وساءت الظنون لتوقع الفاقرة باسداد باب الصريخ وانبتات النصرة الا ان الله تدارك بفضله فثار به في الخامس والعشرين من الشهر اهل الجبل وبدا لهم في الامر لقبض يده عن العطية وسوء السيرة وصاح به صايح البوار فخذله اشياعه واعتصم بالبرج الاعظم واحيط به فالقي باليد وتقبض عليه وعلي ولده وبودر به الي سبتة فاغري بهما السلطان ابو عنان خليق الصنع سوء القتلة وشنيع المثلة ۞

(b) الحادثة عليه كان عند تصيير الامر اليه قد الزم اخاه اسماعيل قصرا من قصور ابيه بجوار قصره مرفها عليه متممة وظايفه واسكن معه امه واخواته منها وقد استاثرت يوم وفاة ولده بمال جم من خزانته الكاينة في بيتها فوجدت السبيل الي السعي لولدها فجعلت تواصل زيارة ابنتها التي عقد لها الوالد مع ابن ابن عمه الرييس ابي عبد الله وشمر الصهر المذكور وهو ما هو من الاقدام ومداخلة ذوبان الرجال

„ Rex autem *Mohametus* ejus frater, qui tunc temporis in viridario animum cum filio relaxabat, clamoribus, tympanorumque strepitu exterritus, arcem ingredi festinat: quam dum occupatam deprehendit, vi sagittarum compellente, gradum referre cogitur. Hinc generosissimum, quem ad manum per summam Dei providentiam habebat, conscendens equum, additis calcaribus, periculo se eripuit; irritosque adeo insectantium conatus effecit. Mane tandem ad urbem *Guadix*, Præfecto nihil tale expectante, pervenit: ubi à civibus amicè excipitur, commeatu Rege digno & palatio militibus ad custodiam instructo. Tyrannus interim frater pacem cum *Castellæ* Rege sancire conatur: quam facilè quidem ab eo, utpote *Barcinonensibus* inimico, impetravit. *Mohametus* verò etsi incolas ab eo stare planè jam noverat; suis tamen viribus parum fretus, Legatis ad Regem *Fessæ* die 1. Scheuali missis, auxilium ab eo implorat: quod eodem & tempore à Christianorum Rege frustra petiit. Quare die 10. Dilhagiat, multo equitum peditumque agmine comitatus, *Marbellam* urbem contendit; inde die 6. Moharami, anno Egiræ 761. ineunte *Fessam* splendido cum apparatu advenit. (a)

„ Ibi postquam menses aliquot

الرجال عن ساعد جده وراش وبرا واستعان بمن اسفنه الدولة وهفت به الاطماع فتالف منهم
زما ماية قصدوا جهة من جهات القلعة متسنمين شفي صعب المرتقي واتخذوا الة
تدرك نروته لقعود بنية كانت به عن التمام وكبسوا حرسيا باعلاه بما اقتضي
صماته فاستتروا به ونزلوا الي القلعة سحور الليلة الثامنة والعشرين من رمضان عام
ستين وسبعماية فاستظهروا بالمشاعل والصراخ وعالجوا دار الحاجب ففضوا اغلاقها
ودخلوها فقتلوه بين اهله وولده وانتهبوا ما اشتملت عليه داره وامرت طايفة مع
الريس الصهر فاستخرجت الامير المعتقل اسماعيل واركبته وقرعت الطبول ونودي
بدعوته ۞

(a) وقد كان اخوه السلطان متحولا بولده الي سكني الجنة فما راعه الا النـدا
والعجيج واصوات الطبول وهب الي الدخول للقلعة فالفاها قد اخذت دونه شعابها
كلها ونقابها وقدفته الحراب ورشقته السهام فرجع ادراجه وسدده الله في محل
الحيرة ودس له عرق الفحول من قومه فامتطي ظهرة فرس كان مرتبطا عنده وسار
لوجهه فاعي المتبع وصبح مدينة وادي اش ولم يشعر حافظ قصبتها الا به وقد تولج
عليها بها فالتف به اهلها واعطوه صفقتهم بالذب عنه فكان املك بها وتجهزت
الحشود الي منازلته وقد جدد اخوه المتغلب علي ملكه عقد السلم مع طاغية
قشتالة لاحتياجه الي سلم المسلمين بحرا فتنه بينه وبين البرجلونيين وا غتبط به
اهل المدينة ورضوا بهلاك نعمتهم دونه واستمرت الحال الي يوم عيد الفطر من عام
التاريخ ووصله رسول ملك المغرب مستنزلا عنها ومستدعيا الي حضرته كما عجز

عن

„ consederat, ad spem recuperandi „ Regni à Castellæ Rege excitatus, „ anno 762. feriâ 7. die 17. Sche- „ uali (scribendum die 19.) in Hispa- „ niam rediit, *Rondæ*, ubi nunc mo- „ ratur, locorumque adjacentium Prin- „ cipatu contentus. (a)

„ *Ismael Josephi* Regis filius & „ *Ismaelis* nepos, formâ, cum puer „ esset, excellentissimus, qui, fra- „ tre *Mohameto* expulso, Hispa- „ niæ Regnum occupavit. Is è car- „ cere emissus, patri de pinguedine „ percunctanti respondisse fertur: *Ut* „ *Regis mensa hospitem, ita sanè tua* „ *me vincula pinguem effecere.* Princeps „ erat & facie & staturâ insignis; „ mollis tamen & effæminatus, volup- „ tatibusque ultra modum indulgens, „ otio item & mulierum contuber- „ nio deditissimus, proindeque parum „ vir, & ad Rempublicam regendam „ ineptus planè. Adnitente ipsius pa- „ tris patrueli fratre, & genero nomi- „ ne *Abu Said*, Regnum obtinuit. „ Sed statim ac Rex pronuntiatus est, „ idem *Abu Said*, arrogato sibi impe- „ rio, civium fortunis atque spoliis sua- „ rum partium fautores sibi conciliare, „ *Ismaelem* verò acerbiùs tractare ac „ servilem in modum habere cœpit, „ nulla vel dignitatis, vel modestiæ pie- „ tatisve habita ratione. Quamobrem „ ejus & Regnum & vita brevi tem- „ pore, ut suo loco dicturi sumus, „ extincta est. (b)

„ Porrò *Ismael* ipso quo solium „ insedit die, Vizirum sibi delegit *Mo-* „ *hametum Ben Abrahim Ben Abil-* „ *phath Alphahri*, qui paulò post „ ab

عن امساكها وراسل ملك الروم فلم يجد عنده من معول فانصرف ثاني يوم عيد
النحر المذكور وتبعه الجمع الوافر من اهل المدينة خيلا ورجلا الي مربلة وكان
وصوله الي مدينة فاس مصحبا من البر والكرامة بما لا مزيد عليه في السادس من
شهر محرم فاتح احد وستين وسبعماية ۞

(a) وفي صبيحة يوم السبت السابع عشر من شهر شوال عام اثنين وستين وسبعماية
كان انصرافه الي الاندلس وقد الح صاحب قشتالة في طلبته وترجح الراي الذي
نصره . . . . . . وهو الان مستقر برندة وجهاتها ۞

(b) اسماعيل بن يوسف بن اسماعيل أخوه المتصير اليه الملك بعده بالاندلس حاله
كان فتي وسيما مرتبا علي حداثة سنه وقد ساله الحاج عن سمنه وهو مجنوب اليه
من سجنه فقال القيد والرتعة ومن ذلك ضيق الامير بسمن حسن الصورة والقد جنثا
مضعوفا لمكان الاعتقال ومجاورة النسا منحطا في درك اللذة قاصر الهمة علي حيا
ودماثة قام بامره ادن عم ابيه واقعده الاريكة وضم له الرجال فلما استوثق الامر
اعتز بمن لنظره واستجلب لهم الفوايد وسوغهم المناهب واستغلظ ما شا وانحط له في
رتبة الخدمة والنصيحة واسر الحسر في الارتغا ولم يوفق الله هذا الامير لمراعاته
وايجاب ما تستسقي به حشمته وساما بينهما من غير حذر يوخذ الاتقية تستشعر
فاذكر سريعا نجمه وسطا به سطوة شنعا حسبما يتقرر في وفاته فمضي لسبيله ۞

„ ab illius interitu per fraudem occiſus eſt. Ferunt enim *Abu Saidum* rerum potitum *Mohameto* jam Viziro primò eundem honorem confirmaſſe; deinde confiсто proditionis crimine, quod litteras ſcilicet adulterinas ad *Africæ* Regem miſiſſet, illum etſi pleniſſimè purgatum, unà cum fratre patrueli, tribuſque eorundem filiis ad aquas damnaſſe. Quare nullâ interpoſitâ morâ, vincti ad urbem *Almuñecar* trahuntur; ibique ſubmerſi, omnes miſerè perierunt. Habuit etiam à Libellis *Abu Mohametum Abdelhac Ben Abi Alcassem Ben Athia Almaharbi* ad obitum uſque; Judicem verò *Abu Bakerum Ahmad Ben Mohamad Ben Giazi*, nobiliſſimum *Granatenſem*: quo dimiſſo, præfecit *Abulcassemum Salmonem Ben Ali*, virum Juris ſcientiâ excultiſſimum. Regiarum denique copiarum Duce uſus eſt eodem qui, fratre Rege, illius præfuerat exercitui. (a)

„ *Abu Saidus* autem *Ismaelis* gener ſupra dictus, Regium nomen exoſus, ab ejuſdem *Ismaelis* fide defecit; eumque ſic militum inſolentium operâ vexavit, ut ad necem etiam quærere inſtituerit. Itaque re cum Viziro nomine *Mauro*, ſuorum conſiliorum ſermonumque conſcio communicata, mox coacto equitum peditumque agmine, Regias ædes circumſedit, Regemque nec opinantem adortus eſt, feriâ nimirum 7. die 26. menſis Schabani anno 761. Tùm *Ismael* ſibi metuens, fugam parat; atque illico in arcem muniſiſſimam, quæ urbi imminet, cum parva tyronum militum manu ſe recipit, Cives, viribus alioquin impares, ad arma in auxilium vocans: qui ubi accurrêre, cum hoſte in aciem audacter deſcendit. Victum *Ismaelem* captumque *Abu Saidus* de ingrati animi nota in primis arguit; deinde eum nudari, deligari & in carcerem cum ſceleratiſſimis hominibus detrudi juſſit, tandemque interfici. Adſunt continuò milites ſtrictis enſibus; caput amputatur; ſtatimque defenſoribus oſtentatur: quod ex illis unus, apprehenſo capillo qui prolixior erat, humero ſuſpenſum „ ab-

(a) ووزراوه قدم للوزارة عشي يوم ولايته محمد ابن ابراهيم بن ابي الفتح الفهري
فاتصلت ايامه الي اخر ايام اميره القصيرة واعمل عليه التدبير مع مبيره زعموا من
غير جريرة ۞ فلما تم عليه التدبير قام للمتولي بعده برسم الوزارة اياما من شهر
رمضان واتهمه واحتج عليه بكتب في مخاطبة سلطان المغرب تبرا منها فلم يقبل
عذره ولا اقال عثرته وتقبض عليه وعلي ابن عمه وثلاثة من ولدهما فبعثوا علي الظهر
الي ساحل المنكب فاغرقوا به جميعا ۞ كتابه استقل بالكتابة عنه الفقيه ابو
محمد عبد الحق بن ابي القاسم بن عطية المحاربي الي اخريات ايامه ۞ قضاته ۞
تولي له خطة القضا ابوبكر احمد بن محمد بن جزي من وجوه الحضرة ثم صرفه
عن الخطة وقدم لها ابا القاسم سلمون بن علي من شيوخ قضاة الاندلس الي اخر
مدته ۞ شيخ الغزاة علي عهده ۞ شيخ الغزاة علي عهد اخيه فاستمر علي ولايته بقية
ايامه ۞

„ abstulit. Subsequitur exinde fratris, „ quem habebat natu minorem, nomine Cais, cædes fœdissima. Eorum „ postremò corpora obsoletâ veste co„ operta, sub dio quoad computrescerent, invisæ immanitatis spectacu„ lum, jacuere. (a)

„ Rebus his ex sententia patratis, „ *Abu Saidus* omnium mortalium ne„ quissimus, summè perfidus, subdo„ lus, infidus, ac planè vesanus, Re„ gium, nullo resistente, sumsit or„ natum. Verùm non multò post con„ tractis propter *Mahometi* Regis ju„ ra cum finitimis *Africæ* & *Castellæ* „ Regibus inimicitiis, turbato etiam „ ob ejus insolentiam Regno, ad *Ca„ stellæ* Regem confugere statuit. Nam „ ex quo ille *Malacam* Regi *Maho„ meto* paruisse acceperat, metu per„ culsus est: quem & amicorum de„ fectio, & rei nummariæ difficultas „ per id temporis quàm maximè au„ xit. Quare *Castellæ* Regem adire in„ consultè decrevit Regio cum appa„ ratu & gaza, item fortissimorum „ equitum manu, ratus pretiosissimis „ muneribus amplisque promissis il„ lum sibi devincturum, & auxilia „ quoque adversùs hostes Arabas ab „ eodem se impetraturum. *Castellæ* Rex „ *Abu Saidum* blandis verbis excepit; „ deinde habito de illius re cum Prin„ cipibus consilio, eundem ad Regni „ quietem è medio tolli satius duxit, „ odio in primis & illius opes adipiscen„ di cupiditate inflamatus. Unus igi„ tur ex militiæ Ducibus, cui nego„ tium à Rege datum, illius comi„ tes in arce, ubi hospitio erant ex„ cepti, adortus, per insidias occidit. „ Quorum posteà cæde in urbe di„ vulgata, Rex *Castellæ* *Abu Saido* „ sua manu necem intulit. Cætero„ rum verò sublatis in arce capitibus „ cadaveribusque in unum locum ad „ exemplum projectis, *Mahometo* Re„ gi *Rondam* nunciavit, *Abu Saidum* „ interfectum esse. (b)

„ Quamobrem *Mahometus*, Re„ gno,

(a) وثار به ابن عمه ابو سعيد وقد اوحشه وتنكر له ومع ذلك فهو مقر له بجواره غاصة قلعته من فرسانه ورجاله فكبست يوم السبت ليلة السادس والعشرين من شعبان عام احد وستين وسبعماية وقد استركب فرسانه واستنجد رجاله وداخل وزيره وحافظ بابه وامين سرته يعرف بالموري واهتبل غرته وهو متبذل في بعض قصوره فاحاط به ولجا امامه الى برج عظيم مطل على البلد واستجار بالناس ومعه لمة من الاحداث فانحاش الى ما تحت ذلك الصرح خلق لا حيلة لهم الى نصره ثم ألقى باليد ونزل طامعا في العود الى الثقاف الذي الفه فتقرعه ابن عمه ووقفه على ذنوبه اليه وكفران سعيه ثم امر بثقافه فذهب الرجال به الى طبق ارباب الجرايم حافيا حاسرا ولما استقر بالارى حيث الطبق اشير بقتله فتعاورته السيوف لحينه ونودر بجز راسه وطرحه الى الناس الذين حفوا للتمودية بنصره فاحتمله بعضهم بمعلاق ضفيرة شعر جثل كان يرسلها بين كتفيه والحق به اخوه الصبي الصغير قيس وطرحت جثتاهما بالعرا مغطاة باسمال الى ان ووريا فكان في امرهما عبرة ۞

(b) واخذ البيعة لنفسه فلم يختلف عليه احد وكان هذا المشوم اخبث نسمة ذراها الله

„ gno, Deo favente, recuperato, *Granatam* Regiam urbem ingreditur horis meridianis feriæ 7. die 20. Gemadi posterioris, anno Egiræ 763.
„ Adnitentibus tamen ea tempestate improbis quibusdam militibus, Princeps *Ali Ben Ali Ben Ahmad Ben Nasser* arma adversùs illum capit: quem *Mahometus* Dei ope adjutus, facilè vicit, atque profligavit. *Mahometus* autem etiamnum in Hispania regnat, ad annum videlicet usque Egiræ 765. ineuntem, quo Chronologiæ hujus, quam perennem fontem verè dixeris, finem facimus. Ceterùm qui plura scire pervelit, hanc consulere non pigeat Historiam, quæ *Analecta* inscripsimus.
„ At hæc & cætera quæ litteris mandavimus, meliora reddat Deus. (a)

FRAGMENTUM
HISTORIÆ HISPANÆ.

Quod hic subnectere libuit Fragmentum, ejus (si conjectare liceat) videtur auctor esse *Razævs* vulgò *Rasis*, tertii Egiræ sæculi scriptor. Idque inde colligo, quod hujusmodi Fragmentum incipiat à nomine *Ahmed*, quod ejusdem *Rasis* præcipuum est; Au-

الله من التراب لا غاية في المكر والخديعة والجنون وسو العقد وختر العهد واملي
الله له بظهور اتيح علي العدو وسا تدبيره في معاداة من يجاوره من ملكي
المغرب وقشتالة بما اقتضي انجاز وعد السلطان صاحب الحق فتمالا المكان علي
جبره واعادته الي دار ملكه ۞ ولما دخلت مالقه بدعوة السلطان محمد وبلغ
الخبر عدوه فاضطرب امره واختل تدبيره وقد نفذ ماله وسيمته وجيرته فاقتضي رايه
الفايل وغره الزايل ان صرف وجهه الي صاحب قشتالة متطارحا عليه طامعا في
الكرة من قبله وان يستظهر به علي المسلمين واستصحب ذخيرة الملك وعدة
وشوكة جادة من الفرسان واعمل الطاغية الارا في امره فترجح عنده قتله طمعا
في ما بيده وارادة لبلاده من شرشرد منه ومطوقا اليد لولي نعمة به فاستخلص من
دعوته الطايفة التي تسورت السور واقتحمت القلعة فقتلهم بعد ان شهرهم في
مدينته وتولي قتل سلطانهم بيده وتركهم في صعيد واحد عبرة للمعتبرين ونصبت
روسهم علي المكان الذي تسوروا منه البلد وثم طير الي السلطان وهو بمالقة
بالخبر ۞

(a) ودخل البلد وعاد الي دار ملكه تحت عناية الله ظهر يوم السبت الموفي
عشرين لجمادي الثانية من عام ثلاثة وستين وسبعمادة وثار عليه في الحضرة
بممالات اشرار من جنده علي بن علي بن احمد بن نصر الشيخ الزمن فاظفره الله
به وهو الان امير المسلمين بالاندلس الي حين الفراغ من التاليف وهو اخر محرم
فاتح عام خمسة وستين وسبعماية ۞ وهذا الكتاب عيون ونكت ومن اراد
الاستقصا فعليه بكتاب نفاضة الجراب من تاليفنا والله يحسن ۞

Auctores ſiquidem Arabes ſua nomina ſuorum operum exordiis præfigere conſueſcunt.

„ Dixit Ahmedus . . . . . Chriſtia-
„ nis jam fuſis, interfectoque Rode-
„ rico, Tudemirus in ejus locum ſuf-
„ fectus, cum reliqua exercitûs parte
„ in *Orcelis* planitiem, locum omni-
„ no patentem ſeceſſit. Hos conſpica-
„ ti Arabes irruunt, ac pleroſque cæ-
„ dunt. Quo facto Tudemirus ſibi ab
„ Arabibus metuens, urbem *Orce-*
„ *lis* cum paucis ingredi coactus eſt.
„ Quum autem ſe viribus viriſque im-
„ parem cerneret; fœminas cum mili-
„ tibus haſtis armatas, paſſis capillis
„ per muros aſtu diſpoſuit; mox in-
„ de egreſſus, confiсto Legati nomine,
„ de urbis tradendæ conditionibus agit,
„ pacemque â *Mahometanis* & ſecuri-
„ tatem impetrat. Suum deinde pro-
„ feſſus nomen, Arabas in urbem
„ inducit. Hos comperto quàm parva,
„ quàm invalida intus eſſet manus, pa-
„ ctionis confectæ pœnituit; à qua
„ tamen recedere nefas arbitrati. Hinc
„ non exigua exercitûs pars *Toletum*
„ petiit, quod jam Tarekus Ben Za-
„ iad occupaverat, pulſis Gothis omni-
„ bus illius incolis, collocatiſque ibi-
„ dem Arabum præſidiis, ut unà cum
„ eodem Tareko urbem *Guadalxa-*
„ *ram* expugnaret. Qua captâ, redux
„ Tarekus exercitum per viam am-
„ plam duos inter montes patentem,
„ ejus de nomine poſtea appellatam,
„ ad urbem *Medinat Almaida*, trans
„ montem ſitam pergit. Inde in ur-
„ bem *Amayam* profectus, immen-
„ ſas ibi opes, vimque auri maxi-
„ mam invenit; *Toletum* poſtremò
„ repetiit. (a)

NO-

(a) قال احمد . . . . كانت الكرة عليه فانهزم العلج بجنده في فحص اوريولة بموضع لا يستتر فيه منهزم الا فضحته السهول والرمال فركب المسلمون ظهورهم فيه وقتلوهم وافنوهم ودخل العلج اوريولة في نفر يسير ممن بقي معه فلما راي انه لا طاقة له بالمسلمين لما لم يبق من رجاله الا يسير تحيل واوقف النسا علي الاسوار مع بقية الرجال واعطاهن القصب وامرهن بكشف شعورهن وخرج هو الي عسكر المسلمين كانه رسول لتدمير ومن معه فتحيل واخذ الامان والعهود وصالح الجيش علي الطاعة فلما استوثق لنفسه اعلم المسلمون انه تدمير وسار معهم وادخلهم اوريولة فلما دخلها المسلمون وراوا قلة من فيها وانهم ما كانت لهم طاقة بمرفع ندموا علي المصالحة وقد كانوا اعطوا العهود فلم يقدروا علي النقض ونهض بعض الجيش الي طارق بن زياد الي طليطلة بالفتح وقد كان دخلها واخلاها من كل من كان فيها من الاعلاج ولحقوا بمدينة خلف الجبل يقال لها مايدة طارق واتبعهم وادخل بطليطلة رجالا من اصحابه فسلك الي وادي الحجارة ثم استقبل الجبل فقطعه من فج يسمي بفج طارق وبه سمي فبلغ مدينة خلف الجبل تسمي مدينة المايدة لانه وجد فيها مايدة سليمن وكانت من زبرجدة خضرا حافاتها وارجلها منها ثم مضي الي مدينة ماية فاصاب بها حليا كثيرة وذهبا عظيما ثم رجع الي مدينة طليطلة ❁

N O T A.

* *Medinat Almaida* ſic dicta, quòd *Salomonis Menſa* ex ſolido ſmaragdo ibi reperta ſit.

„ Poſtquam autem *Musa Nassiri* filius *Tarekum Ben Zaiad* Hiſpaniam ſubegiſſe anno Egiræ 92. Chriſti 710. (alii addunt feriâ 5. die 8. Ragebi anni 92.) accepit; invidiâ motus, ſuffecto ex filiis uno, qui in Africa vicem Regis impleret, cum reliquis tribus filiis *Abdelaziz*, *Abdelala* & *Marvan*, cui tùm Palatii ad ripam fluminis occidentalem poſiti, tùm pontis adſcribitur extructio, iter in Hiſpaniam properavit decem millibus hominum ſtipatus. Hos inter *Coraiſitarum* Arabum Primores enumerantur *Almonaizir*, *Ali Ben Rabah Lakhamita*, *Haviat Ben Ragia Altamamita*, atque *Hanaschius Ben Abdalla Alſananita*, qui fanum *Cæſaraugustanum* condidiſſe traditur..... Itaque trajecto mari *Algeciram* appulit menſe Ramdano, anno 93. Chriſti 711. Et à Chriſtiano quodam locorum perito, qui urbes *Nieblam*, *Bejam*, *Ecijam*, *Meridam*, aliaque oppida à *Tareko* nondum expugnata oſtendit, omnia edoctus, caſtra prope *Hiſpalim* poſuit: quam poſt menſem unum ad deditionem compulit. Conſtitutis ibidem cum Duce Arabum præſidiis, *Meridam*, Regiam olim ſedem, ſimulque urbem munitiſſimam contendit. Quum verò diu eſſet ſtrenuè utrinque dimicatum; milites equiteſque ſecretiores montis vias per noctem emenſi, hoſtes, qui in aciem venire ſolebant, prima luce aggreſſi ſunt: quorum non pauci interfecti, alii fugâ ſalutem in urbe quæſierunt. Cæterùm in hujuſce urbis obſidione, quam *Musa* in menſes aliquot produxit, magna Mahometanorum pars ab arcis latere impetita cecidit: unde arx illa *Martyrum Caſtellum* appellata. (a)

„ Inter hæc Chriſtiani obſeſſi, „ bello

(a) ولما افتتح طارق بن زياد الاندلس في سنة اثنتين وتسعين من الهجرة حسده
موسي بن نصير فاستخلف احد بنيه علي افريقية ودخل معه الاندلس ابنه عبد
العزيز وابنه عبد الاعلي وابنه مروان الذي كان ينسب اليه بلاط مروان الذي بغرب
قرطبة وعلي نهرها ودخل معه من قريش والعرب ووجوه الناس مثل عشرة الاف
ودخل معه من الصحابة والتابعين واحد يقال له المنيزير وعلي بن رباح اللخمي
وحيوة بن رجا التميمي وحنش بن عبد الله الصنعاني وحنش هذا الذي اسس لاهل
سرقسطة محراب الجامع .... وجاز البحر وحل بساحل الاندلس في الغرب منه
في الجزيرة في رمضان من سنة ثلاث وتسعين فطلب دليلا من العجم يدله علي
بلد ان لم يدخلها طارق فدله علي لبلة وباجة وخشوذبة وماردة فنهض موسي الي
مدينة اشبيليه ففتحها بعد مقاتلتها شهرا وخلف فيها جماعة من المسلمين مع
قايد لهم وصار منها الي ماردة وكانت دار الملك من قواعد الملوك الاوايل
فقاتلها موسي مدة وكانت حصينة فلما انجلت الحرب طاف بها موسي فراي
نقبا كان لمقاطع الصخر فكمن فيه الرجال والخيل ليلا فلما اصبح نهض اليهم
للقتال

„ bello jam fracti, Legatos ad Mv-„ sam de pace miserunt. Ii autem col-„ loquio impetrato, virum cernunt „ candidam barbam gerentem, quam „ paulò post rubram pulveris cujusdam „ ope (Arabes *Henna*, Hispani *Alheña* vocant) postero demum die ni-„ gram admirati sunt. Rem Legati „ in urbem reversi civibus nunciant; „ eosque ita alloquuntur. *Potestisne* „ *adversùs Duces pugnare qui senectu-* „ *tem, ut libet, exuunt? Videmus enim* „ *eorum Principem modò senem juvene-* „ *scere. Quare ejus postulatis, si vestræ* „ *salutem consultum velitis, quàm citis-* „ *simè obtemperandum.* Convenit igi-„ tur utrinque Pax in has conditio-„ nes: ut eorum scilicet bona, qui in „ prælio nuper occubuerant, aut in „ Gallæciam incolumes effugerant; tum „ etiam Templa eorumque ornamen-„ ta Mahometanis cederent. Quibus „ ritè sancitis *Mvsa*, apertâ urbis por-„ ta, ingressus est die 1. Scheuali, an-„ no 93. (a)

„ *Mvsa* in *Meridæ* obsidione „ distento, Christiani qui *Hispali* erant, „ captis armis, milites Arabum præ-„ sidiarios ferè triginta occiderunt; re-„ liqui arreptâ fugâ, ad *Mvsæ* castra „ transiere. Is, nuncio accepto, ex-„ pugnata *Meridæ* urbe filium Abd-„ elazizvm cum exercitû *Hispalim* „ misit, quam is, bona civium par-„ te interfecta, iterum subegit. *Mvsa* „ prælio expeditus, iter *Toletum* aggre-„ ditur. Id Tarekvs ubi rescit, ho-„ noris & salutis causâ obviam illi „ procedit. Uterque in locum prope „ *Talabricam* conveniunt, simulque „ *Toletum* petunt. *Mvsa* autem, ut „ pervenit, Tarekvm de mensa per-„ contatur: quam quum in medium „ allatam, uno carentem pede *Mvsa* „ animadvertisset; *ubi ejus*, inquit, „ *pes?* Cui Tarekvs; *prorsùs nescio*, „ *talem illam reperi*. Tunc *Mvsa* ira-„ rum plenus, virgis, cum ut ferunt, „ ad aliorum exemplum, cædi jus-„ sit. Posteà tamen in citeriore His-„ paniâ subigendâ eundem ut amicum „ & comitem adhibuit. Mox verò „ Cæ-

للقتال علي العادة فخرجوا كهيئة خروجهم في الايام قبله وانتشروا فركبهم المسلمون وخرج عليهم ذلك الكمين فقتلوا اصرح قتل ونجا بمن نجا الي المدينة فقاتلها اشهرا وكانت علي المسلمين في جهتها ردعة في جهة برج من ابراجها استشهد فيها جماعة من المسلمين وسمي ذلك البرج برج الشهدا ۞

(a) وبعث الاعلاج رسلا الي موسي بالصلح فلما دخلوا عليه راوه ابيض اللحية فلما كان تلك الليلة صبغ لحيته بالحنة فاحمرت فلما دخلوا عليه يوما ثانيا عجبوا منه ثم دخلوا عليه ثالثا راوه ولحيته سودا فعجبوا منه ورجعوا الي المدينة وقالوا لمن فيها ويحكم انما تقاتلون امرا يتخلفون كيف شاوا ويتشببون بعد المشيب قد عاد ملكهم حدثا بعد ان كان شيخا اذهبوا فاعطوه ما سال ان اردتم الخلاص وانعقد الصلح بينهم علي اموال القتلي يوم الكمين واموال الهاربين منهم الي جليقية واموال الكنايس وحليها للمسلمين ثم فتحوا له الباب فدخل المدينة يوم الفطر مستهل شوال من سنة ثلاث وتسعين ۞

„ *Cæſaraugusta* cum reliquis locis ad
„ eam jure pertinentibus, duce *Mu-*
„ *sa*, obſidetur, & obſeſſa capitur. (a)
„ Itaque *Alvalidus Abdelma-*
„ *leki* filius, jam ea tempeſtate Im-
„ perator, delato ad ipſum diſſidii *Ta-*
„ *rekum* inter & *Musam* exorti nun-
„ cio, utrumque ad ſe vocari juſ-
„ ſit. *Musa* idcirco *Abdelazizum* fi-
„ lium in ſuum locum *Hiſpali* ſuffe-
„ cit, qui cum *Habibo Een Abi*
„ *Obaida Ben Acba Ben Naphe Al-*
„ *phahri* collegâ deſignato, Hiſpaniæ
„ rebus præeſſet, & reliquas ejus ci-
„ vitates armis ſubjiceret. His ita con-
„ ſtitutis, in *Syriam* profectus eſt, qua-
„ dringentis viris Hiſpaniarum princi-
„ pibus, aureo diademate, cingulis
„ item aureis Regium in morem or-
„ natis, comitatus. Quumque jam *Da-*
„ *maſcum* propiùs acceſſiſſet; nuncia-
„ tum illi fuit *Alvalidum* graviſſi-
„ mo morbo laborare, ex quo paucis
„ quidem poſt diebus interiit. Quam-
„ obrem *Solimanus Alvalidi* frater
„ & ſucceſſor ad *Musam* ſcripſit ut
„ diutiùs ibidem moraretur, ſuumque
„ in urbem ingreſſum in ejus Imperii
„ tempora differret. At quum illi mo-
„ rem gerere abnuiſſet, urbemque
„ ante *Alvalidi* obitum ingreſſus eſ-
„ ſet; *Solimanus* illi quàm maximè in-
„ fenſus eſſe cœpit. (b)
„ *Musa* igitur, ubi *Damaſcum* per-

(a) وكان العجم باشبيلية قد ثاروا علي من كان تخلف بها موسي لشغله بحصار مارذة فقتلوا من المسلمين نحو ثلاثين رجلا وفر من بقي من المسلمين الي عسكر موسي فاخبروه فلما افتتح موسي مدينة ماردة بعث ابنه عبد العزيز بجيش الي اشبيلية فافتتحها وقتل من اهلها كثيرا ونهض موسي من ماردة الي طليطلة وبها طارق فخرج اليه معظما له ومسلما عليه فالتقي معه بمقربة من مدينة طليبيرة ورجع مع موسي الي طليطلة فلما وصل موسي قال لطارق احضرني المايدة فاتاه بها ناقصة رجل من ارجلها فقال له موسي اين هذا الرجل فقال لا علم لي هكذا وجدتها وقيل انه عذبه علي ذلك وضربه بالسياط وبلغ به مبلغ النكال وعرض عليه افراط الغضب ثم رضي عنه وقدمه الي افتتاح الثغور ثم نهض موسي الي سرقسطة فحاصرها حتي افتتحها وافتتح ما حولها من الحصون ۞

(b) ولما علم الوليد بن عبد الملك ماجري لطارق بن زياد وموسي بن نصير من الخلاف بعث فيهما فانصرفا الي المشرق واستخلف موسي ابنه عبد العزيز علي الاندلس واسكنه مدينة اشبيلية وخلف معه حبيب بن ابي عبيدة بن عقبة بن نافع الفهري فاقام عبد العزيز يستفتح مابقي عليه من مداين الاندلس وتوجه مع موسي من الاندلس اربع ماية رجل من ابنا ملوك العجم علي روسهم تيجان الذهب وفي اوساطهم مناطق الذهب فلما قرب من الشام اعتل الوليد بعلته التي مات منها فاوصي الي موسي اخوه سليمن ان يتوقف بالسير حتي يكون دخوله في ايامه فلم يفعل ودخل قبل موت الوليد فحقد له سلمن ذلك ۞

„ venit, unà cum *Tareko Alvalidum* Regem adiit : cui præter immenſas Hiſpaniæ opes, aliaque pretioſiſſima ſupellectilia, menſam illam obtulit, quam uterque ſe reperiſſe pluribus verbis contendit. *Tarekus* hanc dirimendæ litis rationem proponit : ut in medium afferatur menſa ; nunquid illi deſit, exploretur ; quod ſi id ipſum quod deſit, protulerit *Musa*, apertum planè fore illum ipſam reperiſſe. Ad hæc Imperator menſam afferri coram jubet; quumque unum illi deeſſe pedem, quem aureus alter ſuppleverat, obſervaſſet ; *Musam* ea de re interrogavit. Is *talem*, inquit, *menſam reperi.* Tum *Tarekus* pedem ad illud uſque tempus deſideratum oſtendens, ſuo loco aptavit. Quare *Alvalidus Tareki* ingenuitatem, *Musæ* mendacium miratus eſt, *Alvalidus* non multò poſt deceſſit. *Solimanus* autem ejus frater Imperio adepto, injurias ulciſcendi cupidus, in *Musam* ſeveriſſimè animadvertit ; quippe illum ſoli expoſitum flagellis cædi præcepit ; deinde in vincula conjectum, centum, ſive, ut alii narrant, ducentis aureorum millibus multavit . . . . . (a)

„ *Solimanus* litteris ad quinque viros Arabum in Hiſpania primores datis, ad *Habibum* videlicet *Ben Abi Obaida Alphahreum*, fidum *Musæ* amicum ejuſdemque filii collegam, & ad *Zaiadum Ben Alnabeat*, alioſque eorum amicos ; *Abdelazizum* interficiendum curavit. Quo interfecto, caput ejus illi ad *Solimanum* miſere. *Abdelazizus* porrò *Roderici* uxorem, priùs *Ailam*, poſtea *Asemi Matrem* nuncupatam ſibi aſſumſit : quacum *Hiſpali* in Templo *Salvatoris* habitaſſe, & ex adverſo ſanum extruxiſſe memoratur. Accidit autem *Abdelazizi* cædes anno 98. adeò ut univerſa Hiſpania per unius ferè anni ſpatium Præfecto caruerit. (b)

„ *PRÆ-*

(a) ثم نهض الي الشام ومعه طارق بكل ما اصابا من الاموال والحلي والجواهر بالاندلس والمايدة فاهدي اليه موسي المايدة وقال له اني اصبتها فقال له طارق بل انا اصبتها يامير المومنين فكذبه موسي وادعي انه اصابها فقال طارق للوليد يامير المومنين ادع لنا بالمايدة واحضرها وانظر انكان يعجز منها شي وسله عما يعجز منها فان اتي به فهو صابها فدعي بالمايدة فاذا برجل منها يعجز قد صنع من الذهب فقال طارق للوليد سله عنه فان اتي فيه ببرهان فهو وجدها فساله الوليد فقال هكذا اصبتها فاخرج طارق الرجل نفسه فوضعه في مكانه فعجب الوليد من صدقه وكذب موسي ومات الوليد الي ايام وصار الامر الي اخيه سليمن فسخط علي موسي وسجنه وعذبه في الشمس وضربه بالسياط ثم اغرمه مائة الف مثقال وقيل مايتي الف . . . . .

(b) وكتب سليمن الي خمسة نفر من وجوه العرب بالاندلس منهم ثقة موسي حبيب بن ابي عبيدة الفهري الذي تخلفه موسي مع ابنه عبد العزيز والي زياد بن النابغة واصحابهما وعهد اليهما بقتل عبد العزيز فقصدا اليه وقتلوه وكان عبد العزيز

„ PRÆFECTORUM „ HISPANIÆ „ SERIES.

„ Hi, ut à noſtris majoribus accepi-
„ mus, viginti ſunt; ex complurium
„ verò ſententiâ annos quadraginta
„ quatuor & menſes ſeptem præfuere;
„ quamquam alii alia de hac re ſen-
„ tiunt. illorum itaque primus *Tare-*
„ *kus Ben Zaiad Alsadphi*, qui an-
„ num unum Hiſpaniarum Præfectu-
„ ram obtinuit. *Musa* deinde *Ben Na-*
„ *ser Albakri* ejuſque filius *Abdelazi-*
„ *zus* imperium ibidem annos tres geſ-
„ ſere. Poſt quos Hiſpania duobus an-
„ nis Præfecto planè caruit, donec
„ Populus Hiſpanus Præfectum dele-
„ git *Aiub Ben Habib Lakhamitam*,
„ *Musæ* ex ſorore nepotem, qui Rem-
„ publicam adminiſtravit menſes VI.
„ Eandem provinciam poſteà obti-
„ nuit annum unum, menſeſque ſe-
„ ptem *Alhor Ben Abdelrahman Al-*
„ *thocphi*. Id etiam munus nomine
„ Imperatoris *Omari Ben Abdelaziz*
„ annos II. menſes VII. *Alsamah Ma-*
„ *leki* filius, *Alkhaulani* cognomi-
„ natus geſſit. Iis ſucceſſere deinceps
„ *Anbasa Ben Schahin Alkalbi*; *Ia-*
„ *hia Ben Salama*; *Hadipha Ben Al-*
„ *ahuas*; *Othmanus Ben Abi Tasa Al-*
„ *giohani*; *Alhaitham Ben Abdelka-*
„ *nani*; *Abdelrahmanus Ben Abd-*
„ *alla Algaphaki*; *Abdelmalekus Ben*
„ *Cathanus Alphahri*; *Acba Ben Al-*
„ *hagiagæus Alsalui*: quo expulſo,
„ *Abdelmalekus Ben Cathanus*, Præ-
„ fecturam rursùs obtinuit; *Balegius*
„ *Ben Baschar Alcaschairi*; *Thala-*
„ *bat Ben Salma Alameli*; *Abulkha-*
„ *thar Hassan Ben Darar Alkalbi*;
„ *Thuabat Ebn Salama*. Quorum Pri-
„ mus præfuit annos quatuor, menſes
„ quinque; Secundus annum unum,
„ menſes ſex; Tertius menſes ſex;
„ Quartus annum unum, menſes ſex;
„ Quintus menſes ſex; Sextus annos
„ duos, menſes ſeptem; Septimus an-
„ nos tres, menſes duos; Octavus an-
„ nos quinque, menſes duos; Nonus
„ (qui idem eſt ac Septimus, bis
„ enim Præfecturam geſſit) annum
„ unum, menſem unum; Decimus
„ menſes ſex; Undecimus menſes quin-
„ que; Duodecimus annos duos, men-
„ ſes octo; Tertiuſdecimus annos no-
„ vem, menſes undecim. Præter hacte-
„ nùs enumeratos alius, ſuppreſſo no-
„ mine, occurrit, cujus Præfecturæ
„ tempus mihi incompertum. „ (Hic
eſt *Josephus Ben Abdelrahman*, ut
refert cum aliis *Ebn Alkhathib*. At-
que jam habes XX. Præfectos, qui
Hiſpaniis ex ordine præfuerunt.) (a)

Ha-

العزيز تزوج امراة من القوط يقال لها ايلة كانت زوج رذريق قبله سميت عنده ام
عاصم وكان يسكن معها في كنيسة ربينة بقرية اشبيلية وكان عبد العزيز قد
بنا مسجدا علي باب الكنيسه يجمع الناس للصلاة فيه ثم بعثوا براسه الي سليمن
وكان قتل عبد العزيز هذا في اخر سنة ثمان وتسعين وبقيت الاندلس بلا امير
نحو عام ✻

(a) عدد العمال الداخلين الاندلس

في روايتي عن شيوخي عشرون رجلا ومدة عملهم باختلاف دولتهم اربع
واربعون سنة وسبعة اشهر وقيل غير ذلك لاختلاف الناس في رواياتهم وتاريخهم ✻

ددخل

Hactenus Scriptor *Ahmedus*, ſive *Rasis*. Reſtat, ut hac de re audiamus quoque Hiſtoricum *Granatenſem Ali Ben Abdelrahman*, vulgò *Ben Hazil*, cujus ſequuntur verba.

FRAGMENTUM ALIUD *HISTORIÆ HISPANÆ.*

„ *Tarekus*, *Musæ Ben Nasseri* „ jam *Africæ* Proregis Vicarius, ſimul„ que exercitûs Dux, Mauritaniâ ſub„ actâ, in *Inſulam Viridem* cum mille „ & ſeptuaginta armatis appulit, re„ gionem & gentem Hiſpanam ex„ ploraturus. Mox in magno monte, „ qui *Gibel Alphath*, & *Gibel Tarek* à „ victoria, ejuſdemque Ducis nomine „ appellatus eſt, ſeſe munivit. Exiguum „ militum numerum Hiſpani aſpectu „ primo parvi fecere. *Tudemirus* ta„ men, qui per ea tempora *Roderici* „ Regis nomine Provinciis præerat, „ hoſtium numerum in dies creſcere „ animadvertens, *Rodericum* Regem „ per litteras ea de re certiorem fecit, „ rogans ut ſibi quàm citiſſimè auxi„ lio veniret. *Rodericus* itaque, col„ lectis nonaginta militum millibus, „ illuc contendit. Obviam illi fit *Tare„ kus* unà cum *Mogito* equitum Præ„ fecto, gente *Græco*, & *Validi* Im„ peratoris liberto. Acre committitur „ utrinque prælium, quod triduo non „ ſine multorum cæde duravit. Tùm „ *Tarekus*, ſuos ad fortiter dimican„ dum,

دخل طارق بن زياد الصدفي فملك الاندلس سنة واحدة ودخل موسي بن نصير
البكري فملك هو وابنه عبد العزيز نحو ثلاثة سنين وقامت الاندلس دون وال مدة
من نحو سنتين حتي قدم الناس ايوب بن حبيب اللخمي وهو بن اخت موسي
فملك ستة اشهر ودخل الاندلس الحر بن عبد الرحمن الثقفي فملك سنة وسبعة
اشهر ودخل السمح بن مالك الخولاني واليا من قبل عمر بن عبد العزيز فملك
سنتين وسبعة اشهر ودخل عنبسة بن سحيم الكلبي واليا فملك نحو اربع سنين
وخمسة اشهر ودخل يحيي بن سلامة واليا علي الاندلس فملك نحو سنة وستة اشهر
وولي حذيفة بن الاحوص فملك نحو ستة اشهر وولي عثمن بن ابي نسعة الجهني فملك
نحو سنة وستة اشهر وولي الهيثم بن عبيد الكناني فملك نحو اربعة اشهر وولي
بعده عبد الرحمن بن عبد الله الغافقي فملك نحو سنتين وسبعة اشهر وولي
عبد الملك بن قطن الفهري فملك نحو ثلاثة سنين وشهرين ثم دخل عقبة بن
الحجاج السلولي فملك نحو خمسة سنين وشهرين ثم قام عبد الملك بن قطن
الفهري علي عقبة فخلعه وملك نحو سنة وشهر ثم دخل بلج بن بشر القشيري
فملك نحو ستة اشهر ثم ولي ثعلبة بن سلمة العاملي فملك نحو خمسة شهور ثم
ولي ابو الخطار حسام بن ضرار الكلبي فملك نحو سنتين وثمانية اشهر ثم ولي
ثوابة ابن سلامة فملك نحو تسع سنين واحد عشر شهرا وقيل انه وليها رجل ولم
ادرله حقيقة تمام عشرين عاملا ولم اجد له تاريخ مدة ۞

„ dum, præterquam præmiis, his etiam „ verbis adhortatus eſt : *Hìc hoſtium* „ *acies*, *illic mare* : *quis fugæ locus*? *Pu-* „ *gnandum ergo vobis eſt* ; *me ducem* „ *ſequamini* : *alterutrum ſtatui* , *aut* „ *mori*, *aut* RODERICO *mortem inferre.* „ His dictis, *TAREKUS*, equo in me- „ diam hoſtium aciem concitato, *Ro-* „ *DERICUM*, cujus inſignia probè no- „ verat, inſequutus eſt; eumque fu- „ gientem, Deo favente, demum in- „ terſecit. Quo factum eſt ut Arabes, „ quorum pauci eo prælio ceciderant, „ victoriâ elati, Hiſpanos partim fer- „ ro, partim fugâ trium dierum ſpa- „ tio deleverint. Intereà autem *TARE-* „ *KUS* Regis *RODERICI* caput amputa- „ tum ad *MUSAM* miſit ; *MUSA* verò „ ad Impetatorem *VALIDUM*. Id ſanè „ infortunii Regibus pedem ex acie „ referentibus ſæpe contingit. (a)

DE NOMINE *ANDALUSIA*, *Ejuſque Etymo.*

Nomen *Andaluſia*, ſive, ut vulgo enuntiatur, *Andaluzia*, non à Latinis, ſed ab Arabibus petendum eſt ; quippe qui illud in Hiſpaniam primi, ut Scriptorum fert opinio, invexerint. Latinos enim Scriptores non niſi poſt captam Hiſpaniam vocabulo *Andaluſia* uſos eſſe conſtat ; Vetuſtiores verò, ut *ISIDORUM PACENSEM* octavi ſeculi Scriptorem, *Citerioris* & *Ulterioris Hiſpaniæ* nomina tantùm uſurpaſſe. Plerique tamen neſcio qua ratione vocem *Andaluſia* à *Vandalis* originem traxiſſe arbitrantur ; ſed utrum eam vocem Latini formaverint, an Arabes, omnino ſilent. Equidem non videntur Latini formaſſe, qui, ut ſcitè notat P. *HARDUINUS*, rectius *Vandaluſiam*, quàm *Andaluſiam* à *Vandalis* dixiſſent. Multo

(a) ولما عبر طارق مولي موسي بن نصير وامير الجيش الي بلاد الاندلس ليفتحها
وموسي اذ ذاك بافريقية خرجوا بالجزيرة الخضرا وتحصنوا في الجبل العظيم
الذي يسمي اليوم بجبل الفتح وجبل طارق ونسب اليه وهو في الف وسبعماية رجل
وطمعت الروم فيهم ۞ وكان علي الروم تدمير استخلفه لذريق ملك الروم وكان
قد كتب الي لذريق يعلمه بان قوما قد وصلوا الي بلادنا وقد لقيتهم فلتنهض الي
بنفسك فاتي لذريق في تسعين الف زمام ولقيهم طارق وعلي خيله مغيث الرومي
مولي الوليد فاقتتلوا ثلاثة ايام اشد قتال فراي طارق ما الناس فيه من الشدة فقام
يعظهم ويحثهم علي الصبر ويرغبهم في الشهادة وبسط في امالهم ۞ ثم قال اين المفر
البحر من وراكم والعدو امامكم فليس الا الصبر منكم واذا فاعل شيا فافعلوا
كفعلي والله لاقصد طاغيتهم فاما اذا اقتله واذا اقتل دونه فاستوثق طارق من خيله
وكان قد عرف حلية لذريق وعلاماته وفعل ما قال فقتل الله لذريق بعد قتل ذريع
في العدو ومن المسلمين لم يقتل منهم كثير فانهزمت الروم واقام المسلمون
يقتلونهم ثلاثة ايام واخذ طارق راس لذريق وبعث به الي موسي وبعث به موسي
الي الوليد فهذا ما يتاتي من الملوك من لزومهم مكانا واحدا في الحرب ۞

tò etiam minùs Arabes, quibus *Vandalorum* nomen planè incompertum, nullâ gentis hujus memoriâ in illorum annalibus extante. Præterea si id nominis à *Vandalis* deductum esset; certè Arabes, quorum lingua *V* consonantem prorsùs nescit, atque adeo ejus vice vel *B*, vel *F* semper fungitur, *Bandalusiam*, aut *Fandalusiam* potiùs quàm *Andalusiam* pronuntiassent, ut videre est in *Valentiæ* nomine, quam *Balensiam* بلنسية, non *Valensiam* vocitant.

Quum ergo *Andalusia* nomen Arabicæ linguæ germanum ac gentilitium sit; quid ea vox significet, unde sit orta, hoc loco expendere operæ pretium duximus.

Si quis Arabica pervolvat *Lexica*, *Andalusiæ* اندلس nomen, non significationem reperiat; quippe quæ à voce *Handalusia* حندلس unicè petenda sit. Prius nomen est proprium, secundum appellativum; illud Hispaniam denotat, hoc *Regionem vespertinam* & *tenebrosam, atque etiam Occidentis finem*: quod quidem vox *Hesperia* exprimere videtur. Id ipsum non obscuris innuit verbis Geographus Nubiensis *Clim. IV. Pars I. pag.* 147. „ Prima „ hæc quarti Clim. Pars habet initium „ in ea Occidentis ulterioris parte, in „ qua è mari tenebroso (id est Oceano) egreditur sinus maris Damasceni, tendens in Orientem. In hac „ autem proposita parte continetur „ terra *Andalusiæ*, quæ Græcè vocatur „ *Hispania* „. Unde quo pacto Arabes, Græci & Romani Hispaniam nominent planè patet: illis nimirum *Andalusiam*, his verò *Hispaniam*, vel *Hesperiam* appellare placuisse. Arabes tamen politiori disciplina exculti, ut *Handalusia* vocabulum, à quo *Andalusia* deducitur, suaviùs redderent, demtâ vehementis aspirationis littera *H*, *Andalusia* dixere. Plura hujusmodi nominum, & quidem ejusdem significatûs, in *Lexicis* extant exempla, qualia sunt لجا pro حجا, هزم pro جحجم, غنظي pro حنظي, ابش pro هبس, ابض pro هضب, ابله pro جبلة, اتم pro عتم. Neque pauca id genus apud Geographos reperias, qui tot modis unius ejusdemque urbis, vel regionis nomen scribere atque enunciare solent: videlicet شيراب pro شيراف, خوزستان pro قزبين, دماوند pro دنباوند, خورستان pro قزوين

Arabum autem cùm Geographi, tùm Historici Hispaniam universam, *Citeriorem* nempe & *Ulteriorem* uno *Andalusiæ* vocabulo complexi sunt; eamque in *Andalusiam Orientalem* & *Occidentalem* اندلس الغرب . اندلس الشرق diviserunt: quod Geographi Nubiensis testimonio etiam comprobare licet, prima nimirum *Parte Clim. IV.* ubi, Hispaniâ, quantacunque est, egregiè descriptâ, enumeratis singulis illius provinciis urbibusque præcipuis, sic rem absolvit *pag.* 153. „ Atque hæc sunt universæ provinciæ „ Hispaniarum, quæ simul sumptæ vocantur *Andalusia* „. Et rursùs *pag.* 159. *Cæsaraugustam* describens, ait: „ Est autem *Saragosta* de primariis urbibus *Andalusiæ*, sita prope flumen „ magnum *Ebro* vocatum.

Opinionem hanc licet à Nicolao Antonio in *Bibliotheca Veteri* propositam, tamen, si Etymi argumenta rationumque pondera spectes, prorsùs novam, meis olim cum amicis ingenuè & lubenter, ut soleo, communicavi, in primis cum R. Patre Henrico Florezio, excellentis sanè ingenii viro ac multiplici eruditione ornatissimo, qui Arabicæ originis rationem æquis auribus acceptam, valdeque laudatam in *Hispaniæ Sacræ*, *Vol. IX. pag.* 74. non sine nominis nostri mentione pervulgandam judicavit.

DE

DE RASIS HISTORIA.

Duo nobis hoc loco diligenter sunt examinanda: alterum de Historiæ hujusmodi veritate; alterum de genuino illius Auctore. De utroque differunt Hispani Scriptores; etsi non una omnium sententia. LUDOVICUS DE MARMOL & JOANNES MARIANA eam anno Christi 976. conscriptam asserunt; MORALES *Lib. XIV. cap.* 16. RASIM illam edidisse anno salutis 821. Rege ABDELRAHMANO contendit; RESENDIUS verò eandem jussu hortatuque Caliphæ DALHARABI (Mariana vocat BELHARAB) affirmat condidisse, ut ex Resendiani Codicis inscriptione liquet: *Incipit Liber Rasæ Historici Dalharab Marochiorum Miramamolini, Cordubæque Regis, quem ipsius jussu composuit.* NICOLAUS ANTONIUS idcirco in *Bibliotheca Veteri, Tom. I. Cap. XII.* re pro ejus momento expensa, discussisque in utramque partem rationibus, Historiam Rasianam prorsùs dubiæ suspectæque fidei esse pronunciavit. Verba illius hæc sunt: *In his vadis hærere necesse est nobis, dum alius hanc solvat contradictionem. Neutiquam enim potuit homo idem* ABDELRAHMANIS *&* MAHOMEDI Cordubensium, *&* DALHARABI Marochiorum *Regum, qui plusquam centum annis disparati vixere, tempora contingere.*

Quis autem sit iste Calipha DALHARAB, seu BILHARAB, *Marochiorum* MIRAMAMOLINI, *Cordubæque Regis*, qui anno salutis 976. Egiræ 366. *Marochi & Cordubæ* imperabat, me prorsùs latet. Quum id nominis, vel agnominis genus in Hispaniarum Regum serie nusquam reperiatur. Legimus profectò in Arabum Chronicis eo anno imperium *Cordubæ* auspicatum esse HESCHAMUM, ALMUAIED nuncupatum, quem ISEN vocat RODERICUS TOLETANUS in *Historia Arabum cap. XXXI.* his verbis: *Anno Arabum 366. Isem filius Alhacan patri suo successit in regno.*

Unde colligas vocem DALHARAB, quæ Latinè *de Bello* sonat, non Caliphæ nomen, sed Libri titulum designare. Præterea Calipha, nomine DALHARAB, quisquis ille sit, certè *Marochi* Rex esse minimè potuit. Nam anno salutis 976. quo tempore laudatum Regem ibi regnasse RESENDIUS existimavit, ea urbs, quæ JOSEPHUM TASCHPHINI filium conditorem habuit, nondum extructa erat, teste LEONE AFRICANO, qui *Lib. II. pag.* 59. tradit prima illius fundamenta supra dicti JOSEPHI temporibus *anno* 424. *Egiræ* jacta; affirmante prætereà GEOGRAPHO NUBIENSI *Clim. III. Parte I. pag.* 76. eandem *initio anni quadringentesimi septuagesimi* (id est Christi 1077.) ab eodem conditam.

Jam verò quid Arabes de Historia *Rasiana* memorent, expediamus. Illud in primis certum est complures hujus cognominis *Rasis*, (rectiùs *Razi*, ut alibi animadvertimus) cùm Asiaticos, tùm Hispanos extitisse viros omni scientiarum genere clarissimos, quorum longa quidem series exhiberi possit. Inter tot unus sanè & antiquitate & eruditionis laude præstitit AHMEDUS, videlicet ABU BAKER ALRAZÆUS, vulgò RASIS, de quo ita refert *Balearicus* Scriptor ALHOMAIDÆUS in sua *Bibliotheca Arabico-Hispana.*

„ AHMAD BEN MOHAMAD BEN MUSA ABU BAKERUS ALRAZI, Hispanus „ *Cordubensis*, origine tamen *Persa* ex „ urbe *Raia* (unde ortus etiam est alter Philosophus & Medicus ABU BAKERUS MOHAMAD BEN ZACHARIA RAZI dictus). Is magnum edidit volumen, „ quod Hispaniæ Regum res domi mi-

„ litiæque ſive ſecundo, ſive adverſo „ marte geſtas complectitur. Scripſit „ præterea *Cordubæ Hiſtoriam* & *Geo-* „ *graphiam* ad inſtar *Bagdadenſis* Hi- „ ſtoriæ, quam *Ahmedus Ben Abi* „ *Thaher* inchoavit, ubi *Almansoris* „ Caliphæ *Bagdadi* conditoris Aula, ci- „ viumque mores deſcribuntur. Hujus „ operis Raſiani meminit Scriptor *Abu* „ *Mohamad Ben Hazam*, perinde ac „ alterius *de Hiſpaniæ Viris illuſtribus*, „ quod quidem præſtantiſſimum atque „ ampliſſimum eſt; dividiturque in To- „ mos magnæ molis quinque. Cæterùm „ quamvis laudatus Auctor, quis pri- „ mus hoc ſcriptionis genus tractave- „ rit, nobis non aperiat; tamen *Ra-* „ *sim* noſtrum omnium principem fuiſ- „ ſe judico. (a)

Præter hunc Scriptorem, complures alii Auctores eundem *Razæum* paſſim laudant allegantque, puta *Ebn Hamama* in opere *Geographico*; *Garibai*; *Abulcassem Almalaheus*; *Ebn Haian*; *Ebn Alkhathib*; *Ebn Pasqual*; *Ebn Alabari* in duodecim *Bibliothecis Arabico-Hiſpanis*, quarum excerptiones in hac noſtra benè multas edidimus. Horum omnium auctoritate planè confirmatur *Rasim* rerum Hiſpanarum Scriptorem re verâ extitiſſe: quod nonnulli recentiores Hiſpani vel negant, vel dubitant.

Hunc porrò tertio Egiræ ſeculo claruiſſe, & quarto ejuſdem Æræ ineunte, Rege *Abdelrahmano* hujus nominis tertio, humanis rebus ereptum eſſe ex his ſanè liquet: I. quòd *Mohametus*, *Rasis* pater, eo jam virilitatem propè adepto, deceſſerit anno Egiræ 273. Chriſti 886. II. quòd *Rasis* ipſe de *Cordubæ* Regum ſerie agens, in *Abdallam* Regem deſierit.

Itaque ex teſtimonio de *Rasi* ſupra allato facilè apparet eum in rebus Hiſpanicis Scriptorem fuiſſe verſatiſſimum & accuratiſſimum; adeoque Hiſtoriam illam quæ ſub *Rasis* nomine Hiſpanè reddita circumfertur, illo prorsùs indignam habendam, ac meram eſſe inepti neſcio cujus Excerptoris farraginem tùm ex Latinis, tùm ex Arabicis commentariis male conflatam & falſis conſperſam, celeberrimi Auctoris nomine editam, quò magis, lenocinante, ut fieri ſolet, titulo, in vulgus probaretur.

In tali verò Collectione, præter barbarum horridumque dicendi genus, quod Interpreti fortaſſe tribuas, multa ſanè in Geographiam, Hiſtoriam Chronologiamque peccantur, ex quibus aliqua tantummodo cùm ad inſitam plurimorum animis falſi opinionem radicitùs evellendam, tùm ad *Raſianæ* laudi planè conſulendum, hîc nobis indicare ſufficiat. Quæcumque autem expendemus loca, ea omnino ad

(a) احمد بن محمد بن موسي ابو بكر الرازي الاندلسي القرطبي اصله من الري له في اخبار ملوك الاندلس وخدمتهم وذكباذهم وغزواتهم كتاب كبير والف في صفة قرطبة وخططها ومنازل القطظا بها كتابا علي نحو مابدا به احمد بن ابي طاهر في اخبار بغداد وذكره صحابة المنصور بها قاله ابو محمد بن حزم قال ولاحمد بن محمد بن موسي كتاب في انساب مشاهير الاندلس في خمس مجلدات ضخطنة من احسن كتاب واوسعه ولم يبين انكان هو الاول او غيره واذا اظنه الاول ✲

ad fidem exemplarium *Ambrosii de Morales*, & *Bernardi de Aldrete* exacta ſunt.

Hæc igitur Hiſtoria, quæ Hiſpaniarum Deſcriptionem, Romanorum, Gothorum Arabumque Annales complectitur, tradit I. *La Ciudad de Alfar que aora llaman la Ciudad de Aguadalfaxar.... è yace ſobre uno rio à que dicen Aguadalfaxar*. Equidem ego penès Arabum Scriptores non *Alfar*, *nec Aguadalfaxar*, ſed *Vadi Alhagiara*, وادي الحجارة, quæ & poſteà *Medinat Alfaragi* dicta, id eſt *Amnis lapidum*, & *Urbs gaudii*, me legere memini. Videſis *Nubiensem Geographum pag.* 153. & 159. An autem *Guadalaxara* ſit *Complutum*, ambigitur inter Hiſpanos Scriptores. Cæterùm Arabes, in his *Ebn Alkhathib*, innuere videntur illam à ſuis vel primùm conditam, vel bellis collapſam fuiſſe reſtitutam; neque illi nomina, niſi oppidis à ſe ipſis conditis, vel reſtitutis indere ut plurimùm ſolebant.

Narrat II. *Una de las Ciudades es* Cartagena, *à que llamaban los Moros* Alquerone. Duos inſignes Arabas de hac re diſſerentes par eſt audire, *Geographum Nubiensem* & *Leonem Africanum*, quorum prior *pag.* 161. *Cartagenam* ſic deſcribit: *Urbs autem Cartagena eſt Portus urbis Murſiæ, eſtque urbs vetuſtiſsima, antiquiſsimaque*; poſterior verò *Lib. V. pag.* 223. urbem *Cairaon*, ſive *Caroen* ab *Hueba*, quodam Caliphæ *Hutmeni* ſummo exercitûs Duce conditam eſſe prodidit; eamque ut aliam à *Carthagine* eodem *Lib. pag.* 215. omnino diſtinguit.

Refert III. *De* Corduba *à* Elbira *hay* 60. *milliares* &c. Contrarium aperte docuit *Geographus Nubiensis* qui *pag.* 166. ait. *Rursùs à* Corduba *ad* Granatam *habentur* quatuor ſtationes centum M. P. componentes.

Aſſerit IV. *Eſta Villa* (Tudela) *fue fundada por mandado de* Alliequin, y *fundóla* Obrieron (in alio Codice *Habras*) *hijo de* Zeno, *y* Zeno *fue Almoxarife de Zaragoza....* Abdalla *fijo de* Uſion, *el que llamaban* Abilriſmen, *la gandò toda por ſu eſpada.*

De *Tudelæ* origine & nominis ratione non ſatis convenit inter Scriptores. Vulgatiſſima tamen eſt opinio, multis ante Arabas ſeculis eam conditam eſſe, & à Romanis *Tutelam* nominatam. Quapropter illa urbs non ab *Alliequin*, minuſque ab *Abdalla* extrui unquam potuit: maximè quum nullus Scriptor Arabs, ſi unum ſuppoſititium *Rasim* excipias, id affirmet. Quis autem ſit *Alliequin*, & *Abdalla Usionis filius*, conjectare ob depravata vocabula haud facilè eſt. Puto tamen *Alliequin* ob nominis analogiam eſſe eundem ac *Alhakemum Cordubæ* Regem; *Abdallam* verò *Ismaelem Ben Zinun*, quem non *Cæſarauguſtæ*, ſed *Toleti* regnaſſe Arabum monumenta teſtantur. Is certè *Alhakemi* Regis juſſu illam, ut res per ſe patet, condere minimè potuit. Nam *Alhakemus* Rex anno Egiræ 206. obiiſſe; *Abdalla* autem ſive *Ben Hud Cæſarauguſtæ* Rex, ſive *Ben Zinun Toleti* Princeps, non niſi poſt ſeculum Egiræ quartum imperaſſe traduntur: quo ſanè tempore *Rasis* vitam non agebat.

Affirmat V. *Quando vino* Abdelrahmano *primero à Eſpaña, dixo à* Abulacin *un Caballero natural de* Fez. Abdelrahmanus hujus nominis primus Hiſpaniam ingreſſus eſt anno Egiræ 138. urbs verò *Feſſa*, teſte *Leone Africano Lib. III. pag.* 106. condita eſt anno ejuſdem Æræ 185.

Ait VI. *El tiempo que los Godos paſſaron el mar, entonces ſe vino* Mahomed *à Meca; y fue à predicar ſu mala ſecta en Arabia, y convertiò muy*

gran gente à ſu mala ley en la Era de 672. años (in alio exemplari 662.) *deſpues que Chriſto prendiò muerte , y paſsion......* Mahomed *havia entonces diez años, quando los Godos fueron entrados en Eſpaña, y ficieron Rey de ſu linage.* Hæc ſanè verba non Mahometani, ſed Chriſtiani hominis eſſe, res ipſa, vel me tacente, loquitur. Deinde ſi fides auctori, Gothi unum vix ſeculum rerum in Hſpania eſſent potiti: quod nemo in eorum Hiſtoriâ vel leviſſimè verſatus hactenus dixit.

Poſtremò quod ad temporum rationem attinet, *Rasis* verus, quem Arabum Scriptores laudant, à ficto ubique diſſidet. Ille enim *Abdelrahmani* ſecundi mortem ad annum Egiræ 238. hic ad annum 236. refert. Arabes ſimiliter cum *Rasi* tradunt *Mohametum* Regem obiiſſe anno 273. regnaſſe verò annos XXXIV. & menſes II. *Abdallam* autem mortuum eſſe anno Egiræ 300. poſtquam regnaſſet annos XXV. At verò quid *Rasis* in ſua Hiſtoria Hiſpanè verſa de his tradit? *Mahomad*, inquit, *moriò quando andaba la Era de los Moros 271. y reynò 24. años y diez meſes.* De *Abdalla* Rege diſſerens, ait: *Eſte moriò quando andaba la Era de los Moros 300. y reynò el 15. años.* Atqui Rex *Abdalla* regnum auſpicatus eſt anno 300. non potuit igitur ille annos tantùm XV. regnare; vel mori non potuit anno Egiræ 300. ut ex ipſa computatione cuivis facilè patebit.

Quod verò ad eam Hiſtoriæ partem attinet, ubi *Pseudo-Rasis* de *Romanis Gothiciſ*que rebus agit; piget immorari, quum id operis, ut pote mendaciis ac fabulis immanibus refertiſſimum, planè ſuppoſititium ſit exiſtimandum.

Igitur omnino ſtatuendum exiſtimamus *Razæum* & verè extitiſſe & de rebus Hiſpanis egregiè ac fusè ſcripſiſſe; eam verò quæ *Rasis* nomine, in Hiſpanum ſermonem converſa, vulgò circumfertur, Hiſtoriam, non ex ipſius *Rasis* archetypo redditam; ſed tantùm, ut initio ſignificavimus, inconditam eſſe & in multis mendacem ex Arabicis & Latinis monumentis farraginem, ſpuriumque planè opus: quod Clariſſimus Vir *Gregorius Maiansius* in copioſa atque erudita *De Scriptis Mauro Raſi tributis* Diſſertatione, ad nos nuper miſſa, ſatis ſuperque comprobavit.

MDCCLXXIII.

Codex nitidè exaratus horis veſpertinis feriæ 5. die 25. menſis Dilhagiat, anno Egiræ 926. continens folia 501. quo habetur Bibliotheca Arabica Philoſophorum, inſcripta *Hiſtoria litteraria Sapientum* (1): ubi Judæorum, Chriſtianorum, Mahometanorum, atque Græcorum doctrinâ inſignium vitæ deſcribuntur, necnon eorum ſcripta ſive Græca, ſive Chaldaica Arabicè verſa uberiùs recenſentur. Illius auctorem, cujus nomen latet, floruiſſe anno Egiræ 595. patriâque *Ægyptium* fuiſſe liquet ex ejuſdem Codicis *pag.* 74. & 316. Hic, Mahometano Orbe perluſtrato inſpectiſque Bibliothecis celebrioribus, id opus, cujus quaſi ſummam unà cum textu Arabico *Tom. I.* noſtræ *Bibliothecæ* publicavimus, non indiligenti labore aggreſſus eſt. Ex hac Bibliotheca *Abulpharagius* Hiſtoriæ Dynaſtiarum conditor multa depromſit, quibus Hiſtoriam ſuam adornavit. (2)

Co-

(1) *Titulus* : كتاب تاريخ الحكما ۞
(2) *Initium* : وقد عزمت ۞

Finis : وكتب علي بن رضوان بن جعفر لنفسه ۞

MDCCLXXIV.

Codex nitidè exaratus abſque anni notâ, quo continetur Tomus primus, cui titulus *Appendix*, ſeu *Supplementum Bibliothecæ Prætoris* BEN KHALKANI, *Obitus Virorum illuſtrium* (1) inscriptæ. Initium ducit à nomine *ABRAHAMUS* ad nomen uſque *ALAHUI*; Tomi verò ſecundus & Tertius, è quibus totum opus conſtat, in Bibliotheca *Eſcurialenſi* deſiderantur. Auctoris nomen nobis incompertum. (2)

MDCCLXXV.

Codex pereleganter exaratus, anni notâ carens, quo continetur proximè laudatæ Bibliothecæ, ſeu Hiſtoriæ litterariæ Compendium, quod titulo *Epitome lecta* (3), ſtudio *TAGEDDINI AHMAD BEN ALATHIR Alepini* olim prodiit. (4)

MDCCLXXVI.

Codex litteris nitidiſſimis exaratus, anni notæ expers, foliiſque aliquot in fine mutilus. In eo habetur Bibliotheca virorum doctrinæ laude inſignium, quorum Agnomina tantùm ibidem reperias, *Æquivocorum Liber* inſcripta (5): auctore *MOHAMAD BEN AHMAD ALDAHABI* (6). De eadem re antea ſcripſere non pauci viri eruditi, in quibus maximè laudantur *ABDELGANI BEN SAID ALAZADITA*; *ABI NASSER BEN MAKULA*; *ABI BAKER BEN NOCTHA*; *ABILOLA ALPHARDI*: qui quidem eo conſilio id operis aggreſſi ſunt, ut Cognominum ambiguitas è medio omnino tolleretur. Is Codex memoratur in Regiæ Bibliothecæ *Pariſienſis* MSS. Arabicorum Catalogo, *Num. DCCCLXII.*

MDCCLXXVII.

Codex nitidè exaratus, anni notâ & prologo carens, quo continetur Bibliotheca, ſeu Hiſtoria litteraria *Cæcorum*, qui tùm doctrina, tùm ingenii ſolertia & Arte Poëtica in Aſia, Africa atque Hiſpania variis temporibus ad annum uſque Egirianum 683. claruere, hoc titulo inſignita: *Virorum luminibus orbatorum Monumenta* (7). Illius auctor *SALAHEDDINUS Alſaphadita*, cujus non ſemel meminimus.

MDCCLXXVIII.

Codex eleganter exaratus anno Egiræ 609. Chriſti 1212. feriâ 7. die 15. menſis Scheuali, quo continetur Bibliotheca, ſive Hiſtoria Doctorum Mahometanorum, qui Mahometi traditiones vel ſcripſerunt, vel commentarios de iis ediderunt, ſic inſcripta: *Volumen Magiſtrorum Bagdadenſium* (8): auctore *ABU THAHERO AHMAD ALSALPHI Iſpahanenſi*, *doctrinâ Schapheita*, *profeſſione Monacho*, & *Alexandriæ incola* (9), qui ſuam hanc Hi-

(1) *Titulus*: كتاب وفات الوفيات في الاعيان وهو ذيل علي كتاب القاضي ابن خلكان ۞

(2) *Initium*: فان علم التاريخ ۞
Finis: فاستراح قلبه ۞

(3) *Titulus*: المختصر المختار من وفيات الاعيان لابن خلكان ۞

(4) *Auctor*: تاج الدين احمد بن الاثير الحلبي ۞

(5) *Titulus*: كتاب المشتبه ۞

(6) *Auctor*: تاليف محمد بن احمد الذهبي ۞

(7) *Titulus*: نكت الهميان في نكت العميان ۞

(8) *Titulus*: كتاب المشيخة البغدادية ۞

(9) *Auctor*: ابو طاهر احمد السلفي الاصبهاني الشافعي الصوفي نزيل الاسكندرية ۞

Hiſtoriam ad annum Egiræ 574. perduxit. Id autem Opus uberrimum Mahometani valde laudant. (1)

MDCCLXXIX.

Codex pereleganter exaratus anno Egiræ 824. Chriſti 1421. feriâ 5. die 24. menſis Saphari, complectens Hiſtoriam Virorum Fœminarumque, de quibus paſſim in Canonicis Traditionum Libris fit mentio. Inſcribitur *Notio eorum, quorum nomina in actis Antiſtitum ſeptem occurrunt* (2). Illius auctor eſt *Schamseddinus Abu Abdalla Mohamad Ben Othman Aldhahabi*. Earum autem Traditionum, ſeu potiùs fabularum præcipui ſunt auctores *Albokhari*, *Moslem*, *Abu Daud*, *Altarmazi*, *Alnesai*, *Ebn Magia*, quos ſummo in honore tanquam ſanctos Patres habet Mahometana gens, ac veneratur. (3)

MDCCLXXX.

Codex litteris Cuphicis exaratus, olim ad Regiam Bibliothecam *Marochanam* pertinens, quo continentur:

1.° Bibliotheca Patrum Hiſpanorum, qui de verbo Mahometi tam ſcripto, quàm tradito præclarè ſcripſere, *Series Auditûs, & Animadverſionum Utilitas* inſcripta (4): ubi de eorum vita moribus, ſcriptiſque diſſeritur. Auctor eſt *Abu Abdalla Mohamad Ben Omar Ben Rascid Septanus* (5), cujus meminit in *Bibliotheca Arabico-Hiſpana Ebn Alkhathibus*. Id autem opus *Septæ* abſolutum eſt anno Egiræ 689. feriâ 4. die 13. Gemadi prioris; deſcriptum verò *Granatæ* die 29. menſis Saphari, anno 706.

2.° Ejuſdem generis Bibliotheca altera, in ſeptem Doctorum claſſes diviſa, cujus auctor *Cassemus Ben Abdalla Ben Mohamad Alansaræus, Septanus* (6). Is, ut ex Prologo liquet, hoc ſuum Opus perfeciſſe ſe teſtatur anno Egiræ 690.

3.° Opuſculum de Peſtis cauſis & remediis, quæ anno Egiræ 749. *Granatam* urbem afflixit, inſcripta *Quæſita de Morbo horribili perutilia* (7): auctore *Abu Abdalba Mohamad Ben Alkhathib Granatenſi*, nobiliſſimo Hiſtoriæ & Bibliothecæ *Arabico-Hiſpanæ* Scriptore.

4.° Alterum ejuſdem argumenti Opus, X. capitibus comprehenſum, inſcriptumque *Morbi in poſterum vitandi Deſcriptio & Remedia* (8): auctore *Abu Giapharæo Ahmad Ebn Ali Ebn Khatema Almerienſi* (9), qui Hiſtoriam Peſtis, quam ferè totus terrarum orbis anno Egiræ 748. 749. 750. Chriſti 1347. 1348. 1349. expertus eſt, deſcribens, hæc adnotat: „ Lues primùm Africam percuſſit; mox per „ Ægyptum & Aſiam longè latéque „ graſſata, tandem in Italiam, Galliam „ ac-

(1) *Initium*: قال أن ابو الخطـــاب ۞
Finis: العامل والمكـــــري ۞

(2) *Titulus*: كتاب الكاشف فـــي معرفة من له ذكر في كتب الايمـــة السنة ۞

(3) *Initium*: هذا مختصر نافـــع ۞
Finis: ان يدخل عليهن احـــد ۞

(4) *Titulus*: سلسلة السماع وافـــادة النصيح ۞

(5) *Auctor*: تاليف ابي عبد الله محمد بن رشيد السبتـــي ۞

(6) *Auctor*: قاسم بن عبد الله بـــن محمد الانصاري السبتي ۞

(7) *Titulus*: منفعة السايل عن المـرض الهايل ۞

(8) *Titulus*: تحصيل غرض القاصد فـي تفصيل المرض الوافد ۞

(9) *Auctor*: تاليف ابي جعفر احمـــد بن علي ابن خاتمة المري ۞

„ ac Hiſpaniam irrupit. *Almeriam* autem urbem, ubi quàm maximè ſævit, menſe fermè XI. afflixit, ab incunte videlicet menſe Rabio priori anni Egiræ 749. ad anni proximè ſequentis initium. (1)

MDCCLXXXI.

Codex litteris Cuphicis exaratus die 15. Gemadi prioris, anno Egiræ 715. in oppido quodam *Villonas* بليونش dicto, ad *Septam* urbem pertinente. Continet Mahometi vitam, titulo *Prophetæ Mores* (2), in capita C. diſtributam: auctore *Abu Isa Mohamad Altarmadi* (3), Perſa ex urbe *Tarmed*, quam deſcripſit *Abulpheda*. Ille maximam nominis auctoritatem apud Mahometanos tertio Egiræ ſeculo ſibi peperit.

MDCCLXXXII.

Codex litteris Cuphicis exaratus, anni notâ & fine carens, quo continetur Opuſculum, *Nubis Umbra* (4) inſcriptum, de Mahometi Uxoribus ejuſque Conſanguineis, quod edidit *Abu Abdalla Mohamad Ben Abi Alkhassal*, *Jajenenſis*, celeberrimus quinti Egiræ ſeculi ſcriptor.

MDCCLXXXIII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ ſeptimo ſupra milleſimum, feriâ 1. die 21. menſis Scheuali, in quo habetur Commentarius in utrumque Opus modò laudatum, titulo *Paraphraſis Libri Morum* (5): auctore *Essameddino Abrahamo Eſpharaienſi* (6), ex urbe ſcilicet *Eſpharain* in Perſia. (7)

MDCCLXXXIV.

Codex litteris Cuphicis deſcriptus, quo continentur:

1.° Mahometi Hiſtoria, inſcripta *Liber morum Mahometi* (8), quam *Abi Isa Mohamad Ben Sura*, vulgò *Altarmazi*, edidit.

2.° Mahometanorum Mores & Conſuetudines, titulo *Societatis Leges* (9). Hujus operis auctor *Abi Abdelrahman Mohamad Alsalmi Niſaburienſis*. (10)

Codex autem hic exaratus eſt anno Egiræ 706. die 8. Dilcadat, feriâ 5.

MDCCLXXXV.

Codex autographus, abſolutus die 11. Ragebi, anno Egiræ 819. quo quidem continentur:

1.° Præcipuorum Regum geſta ac dicta, necnon inſigniores Politicorum ſententiæ, perinde ut celebriora Poëtarum carmina, hoc tantùm titulo: *Excerpta* (11): auctore (12) *Ahmad Ben Alsairagi*. (13)

Ejuſ-

(1) *Initium*: فان بعض اصدقاي يسالوني عن حقيقة هذا الطاعون الظاهر بالمرية بتاريخ عام تسع واربعين وسبعماية ۞
Finis: ۞ الواحد القهـــــار

(2) *Titulus*: ۞ كتاب شمايل النبـــي

(3) *Auctor*: تاليف ابو عيسي محمـــد الترمذي ۞

(4) *Titulus*: ۞ ظل الغمـــــامة

(5) *Titulus*: ۞ شرح كتاب الشمايـــل

(6) *Auctor*: تاليف عصام الديـــــن الاسفرايني ۞

(7) *Initium*: ۞ شمايل اهل الفضايـــل
Finis: ۞ وبعد الممـــــات

(8) *Titulus*: ۞ كتاب شمايل محمـــد

(9) *Titulus*: ۞ ادب الصحبـــــة

(10) *Initium*: اعلم ان ادب الصحبة مـــن الموفقين ۞
Finis: ۞ ان يكـــــون

(11) *Titulus*: المختار من نـــوادر الاخبار ۞

(12) *Auctor*: جمع احمد بـــــن السيرجي ۞

(13) *Initium*: ۞ فاني استخرت اللـــه
Finis: ۞ خذ جميعهـــــا

2.° Ejuſdem *Mahometanorum Privilegia* in unum collecta.

MDCCLXXXVI.

Codex nitidis exaratus litteris, in quo habentur:

1.° Poëma de Regulis Critices ad Hiſtoriam Mahometanam pertinentibus, inſcriptum *Manuductio* (1). Illius auctor *Mohamad Ben Mohamad Algezeri.* (2)

2.° Commentarius in Rhetoricam, quæ titulum habet *Clavis*: auctore *Abi Abdalla Mohamad Alcarvini.*

3.° Ejuſdem Grammatica ad uſum tironum & doctorum elaborata, *Commeatus* inſcripta. (3)

MDCCLXXXVII.

Codex exaratus anno Egiræ 903. Chriſti 1497. feriâ 7. die 6. Gemadi prioris, in quo habentur:

1.° Hiſtoria veſtis cujuſdam, quæ Arabibus, Perſis, Turcis *Thailſan*, طيلسان, Græcis *Epomis* dicitur, Mahometanorum Philoſophis ac Monachis potiſſimùm uſitatæ. De illius origine, uſu & præſtantia diſſerit ibi Clariſſimus *Asiuthævs*, opuſque inſcribit *Pulchra Hiſtoria.* (4)

2.° Ejuſdem de Rhetoricæ Regulis Poëma, hoc titulo inſigne: *Monile gemmis contextum.* (5)

3.° Ejuſdem de Arte Grammatica alterum Poëma, *Grammaticæ* Alphia *dictæ Compendium ſufficiens* inſcriptum (6), quod abſolutum eſt anno Egiræ 869.

MDCCLXXXVIII.

Codex nitidè exaratus, anni notâ & fine mutilus, olim ad Regiam Bibliothecam *Marochanam* pertinens: quo continetur Hiſtoria Mahometi in capita complura diſtributa, cui titulus *Res geſtæ Mahometi* (7). Eam condidit *Abulhassanus Abdalla Ben Mohamad Albahiki*, gente *Africanus.* (8)

MDCCLXXXIX.

Codex ſcitè exaratus *Damaſci* anno Egiræ 869. die 11. menſis Saphari, quo etiam continetur Mahometi Hiſtoria, variis diſtincta capitibus, & *Felicitatum Liber* inſcripta (9). Ejus auctor eſt *Magededdinus Alphiruzabadi*, præclariſſimus Lexici Arabici *Camus* nuncupati conditor. Hanc porrò Hiſtoriam Mahometanæ Sectæ Pontifices, morumque Cenſores in Actorum apochriphorum album retulerunt, ut extremo libro aſcriptum teſtatur Decretum, ubi proſcriptarum Propoſitionum Index occurrit. (10)

MDCCXC.

Codex perita manu exaratus abſque anni notâ, quo continetur Commentarius titulo *Sufficiens* (11), in Mahometi vitam jam pridem editam à Docto-

(1) *Titulus*: الهداية في علـــــم الرواية ۞

(2) *Auctor*: تاليف محمد بن محمد الجزري ۞

(3) *Titulus*: مونة الصغير والكبير ۞

(4) *Titulus*: الاحاديث الحسان في فضل الطيلسان ۞

(5) *Titulus*: ارجوزة عقود الجمان في علمي المعاني والبيان ۞

(6) *Titulus*: كتاب الوفية في اختصار الالفية ۞

(7) *Titulus*: كتاب اخبار محمد ۞

(8) *Auctor*: تاليف ابو الحسن عبد الله بن محمد البهيقي ۞

(9) *Titulus*: سفر السعـــادات ۞

(10) *Initium*: من باب التعزير بالمال ۞
Finis: فلتعلـــم ۞

(11) *Titulus*: كتاب الاكتفـــا ۞

ctore *Aiadh*, *Septæ* & *Granatæ* Prætore. Illius auctor *Tageddinus Abdelbaki* ortu *Iemanensis*, domicilio verò *Granatensis*.

MDCCXCI.

Codex nitidè exaratus die 11. Moharami, anno Egiræ 882. in quo habetur ejusdem Doctoris *Aiadhi* Historia Mahometana, quam *Hassanus Ben Hassain Altavlavi* (1) in epitomen hocce titulo contraxit: *Oblectamentorum Libamentnm* (2), seu *Excerpta genuinarum Traditionum.* (3)

MDCCXCII.

Codex nitidis litteris exaratus anno Egiræ 565. Christi 1169. feriâ 7. die 6. Rabii posterioris, quo continetur Mahometi Historia secundùm *Aischæ* ipsius conjugis traditionem, in partes duas distributa, inscriptaque *Liber morum Mahometi* (4): auctore (5) *Abulphadhelo Alabbas Ben Abilabbas Alsaphani Granatensi.* (6)

MDCCXCIII.

Codex nitidis litteris exaratus, quo continentur:

1.° Mahometi Vita, inscripta *Viri eruditi Exemplar* (7), auctore *Assivthæo.*

2.° Ejusdem Opusculum varias Mahometanorum preces complectens, inscriptumque *Sagittæ jaculatoriæ certæ.* (8)

3.° Ejusdem Libellus Traditiones XL. continens, cui titulus *Vitæ Recuperatio.* (9)

4.° Ejusdem Opusculum de Mahometanæ Historiæ sacræ origine, quod Mahometanorum nemo hactenus aggressus est, *Fundamentorum Specimen* inscriptum. (10)

5.° Libellus de Hæreditatis Radicibus, titulo *Directorium Juridicum* (11): auctore *Ali Ben Ahmad Alhasni Alsamhudi* (12), ex urbe *Sambud* in Ægypto, qui nono Egiræ seculo inclaruit.

MDCCXCIV.

Codex litteris Cuphicis exaratus absque anni notâ, continens Alcorani Historiam, ubi de ejus veritate, stylo & auctoritate differitur; tum etiam variæ Mahometi ad plurimos Reges, virosque principes occurrunt Epistolæ. Inscriptio *Alcorani Revelatio* (13); Scriptoris verò nomen latet. (14)

MDCCXCV.

Codex litteris Cuphicis *Malacæ* exaratus die 27. mensis Ragebi, anno Egiræ 709. Christi 1309. Continet Histo-

(1) *Auctor*: تاليف حسن بن حسين الطولوي ۞

(2) *Titulus*: مناهل الصفا في تخريج احاديث الشفا ۞

(3) *Initium*: هذا كتاب نفيس ۞
Finis: بسند رجاله ثقات ۞

(4) *Titulus*: كتاب اخلاق محمد ۞

(5) *Auctor*: جمع ابو الفضل العباس بن ابي العباس السفاني غرناطي ۞

(6) *Initium*: اخبرنا الشيخ ۞
Finis: ان ياكل بالشمال ۞

(7) *Titulus*: انموذج اللبيب في خصايص الحبيب ۞

(8) *Titulus*: سهام الاصابة في الدعواة المجابة ۞

(9) *Titulus*: احيا الميت بفضايل اهل البيت ۞

(10) *Titulus*: اللمع في اسباب الحديث ۞

(11) *Titulus*: كتاب المنهاج ۞

(12) *Auctor*: تاليف علي بن احمد السمهودي الحسني ۞

(13) *Titulus*: كتاب في نزول القران ۞

(14) *Initium*: وسالنا سايل ۞
Finis: واستنرشده يرشدك ۞

ſtoriam Mahometanam, ſeu Mahometi Acta, hoc titulo: *Traditionum Deliciæ* (1), auctore ABU MOHAMAD ALHASSANO EBN ALI *Lakhamita*, *Hiſpano*. (2)

MDCCXCVI.

Codex *Damaſci* exaratus die 2. menſis Dilcadat, anno Egiræ 582. quo continetur Liber Apologeticus in partes tres diviſus, qui inſcribitur *Confutatio Errorum*, & *Defenſio Doctrinæ Antiſtitis* ABULHASSANI ALASCHARITÆ (3). Ibi ejus vitam ſtylo pereleganti deſcribit ALI ABULCASSEMUS ALCASCHAIRI, *Niſaburienſis*, qui anno Egiræ 409. *Meccæ* & *Medinæ* claruiſſe traditur inter *Aſcharitas* Theologos, qui penès Mahometanos orthodoxi habentur, & quos inter & *Motazelitas* perpetua viget contentio. Illi enim actiones humanas Deo, hi verò homini; alii autem Deo hominique tribuendas eſſe docent. De eorum Dogmatibus alibi à Nobis ſatis dictum eſt.

MDCCXCVII.

Codex eleganter in urbe *Damaſco* exaratus anno Egiræ 582. feriâ 3. die 13. menſis Schabani, quo continentur Pars III. & IV. Hiſtoriæ Mahometanæ, *Criſis Hiſtorica* (4) inſcriptæ: auctore ZAINEDDINO ABU BAKER MOHAMAD BEN MUSA ALHAZEMI ALHAMADANO (5), Perſa ex urbe *Hamadan*, ubi diem obiit anno Egiræ 584. multa ingenii ſui monumenta relinquens, in primis verò *Sacram Hiſtoriam Mahometanam*, in partes IV. digeſtam, in qua complura falſa variaſque cùm dubiæ, tùm ſuſpectæ fidei narrationes à veris ac genuinis Traditionibus ſecernere conatur. De urbe *Hamadan* agit CAZUINÆUS in *Hiſtoria* ſua *Naturali*, & GOLIUS in *Notis*, *pag.* 220.

MDCCXCVIII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 876. Chriſti 1471. feriâ 3. die 19. menſis Saphari, in quo habetur Opus Hiſtoricum LVI. capitibus comprehenſum, *Expedita & facilis Methodus* (6) inſcriptum: auctore MEHILDINO IAHIA BEN SCHARAPH ALNAUAI *Damaſceno*, viro doctrinâ & pietate apud ſuos clariſſimo. (7)

MDCCXCIX.

Codex nitidè exaratus die 9. Rabii poſterioris, anno Egiræ 894. quo continetur Chronica Sanctorum Mahometanorum, litterarum ordine diſtributa, titulo *Sociorum Delectus*. (8)

MDCCC.

Codex litterris Cuphicis exaratus anno Egiræ 603. mutilus, quo continentur Vita Mahometanorum quorumdam,

(1) *Titulus*: نزهة الخاطر في الحديث ☼

(2) *Auctor*: تاليف ابي محمد الحسن ابن علي اللخمي الاندلسي ☼

(3) *Titulus & Auctor*: كتاب تبيين كذب المفتري فيما ينسب الي الامام ابي الحسن الاشعري ☼

(4) *Titulus*: كتاب الاعتبار في الناسخ والمنسوخ من الحديث ☼

(5) *Auctor*: تاليف زين الدين ابو بكر محمد بن موسي الحازمي الهمداني ☼

(6) *Titulus*: كتاب التقريب والتيسير الي معرفة سنن البشير ☼

(7) *Initium*: وهذا كتاب اختصرته من علوم الاحاديث ☼
Finis: من اقام في بلد اربع سنين نسب اليها ☼

(8) *Titulus*: كتاب اختيار الرفيق في اخبار الابرار ☼

dam, qui in Orbe Hispano pietatis laude floruerunt, ab Anonymo quodam conscriptæ, quibus titulus *Historia Prophetarum Virorumque justorum* (1). Ex Regia Bibliotheca *Marochana.*

MDCCCI.

Codex litteris Cuphicis exaratus die 21. Gemadi prioris, anno Egiræ 695. quo continentur Vitæ *Albokhari*, & *Moslemi Ebn Alhagiagæi* Traditionum Mahometanorum Scriptorum, ubi de eorumdem fide & auctoritate, *Legum Demonstratio ac Propugnatio* (2) inscriptæ. Earum auctor *Abu Abdalla Mohamad Ben Raschid Septanus* (3), qui se id operis anno Egiræ 689 absolvisse testatur.

MDCCCII.

Codex nitidè exaratus die 27. mensis Scheuali, anno Egiræ 834. quo continetur Historia trium Doctorum Mahometanorum, Sectæ videlicet *Schaphetica*, *Malekiticæ* & *Hanaphiticæ* Principum, inscripta *Historiarum Delectus* (4): auctore (5) *Abu Omaro Josepho Ben Abdalla Alnamari Hispano.* (6)

MDCCCIII.

Codex elegantibus litteris exaratus anno Egiræ 892. ubi occurrit Vita *Abilhabbasi Ahmedi Ben Omar Murciani*, viri pietate apud suos insignis, in X. capita divisa, quæ hunc præ se fert titulum: *Lectiora & expetita Morum Tempora* (7): auctore (8) *Abulphadhelo Ahmad Ben Atha Alla Alschadelita Alexandrino.* (9)

MDCCCIV.

Codex nitidè exaratus, anni notæ expers, in quo habetur Vita *Abilhasseni Ali*, vulgò *Alschadeli*, qui anno Egiræ 634. *Septæ* magnâ pietatis ac doctrinæ famâ decessit, hoc insignita titulo: *Margarita Mystica & Munusculum sanctum* (10). Hanc litteris consignavit *Mohametus Ben Abilcassemus Alhomairita Granatensis*, ejusdem discipulus. (11)

MDCCCV.

Codex litteris Cuphicis descriptus, quo continentur:

1.° *Abilhasseni*, quem proximè laudavimus, Historia, cui titulus *Maria* (12): auctore *Ahmad Ben Ahmad*, vulgò *Albornos*, domicilio *Granatensi.* (13)

2.° In eandem Historiam Commentarius, titulo *Veritates* (14), à *Mo-*

(1) *Titulus* : اخبار الاوليا والاصفيا ۞

(2) *Titulus* : كتاب السنن الابين والمورد الامعن ۞

(3) *Auctor* : تاليف ابي عبد الله محمد بن رشيد السبتي ۞

(4) *Titulus* : الانتقا في اخبار الثلاثة الفقها ۞

(5) *Auctor* : تاليف ابي عمر يوسف بن عبد الله النمري الاندلسي ۞

(6) *Initium* : فان طايفة ۞
Finis : حتى الممات جديد ۞

(7) *Titulus* : لطايف المنن في مناقب ابي العباس احمد المرسي ۞

(8) *Auctor* : تاليف ابي الفضل احمد بن عطا الله الشاذلي الاسكندري ۞

(9) *Initium* : قصدت في هذا ۞
Finis : علي كاتبه وقاريه ۞

(10) *Titulus* : درة الاسرار وتحفة الابرار ۞

(11) *Auctor* : تاليف محمد بن ابي القاسم الحميري ۞

(12) *Titulus* : حزب البحر ۞

(13) *Auctor* : تاليف احمد بن احمد البرنسي الغرناطي ۞

(14) *Titulus* : الحقايق ۞

HAMETO BEN MOHAMAD Fessæ Prætore (1) elaboratus. Is *Granatæ* supremum diem obiit anno Egiræ 759.

3.° Opusculum, *Fulgor coruscans* (2) inscriptum, de licito Musices usu: quod evulgavit *AHMAD BEN MOHAMAD*, *ALGAZELI* filius, *Thusensis*. (3)

4.° Poëma in Judæum quemdam Poëtam, qui carmina adversus Mahometanorum Sectam condidit. Ejus auctor *ABU GIAPHARUS BEN SAPHUAN Malacitanus* (4), qui anno Egiræ 762. floruit.

MDCCCVI.

Codex litteris Cuphicis exaratus anno Egiræ 895. aliud *ABILHASSEMI* Vitæ bis supra memoratæ exemplar, sed inferioris notæ, complectens.

MDCCCVII.

Codex autographus, absolutus die 11. Ragebi, anno Egiræ 819. quo continentur:

1.° Præcipuorum Regum gesta & dicta; necnon insigniores Politicorum sententiæ, simulque celebriora Poëtarum carmina, opus *Excerpta* inscriptum (5): auctore (6) *AHMAD BEN ALSAIRAGI* supra laudato. (7)

2.° Ejusdem *Mahometanorum Privilegiorum* Collectio.

MDCCCVIII.

Codex nitidis exaratus litteris, in quo habentur:

1.° Poëma de Regulis Criticis Historiæ Mahometanæ, quæ *Manuductio* (8) inscribitur: auctore *MOHAMAD BEN MOHAMAD ALGEZERI*. (9)

2.° Commentarius in Rhetoricam, quæ *Clavis* titulo circumfertur: auctore *ABI ABDALLA MOHAMAD Alcaruini*.

3.° Ejusdem Grammatica ad usum tironum & doctorum elaborata, *Commeatus* (10) inscripta.

MDCCCIX.

Codex litteris Cuphicis descriptus anno Egiræ 706. die 8. Dilcadat feriâ 5. quo continentur:

1.° Mahometi Historia, quam vulgavit *ABI ISA MOHAMAD BEN SURA*, vulgò *ALTARMAZI*; inscripsitque *Mohameti Morum Librum*. (11)

2.° Mahometanorum Mores & Consuetudines, liber inscriptus *Societatis Leges* (12): auctore *ABI ABDELRAHMAN MOHAMAD ALSALMI Nisaburiensi*. (13)

MDCCCX.

Codex exaratus anno Egiræ 903. Christi 1497. feriâ 7. die 6. Gemadi prioris, in quo habentur:

Hi-

(1) *Auctor* : محمد بن محمد قاضي مدينة فاس ۞

(2) *Titulus* : بوارق الالماع في تكفير من يحرم السماع ۞

(3) *Auctor* : احمد بن محمد الغزالي الطوسي ۞

(4) *Auctor* : ابو جعفر بن صفوان المالقي ۞

(5) *Titulus* : المختار من نوادر الاخبار ۞

(6) *Auctor* : جمع احمد بن السيرجي ۞

(7) *Initium* : فاني استخرت اللـه ۞
Finis : خذ جميعها ۞

(8) *Titulus* : الهداية في علم الرواية ۞

(9) *Auctor* : تاليف محمد بن محمد الجزري ۞

(10) *Titulus* : مونة الصغير والكبير ۞

(11) *Titulus* : كتاب شمايل محمد ۞

(12) *Titulus* : ادب الصحبة ۞

(13) *Initium* : ان يكون من الموثقين ۞
Finis : اعلم ان ادب الصحبة ۞

1.° Historia Vestis cujusdam, quæ Arabibus, Persis, Turcisque *Thailsan* طيلسان, Græcis verò *Epomis* dicitur; Mahometanorum Philosophis & Monachis potissimùm usitatæ. Ibi de illius origine, usu ac præstantia Clarissimus *Asiuthæus* disserit. Is autem liber inscribitur *Pulchra Historia.* (1)

2.° Ejusdem de Rhetoricæ Regulis Poëma, cujus inscriptio *Monile gemmis contextum.* (2)

3.° Ejusdem de Arte Grammatica alterum Poëma, cui titulus *Grammaticæ* Alphia *dictæ sufficiens Compendium* (3), anno Egiræ 869. absolutum.

MDCCCXI.

Codex litteris Cuphicis exaratus, anni notâ carens, ex Regia olim Bibliotheca *Marochana*, quo continetur Pars III. Itinerarii Hispani, quod *Ben Alkhathibus* supra laudatus tripartitum edidit, inscripsitque *Analecta* (4). Habetur ibi plurimarum Urbium, quas Auctor perlustravit, descriptio; necnon Virorum clarissimorum & Bibliothecarum recensio. (5)

MDCCCXII.

Codex litteris Cuphicis descriptus, nulla prorsùs anni notâ, Itinerarium Hispanum & Africanum complectens, quod *Librorum Indicem* (6) inscripsit, emisitque anno Egiræ 626. (7) *Obaidalla Alcasem Ben Joseph Ben Ali Altagibi Valentinus.* (8)

MDCCCXIII.

Codex litteris Cuphicis exaratus, sine anni nota, in quo habetur Arabicarum Antiquitatum Historia cum Notis margini ascriptis, *Proverbiorum Liber* (9) inscripta. Hujus auctor (10) *Abi Abdalla Mohamad Ben Abdelmumen Ben Salam Alkhazai*, cùm vetustate, tùm eruditione spectatissimus. (11)

MDCCCXIV.

Codex nitidis exaratus litteris, quo continentur:

1.° Itinerarium Ægyptiacum, quod edidit anno Egiræ 876. Christi 1471. feriâ 2. die 8. Rabii posterioris *Mohamad Ben Ali Alschamni Alrarmi*, gente *Hispanus.* (12)

2.° Epistola pereleganter exarata, feriâ 1. die 19. Dilcadat, anno Egiræ 898. Christi 1492. in qua Antistes *Abdalla Ahmad Ben Iahia Alnuaschersius* Antistitem *Abu Abdallam Ben Casiam* de Mahometanorum Granatensium, captâ à Christianis Granatâ, *Marochum* adventu certiorem facit; simulque de improbo eorumdem illuc

(1) *Titulus* : الاحاديث الحسان في فضل الطيلسان ۞

(2) *Titulus* : ارجوزة عقود الجمان في علمي المعاني والبيان ۞

(3) *Titulus* : كتاب الوفية في اختصار الالفية ۞

(4) *Titulus* : نفاضة الجراب ۞

(5) *Initium* : وعملنا علي الصعود الي الجبل ۞

Finis : لامل فلان في كذا ۞

(6) *Titulus* : برنامج ۞

(7) *Auctor* : عبيد الله القاسم بن يوسف بن علي التجيبي البلنسى ۞

(8) *Initium* : اخبرنا الشيخ ۞

Finis : ولرغبة الاصحاب في الاختصار ۞

(9) *Titulus* : كتاب الامثال ۞

(10) *Auctor* : تاليف ابي عبد الله محمد بن عبد المومن بن سلام الخزاعي ۞

(11) *Initium* : هذا كتاب الامثال وهي حكمة العرب في الجاهلية والاسلام ۞

Finis : قال الاصمعي ۞

(12) *Auctor* : رسالة محمد بن علي الشمني الرارمي الاندلسي ۞

illuc iterum revertendi consilio vehementer conqueritur.

MDCCCXV.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° *Meccæ* Privilegiorum Collectio, cui titulus *Moschi Odores* (1): auctore *Mohamad Algazali Meccano.* (2)

2.° Opus Dogmaticum, *Impiorum Quæsitorum Confutatio* (3) inscriptum: auctore *Schehabeddino Ahmad Ben Edris Alcarano* (4), qui argumenta centum & sexaginta duo cùm ex Veteri, tùm ex Novo Testamento petita ibi adfert; eaque Christianis objicit. (5)

Hujusmodi Operis impiissimi scribendi ansam dedit alterum Arabicâ item linguâ conscriptum, quod Christianus vir, gente *Hispanus*, adversùs Alcoranum olim publicaverat.

(1) *Titulus* : ذوايح المسكية ۞

(2) *Auctor* : تاليف محمد الغزالي المكي ۞

(3) *Titulus* : الاجوبة الفاخرة في رد الاسولة الفاجرة ۞

(4) *Auctor* : تاليف شهاب الدين احمد بن ادريس القرافي ۞

(5) *Initium* : فان بعض النصاري قد انشا رسالة مشتملة علي الاحتجاج بالقران وعلي صحة مذهب النصرانية ۞

Finis : ولايقبلوا ما فيها من الدلالة علي محمد ۞

APPEN-

APPENDIX CODICUM

Qui, Tomo hujus Bibliothecæ altero ad ultimos penè typos jam perducto, in Regio *Escurialensi* Cœnobio reperti sunt.

IN FOLIO.

MDCCCXVI.

CODEX summa curâ & litterarum elegantiâ descriptus, quo Evangelia quatuor in Persicum conversa continentur. (1)

Ad hujus Codicis extremum hæc Hispano sermone conscripta perlegas:

Esta es una copia de un libro de los Evangelios escrito en lengua Persiana, que fue hallado en las tierras del Gran Mogor, *uno de los mas poderosos Reyes de las partes Orientales: la qual embiò à S. M. el Padre* Jeronimo Xavier *de la Compañia, que reside en la Corte de aquel Rey; y se recibiò por las Naos que este año de 1610. llegaron de la India à Portugal. Y la forma en que este Libro se hallò, y su antiguedad se declara en una Certificacion del mismo Padre, que viene escrita por èl en lengua Castellana en este traslado que ha embiado del dicho libro.*

Certifico yo el Padre Jeronimo *de la Compañia de Jesus, Superior de los Padres de la misma Compañia que residen en la Corte, y Reynos del* Gran Mogor, *que este libro de los Evangelios en Persiano le trahia consigo un Padre Armenio que de Hierusalem venia à estas partes el año de 1598. Y consta por aquel mismo libro haver sido escrito el año del Señor de 828. y la letra, papel, y composicion del da testimonio de su antiguedad.*

Vino à nuestra mano por la manera siguiente. El dicho Padre que trahia aquel libro, llegando de Hierusalem à la Persia, partiò de alli en compañia de Manucher *que venia por Embajador de* Jahbac *Rey de la Persia à el Rey* Jelalin Acbar Mogor *à esta Ciudad de* Lahor: *y como el dicho Sacerdote por cierta causa no pudo continuar el camino con dicho Embajador, se quedò atras; y viniendo en otra caphila, muriò en el camino. Algunos Armenios que venian con èl truxeron à esta Ciudad de* Lahor *sus libros, entre los quales venia el sobredicho de los Evangelios; y los entregaron à el Padre* Manoel Pannero *de la Compañia de Jesus, que por orden de la santa*

ta

(1) *Initium*: بنام بـــــــــــــدر ۞ *Finis*: وبتم البركـــــــــــــات ۞

ta obediencia aqui residia. El qual Padre debiendo embiar à Hlis *los libros del dicho Padre difunto, guardò el de los Evangelios: y del, como digo, se trasladò este sin haber en èl alguna mudanza en cosa alguna; y està fielmente cotejado. Y en testimonio de la verdad hize estos renglones de mi mano, y los firmè de mi nombre, y sellè con el sello de Superior de los Padres de la Compañia de Jesus de estas partes. Hecha en esta Ciudad de* Lahor *Corte del Rey* Nurdin Jahanguir Mogor à *los* 21. *de Deciembre de* 1607.

L. S.

Jeronimo Xavier.

Idem Testimonium Persicè conscriptum ibidem legitur, secundùm quod ex Hispanis verbis supra scriptis nonnulla videntur corrigenda atque elucidanda. Itaque substituendum *Mogol* pro *Mogor*. مغل *Manugeher* pro *Manucher* منوجهر *Schas Abbas* pro *Jahabac* ايلچي شاه عباس.

„ *Abbas Chodabandæ* filius qui anno Egiræ 1008. (Christi 1599.) Persiæ imperavit. Mortuus est anno Christi 1629. referente *Oleario*, cum regnasset annos quadraginta quinque, sexaginta tres vixisset. Successorem habuit nepotem *Sain Mirza Schah Sefi*, quod patris nomen fuerat, posteà appellatum, qui anno Christi 1642. regni sui duodecimo decessit, succedente *Schah Abbaso* secundo. Ex Pocockio in *Supplemento Historiæ Dynastiarum*, pag. 66.

Rey *Jelalin Acbar Mogor*. In textu Persico legitur نور الدين جهانكير *Nureddinus Gehankir*.

A esta Ciudad de Lahor لاهور, quæ regio est & urbs inclyta: videsis in *Alferganum* Golii *Notas*, pag. 107.

Pro *Hlis* reponendum *Heri* هري urbs Korasanæ, olim *Aria*.

Quis autem Interpretationis hujus auctor extiterit, definire non ita facile; nec inquirere abs re foret, è qua potissimùm lingua Evangelia hæc quatuor in Persicam conversa sint. Cæterùm Interpretationem hujusmodi ante octavum seculum factam fuisse nullus dubito.

MDCCCXVII.

Codex litteris maximis, initio & anni notâ defectus, foliis 236. constans, quo continetur Tomus primus celeberrimi Beitharis operis de *Medicamentis Simplicibus*, litteras complectens ا ب ت ث ج, adjectâ passim ad Codicis oras Latina Simplicium aliquot interpretatione. Qui ad Beitharis opus à nobis recensitum Tomo I. *Bibliothecæ Arabico-Hispanæ*, pag. 274. ex quo Tomi I. & V. desiderabantur, procul dubio pertinet.

MDCCCXVIII.

Codex Cuphicis exaratus litteris feriâ 5. die 4. mensis Rabii prioris, anno Egiræ 652. in quo habetur Tomus scilicet II. Lexici Arabici, cui titulus *Linguæ Diadema*: auctore Abu Nasser Ismael Ebn Hamad Algiauhari Alpharabi, de quo in Tom. I. nostræ Bibliothecæ *pagg*. 168. 169. & 170. Ibidem varia Lexici hujus exemplaria recensentur, in iis verò illud *Num. DLXXVII.* & *DLXXVIII.* supra descriptum, quod in Tomos tres digestum esse constat, quorum quidem hic secundus. (1)

Co-

(1) *Initium*: باب الرا من كتـــاب الصحاح ۞ *Finis*: وللعشجان جثيـــان ۞

MDCCCXIX.

Codex nitidè exaratus die 9. Gemadi prioris, quo continetur Tomus ſecundus & ultimus operis Dogmatici, cui titulus *Falſa Doctrina Sectarum* (1), ubi auctor *Mohamad Ali Ben Ahmad Ben Hazam*, religione *Sunita*, id eſt *Orthodoxus*, Motazelitas qui inter Mahometanos hæretici habentur, multis, ſed futilibus argumentis refellere conatur. Motazelitæ contra Sunitas docent Deum peccata, puta Hæreſim, Adulterium, minimè velle; ea verò homines libero arbitrio præditos per ſe perpetrare contendunt. (2)

MDCCCXX.

Codex litteris Cuphicis exaratus in urbe *Denia*, die 15. Scheuali, anno Egiræ 888. ubi occurrunt Epiſtolæ variæ nomine Regum *Granatæ* ad Africæ Reges olim datæ, quas clariſſimus *Abu Abdalla Ben Alkhathib*, dum Regis eſſet à Secretis, partim ſcripſit, partim ab aliis ſcriptas in unum collegit, hoc titulo: *Herba odorata Libri, & excelſi animi Pabulum* (3). Dividitur opus in capita XX. Fit autem ibi mentio de mutuis ad *Josephum* & *Pharesum*, Granatæ ac Feſſæ Reges legationibus & litteris; prælia quoque & victoriæ à Mahometanis de Chriſtianis reportatæ deſcribuntur: de quibus idem Scriptor agit in *Regum Granatæ Hiſtoria*, Bibliothecæ noſtræ *Tom. II. pagg.* 301. 302. 304. 305. & alibi. (4)

MDCCCXXI.

Codex nitidè deſcriptus in urbe *Herat* die 21. Moharami, anno Egiræ 748. quo continetur opus Artis Rhetoricæ præcepta complexum, cum Notis ad Codicis oras perpetuis, initio & Scriptoris nomine carens. (5)

MDCCCXXII.

Codex Fragmenta varia complectens, videlicet:

1.° Folia IV. de Re Grammatica.

2.° Folia VI. de Grammaticæ Inſtitutionibus, quas edidit *Abulhassenus Thaher Ben Ahmad Ben Beischad Grammaticus*. (6)

3.° Folia V. de Anni Calendario.

4.° Folia XI. de Coitu, ac de Remediis corroborantibus.

5.° Folia XVIII. de humani Corporis Anatomia, videlicet Partes I. & II. Libri I. Medicinæ, qui *Liber Regius* (7) inſcribitur: auctore *Ali Ben Alabbas*, de quo in Bibliothecæ noſtræ *Tom. I. pag.* 260.

6.° Folia XVI. de variis Naturæ Secretis.

MDCCCXXIII.

Codex tùm anni notâ, tùm fine carens, in quo habetur Anonymi Commen-

(1) *Titulus* : الجز الثاني من النحل والملل ۞

(2) *Initium* : الكلام هل شا الله كون الكفر والفسق اما لايشا. قالت المعتزلة ان الله لم يشا ان يكفر الكافر ولا ان يفسق الفاسق وقال اهل السنة بخلافه ۞

Finis : وعلي اله وسلم ۞

(3) *Titulus* : ريحانة الكتاب ونجعة المنتاب ۞

(4) *Initium* : الحمد لله الزي قسم ۞

Finis : العلي العظيم ۞

(5) *Finis* : عليه وعليهم السلام ۞

(6) *Auctor* : ابو الحسن طاهر بن احمد بن بابشاذ النحوي ۞

(7) *Titulus* : كتاب كامل الصناعة الطبية المعروف بالملكي ۞

mentarius in Grammaticam Arabicam, *Medullam* (1) nuncupatam, cujus auctor inter Arabas celebratissimus *Albidhavi*, de quo in *Tom. I.* nostræ Bibliothecæ, *pag.* 28.

IN QUARTO.
MDCCCXXIV.

Codex litteris Cuphicis exaratus absque anni nota, foliis constans 130. quo continentur:

1.° Liber Ptolemæi *Quadripartitus* de Astrologia Judiciaria, sive Libri quatuor de Apotelesmatibus & Judiciis Astrorum ad Syrum, opus capitibus LX. comprehensum, inscriptumque (2) *Liber* Ptolemæi, *sive Assertiones quatuor de Astrorum Judicio circa rerum eventum.* (3)

2.° Ejusdem Liber ad Syrum, qui *Fructus* (4) inscribitur. (5)

Initio Codicis hæc *Davidis Colvilli* Annotatio authographa legitur, quam hîc transcribendam duximus.

Liber qui à Latinis Quadripartitum Ptolemæi *dicitur, quia continet quatuor libros in quibus tota doctrina Astrologiæ judiciariæ continetur, non expresso nomine traductoris, liber undequaque completus cum indice omnium* Capitulorum *in principio. Deinde est alius liber ejusdem saltem vulgò* Ptolemæo *attributus, qui à Latinis dicitur* Centiloquium, *quia continet centum Propositiones, seu Aphorismos de Judiciis Astrologicis, Arabicè dictus* ثمرة Fructus.

Josephus Scaliger in Notis super Astronomica Manilii *ostendit, quòd nomen* Alcabitius *non erat proprium, sed cognomen Auctoris, vel potius Libri: quia inquit*, articulus non præponitur vocibus propriis, sicut in ista voce Alcabitius apertè præfigitur; *ideoque inquit esse nomen appellativum à verbo* قبض, *quod significat* colligere: *unde* Alcabitius, *inquit*, idem significat ac si Latinè diceremus Fasciculus, vel Collectio; *confirmatque hanc acutissimam inventionem nomine hujus Libri qui à Latinis dicitur* Centiloquium.

Contuli autem translationem hanc Arabicam cum autographo suo textu Græco Ptolemæi; *& plurimis in locis ab eo dissentit & infinita omittit. Et ex translatione ista Arabica desumpta est antiqua nostra Latina, quæ non solùm multis modis barbara est, sed ubique ferè ab ipso Arabico autographo mirum in modum dissentit. Nec ullam excusationem admittere possumus pro translatione hac Latina, nisi meram inscitiam translatoris qui neque linguam Arabicam, nisi valde superficie tenus, neque vocabula hujus artis propria intellexisse videtur. Aliquod tamen excusationis velum prætexere possemus pro translatione Arabica ex Græco; quia phrasis Græca adeò difficilis, & in primis tanta compositarum vocum copiâ abundans, ut non modò Arabica quæ compositas voces non admittit; sed etiam Latina, nec ulla alia quævis linguarum Græcæ comparari possit.*

NOSTRÆ IN HUNC CODICEM ANIMADVERSIONES.

Prior Codicis hujus Pars, quæ titulum præ se fert *Liber Ptolemæi*, sive *Asser-*

(1) *Titulus*: ☼ شرح اللب في النحو

(2) *Titulus*: كتاب الاربع مقالات لبطلميوس في القضا بالنجوم على الحوادث ☼

(3) *Initium*: ☼ ان الامور التي بها يكون
Finis: اختتم هذا الكتاب في هذا الموضع ☼

(4) *Titulus*: ☼ كتاب الثمرة لبطلميوس

(5) *Initium*: قد قدمنا لك يا سورس ☼
Finis: فان الخارج من حضرة الاقليم ☼

Assertiones quatuor de Astrorum Judicio, &c. non libri quidem, quod vulgò *Quadripartitum* inscribitur, genuinam ac veram interpretationem continet, ut annotat *David Colvillus*; quippe quæ cum Græco textu collata, in multis, ut ipse ait, discrepet; sed illius tantùm compendium, quod *Thabetus* olim edidit, repræsentat, ut patet *pag.* 387. *Tomi I.* nostræ Bibliothecæ.

Libri *Ptolemæi Quadripartiti* variæ Arabum interpretationes prodiere, aliæ aliis castigatiores, in quibus illa *Abrahami Ben Alsalat*, quam *Honainus Isaci* filius emendavit, ut videre est *Tomo I.* laudatæ Bibliothecæ, *pag.* 349. Interpretationem hanc plurimis commentariis & annotationibus illustrarunt *Omarus Ben Pharkhan*, *Abrahamus Ben Alsalat*, *Alnairizius*, *Albategnus*, *Ali Ben Redhuan*, cujus Commentarium Latinè editum testatur *Cardanus* apud *Fabricium Bibliothecæ Græcæ Tom. III. pag.* 420.

Ex Arabica versione *Alphonsi* Regis jussu primùm concinnata est Hispanica, ex qua posteà *Ægidius Tebaldinus* Latinam planè barbaram confecit, teste *Fabricio* laudatæ Bibliothecæ *Tom. III. pag.* 419.

Ptolemæi verò Librum, qui *Fructus* inscribitur, & altera Codicis Parte continetur, Commentariis adornarunt *Ahmad Ben Joseph*, *Albategnus* & alii laudati *Tom. I.* nostræ Bibliothecæ, *pag.* 372. & 399. *Fabricius* de hoc Libro agens in supra dicto *Tomo III. pag.* 420. „ Extat, inquit, „ versio Latina ex *Arabico* facta, & „ post editionem Venetam 1493. fol. „ sæpius edita.... Arabicum Codicem „ memorat Labbeus Bibl. MSS. pag. „ 256. cum Commentariis Persicis „ *Nasirodini Thusii*, qui fuit inter Co- „ dices manu exaratos, quos Jacobus „ Golius ex Oriente secum attulit. „

Ad versiones Latinas ex Arabico factas quod attinet, notandum est omnes quotquot seculis retroactis prodiere, ob interpretum inscitiam, necnon exiguam utriusque sermonis peritiam vitiosas esse, ac planè barbaras: quod ipse meâ doctus experientiâ non semel animadverti. Quare non immeritò Latini viri graviter illas reprehendunt, ac sus deque habent.

Josephi Scaligeri Annotatio in titulum Libri *Fructus* de *Alcabitio*, quam vocem à verbo Arabico قبض derivatam esse putat, ut nugatoria ac viro erudito prorsùs indigna, prætermittenda potiùs est quàm refellenda.

MDCCCXXV.

Codex litteris Cuphicis exaratus, absque anni nota, quo continetur in Grammaticam, *Paraphrasin* dictam, Censura, cui titulus (1) *Errorum, qui in eadem Grammatica occurrunt, Recensio*: auctore *Abilhassano Solaiman Ben Mohamad Ben Abdalla Alsobai Malacitano.* Videsis *Tom. I.* Bibliothecæ nostræ, *pag.* 31. (2)

MDCCCXXVI.

Codex exaratus die 17. Schabani, anno Egiræ 970. quo continetur opus *Pratum floridum* (3) inscriptum, de Arabici sermonis peritia, puritate, elegantia atque usu, quod edidit clarissimus *Assiuthæus*. Idem sanè opus extat *Tomo I.* nostræ Bibliothecæ, *pag.* 56. anno

(1) *Titulus*: رسالة الافصاح ببعض ما جا من الخطا في الايضاح ۞

(2) *Initium*: رسالة الافصـــــاح ۞

Finis: ونعم الوكيـــــل ۞

(3) *Titulus*: كتاب المزهر في علـــوم اللغة ۞

no Egiræ 983. deſcriptum; ſed hoc longè locupletius eſt illo, atque emendatius.

MDCCCXXVII.

Codex nitidè exaratus *Damaſci* anno Egiræ 730. die 15. Saphari, quo continetur opus de conſcribendarum Epiſtolarum ratione, hoc titulo inſignitum: *Scribendi Ars* (1). Hujus auctor SCHEHABEDDINUS MAHMUD BEN SALMAN BEN PHAHD, ALEPINUS (2), non verò *Hiſpanus*, ut Catalogi *Regiæ Bibliothecæ Pariſienſis* Auctores non ſatis conſultò adnotarunt *pag.* 264. *Num. MDLXXIV.* (3)

MDCCCXXVIII.

Codex, prætermiſsâ anni notâ, exaratus, quo continetur Pars ſecunda Commentarii in opus de linguæ Arabicæ Præceptis, titulo hocce inſignis: *Clariſsimorum Virorum Obſervationes* (4), ubi etiam de Inſcriptionibus: auctore ABRAHAM BEN OMAR BEN ABRAHAM ALGIABARI (5), qui obiiſſe traditur anno Egiræ 732. (6)

MDCCCXXIX.

Codex nitidè exaratus, quo continetur Commentarii in Logicam, quæ *Solaris* (7) inſcribitur, Pars prior, cujus auctor (8) ABU ALMOHAMED ABDELGANI EBN MAHMUD BEN ABRAHAM ALGIARBARDI. (9)

Aliorum auctorum in eandem Logicam Commentarii duo in noſtra Bibliotheca recenſentur *pag.* 180. & 187.

MDCCCXXX.

Codex nitidis deſcriptus litteris, quo continetur opus Apologeticum de Æthiopum colore, indole, virtute ac præſtantiâ, hoc titulo: *Æthiopum & Nigritarum Dotes* (10), in XX. capita diſtributum: auctore GEMALELDINO ABILPHARAGIO ALGIAUZI (11), qui diem obiit anno Egiræ 567. (12)

De hac re egregiè inter alios ſcripſit ASSIUTHÆUS.

MDCCCXXXI.

Codex eleganter deſcriptus, aureiſque litteris identidem ſpectabilis, quo continetur Tractatus de Phyſiognomia, in partes IX. diſtributus, titulo *Naturas cognoſcendi Scientia* (13): ubi de hominum ingeniis ac moribus ex oculis, fronte, vultu, totius denique corporis habitu, pernoſcendis diſſeritur. Agitur etiam ibidem de Animalium naturâ, necnon de variarum Natio-

(1) *Titulus*: حسن التوسل الي صناعة الترسل ۞

(2) *Auctor*: شهاب الدين محمود بن سلمان بن فهد الحلبي ۞

(3) *Initium*: اما بعد حمد الله ۞
Finis: دون المختار ۞

(4) *Titulus*: الجزء الثاني من جميلة ارباب المراصد في شرح عقيلة اتراب القصايد ۞

(5) *Auctor*: ابرهيم بن عمر بن ابرهيم الجعبري ۞

(6) *Initium*: وقال رحمه الله ۞
Finis: فياليتني قد كنت اول صامت ۞

(7) *Titulus*: الرسالة الشمسية ۞

(8) *Auctor*: ابو المحامد عبد الغني ابن محمود بن ابراهيم الجاربردي ۞

(9) *Initium*: الحمد لله الذي وهب لنا ۞
Finis: اردنا تحريره والله الموفق ۞

(10) *Titulus*: تنوير الغبش في فضل السودان والحبش ۞

(11) *Auctor*: جمال الدين ابو الفرج الجوزي ۞

(12) *Initium*: الحمد لله الذي اختار ۞
Finis: واني فقير فاغني ۞

(13) *Titulus*: رسالة في علم القيافة ۞

tionum indole atque habitu. Scriptoris nomen latet. (1)

MDCCCXXXII.

Codex nullâ anni notâ, quo continentur:

1.° Opus, *Florum Volucrumque Arcana reſerata* (2) inſcriptum, ubi de Animantium ac Vegetabilium natura ingenioque diſſeritur. (3)

2.° Collectio variarum Sententiarum, Apologorum ac Narrationum ad informandos mores pertinentium.

MDCCCXXXIII.

Codex nitidè exaratus abſque anni notâ, in quo habetur Hiſtoria Univerſalis in epitomen contracta, hoc titulo: *Rerum ſpectandarum Hortus* (4), eaque ab orbe condito ad annum Egiræ 800. per annorum ſeriem perducta: cujus auctor *Abulvalidus Mohamad Ben Alschohna*, qui vivere deſiit anno Egiræ 883. (5)

Hiſtoriam hanc Univerſalem paſſim laudat *Herbelotus* in *Bibliotheca Orientali*, ubi illam deſcribit *pag.* 792. nullâ Compendii, quod exhibet Codex noſter, mentione factâ.

Animadvertendum hoc loci eſt, Scriptores Mahometanos de rebus ſuis domi bellique geſtis ſcitè atque accuratè ſcribere; non ita quidem de Veteris ac Novi Teſtamenti Hiſtoria, ubi veris falſa bene multa ex Alcorano & Mahometanorum traditionibus prodigialiter involvunt.

MDCCCXXXIV.

Codex abſque anni nota exaratus, complectens:

1.° Tractatum de Deo Uno, cui titulus *Unius Dei demonſtratio* (6): auctore *Mohamad Ben Asaad Aldvani*. (7)

2.° Commentarium in opus, quod *Diſputandi Ratio* (8) inſcribitur, ubi de Theologia Scholaſtica illius auctor *Massud Alschirvani* (9), ex provincia *Schiruan* in Perſia, ediſſerit.

3.° Synopſin *Logicæ* incerti auctoris, anno Egiræ 966. die 9. menſis Scheuali exaratam.

4.° Commentarium in opus Theologicum, quod *Ortus* (10) inſcribitur, ubi de rebus ad Theologiam Scholaſticam pertinentibus agitur: auctore *Ahmad Alabiurdi* (11), ex urbe *Abiurd* in Perſia.

MDCCCXXXV.

Codex nitidè exaratus abſque anni nota. Ibi occurrit Anonymi Commentarius in opus Dogmaticum *Fundamenta* (12) inſcriptum, quod edidit Do-

(1) *Initium*: الحمد لمن يستحـــــق الحمد ۞
Finis: والله تعالي اعلـــــــم ۞
(2) *Titulus*: كشف الاسرار عن حكم الطيور ۞
(3) *Initium*: الحمد لله القريب في بعده وضعت كتابي هذا مترجما عما استفدته من الحيوان برمزة والجماد بغمزة ومـــا خاطبتني به الاشجار بلسان حالهـــا والاطيار عن مقرها وارتحالها ۞
Finis: بالبلا مخصـــــــوص ۞
(4) *Titulus*: روضة المناظر في اخبـــار الاوايل والاواخـــــــــر ۞
(5) *Initium*: الحمد لله الذي احسن ۞
Finis: الي يوم الديـــــــن ۞
(6) *Titulus*: رسالة في اثبات الواحـــد تعالي ۞
(7) *Initium*: سبحانك سبحانـــك ۞
Finis: واليه الرجعـــــــي ۞
(8) *Titulus*: حاشية علي شرح المواقف ۞
(9) *Auctor*: مسعود الشروانـــــي ۞
(10) *Titulus*: حاشية علي شرح المطالع ۞
(11) *Auctor*: احمد الابيـــــوردي ۞
(12) *Titulus*: عقايد النسفـــــي ۞

Doctor *Alnasaphi*, ubi de præcipuis Religionis Mahometanæ Capitibus. (1)

Id autem operis tanti fit apud Mahometanos, ut complures habuerit Explanatores, quos inter principem sibi vindicat locum *Massud Ben Omar Altaphtazani*.

MDCCCXXXVI.

Codex litteris Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Tractatus de Hæreditate, *Institutiones* (2) inscriptus, quem evulgavit *Abi Abdalla Mohamad Ben Abdelmalek Alkalbi* (3), gente *Hispanus*, professione Jurisconsultus. (4)

2.° Commentarius in opus *Ebn Alhagebi* de Hæreditate: auctore *Khalil Ben Isac Hispano*. (5)

3.° Fragmentum ejusdem generis.

4.° Epitome Juris Canonici ad mentem Doctoris *Ben Maleki*, anno Egiræ 973. feriâ 1. die 17. Gemadi prioris exarata: auctore *Ahmad Ben Iahia Ben Mohamad Alnuschrisi*. (6)

5.° Anonymi Quæsita Legalia & Decisiones, anno Egiræ 909. die 1. Rabii posterioris exarata.

MDCCCXXXVII.

Codex initio mutilus, quo continetur Anonymi Commentarius in *Alcoranum*. (7)

MDCCCXXXVIII.

Codex exaratus anno Egiræ 812. die 14. Scheuali, quo continetur Commentarius in *Codicem Traditionum*, cujus auctor *Badreddinus Abdalla Alzarkaschi*, *Ægyptius* (8), qui anno Egiræ 794. obiisse fertur. (9)

MDCCCXXXIX.

Codex litteris Cuphicis descriptus, anno Egiræ 875. feriâ 6. die 20. Scheuali, quo continetur Commentarius alter in eundem Codicem Traditionum, cui titulus *Collectio & brevis Commentatio genuinarum Traditionum* (10): auctore *Abilphadl Ahmad Ben Ali Ben Hagiar Alascalani* (11), *Syro Ascalonita*. (12)

MDCCCXL.

Codex nitidè exaratus, anni notâ carens, quo habetur Commentarius in Librum, cui titulus *Locorum difficiliorum, quæ in Libro qui* Sanitas *inscribitur occurrunt, Explanatio* (13), ubi Mohameti dogmata propugnantur. Illius auctor *Ahmad Ben Mohamad*

(1) *Initium*: الحمد لله المتوحد ☼
Finis: والله المرجع والمآب ☼

(2) *Titulus*: كتاب الفرايض في الموارث ☼

(3) *Auctor*: ابي عبد الله محمد بن عبد الملك الكلبي ☼

(4) *Initium*: الحمد لله منزل الحكم ☼
Finis: من غير تطويل ولا تكرار ☼

(5) *Auctor*: خليل بن اسحق ☼

(6) *Auctor*: احمد بن يحيي بن محمد النوشريسي ☼

(7) *Finis*: وحسبنا الله ونعم الوكيل ☼

(8) *Auctor*: بدر الدين عبد الله الزركسي المصري ☼

(9) *Initium*: الحمد لله علي ما عم ☼
Finis: لا رب غيره ☼

(10) *Titulus*: تلخيص وشرح الجامع الصحيح ☼

(11) *Auctor*: ابي الفضل احمد بن حجر العسقلاني ☼

(12) *Initium*: اما بعد فهذا تلخيص ☼
Finis: جعلنا عليه خشبا متشبكا ☼

(13) *Titulus*: مزيل الخفا عن الفاظ الشفا ☼

MAD BEN *HASSAN ALSCHOMNI* (1), qui, ut ex notâ in extremo Codice adscriptâ liquet, obiit anno Egiræ 872. (2)

IN OCTAVO.

MDCCCXLI.

Codex exaratus anno Egiræ 870. ultima die Ragebi, quo continetur proximè laudati Scriptoris alter in idem opus Commentarius.

MDCCCXLII.

Codex anni notæ expers, quo continentur:

1.° *Grammatica Persica*, ubi occurrunt Persica nomina, litterarum serie disposita, quibus Turcica vocabula identidem respondent.

2.° Grammatica alia *Persica*, adjectâ *Hispanâ* vocum *Persicarum* interpretatione. Auctor est LOTHPHALLA *BEN ABI JOSEPH ALHOLAIMI*, vel *ALHALIMI*, celeberrimi Lexici Persici conditor, cujus haud pauca exemplaria occurrunt in *Regiæ Bibliothecæ Parisiensis* Catalogo, *pag.* 288. & 289. (3)

MDCCCXLIII.

Codex nitidè exaratus die 10. Scheuali, anno Egiræ 836. quo continetur lectissimorum variis de rebus Epigrammatum Collectio, hocce titulo insignis: *Horti Odor, & Os subridentis* (4): auctore Clarissimo viro *SALAHEDDINO EBN ABIK SAPHADITA*, cujus laudes atque alia scripta vide *Tomo I.* nostræ Bibliothecæ *pag.* 125. & 126. (5)

MDCCCXLIV.

Codex cùm anni notæ, tùm Auctoris nominis expers, quo continentur Scholia in Logicam, cujus inscriptio (6) *Ortus Luminum.* (7)

De hac Logica videsis Bibliothecam nostram *Tom. I. pag.* 200. *Cod. DCLXXVII.*

MDCCCXLV.

Codex, in quo nimirum habentur:

1.° Commentarius in Logicam, quæ *Appendix BARDAAI* (8) ab Auctoris nomine nuncupatur.

2.° Commentarius alter in eandem Logicam, descriptus anno Egiræ 925.

3.° Anonymi Commentarius in Logicam *ATHIREDDINI ALABHARI*, cui titulus *Sufficiens* (9), exaratus anno Egiræ 961. die 1. Moharami.

MDCCCXLVI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 838. die 27. Ragebi, Institutiones Canonicas complectens hoc titulo præditas: *Legum Ratio ac Scientia* (10), quas Doctor *ALBEIDHAVI*, nobilissimus Jurisconsultus olim edidit. Alterum extat exemplar in nostra Bibliotheca *Tom. I. pag.* 450.

Co-

(1) *Auctor*: احمد بن محمد بن حسن الشمني ۞

(2) *Initium*: اما بعد حمد الله علـــي افضاله ۞

Finis: عن الفاظ الشفــــــــا ۞

(3) *Initium*: حمد وسبـــــــاس ۞

Finis: دود شرط كـــــــــلام ۞

(4) *Titulus*: الروض الناسم والثعـــــر الباسم ۞

(5) *Initium*: اما بعد حمد الله الذي عمت ۞

Finis: امير المومنين ومنبـــــر ۞

(6) *Titulus*: طوالع الانـــــــوار ۞

(7) *Initium*: قوله بحســــــب ۞

Finis: اي قبـــــــــض ۞

(8) *Titulus*: حاشية بردعـــــــي ۞

(9) *Titulus*: شرح كافـــــــي ۞

(10) *Titulus*: منهاج الوصول الي علـــم الاصول ۞

MDCCCXLVII.

Codex exaratus anno Egiræ 641. feriâ 3. die 16. Gemadi posterioris, quo continetur opus bipartitum de Canonicis & Apochryphis Traditionibus, *Judicium & Examen* (1) inscriptum. Illius auctor *Abu Bakerus Mohamad Ben Musa Alhazemi*, quem videsis *Tom. I.* nostræ Bibliothecæ *pag.* 525.

MDCCCXLVIII.

Codex Cuphicis exaratus litteris anno Egiræ 637. die 3. Ragebi, quo continetur Bibliotheca, seu Historia Jurisconsultorum, cui titulus *Classes* (2), ab anno Egiræ primo ad annum 350. perducta: auctore *Abu Isac Abraham Ben Ali Ben Joseph Alphiruzabadi Alschirazi* (3), qui diem obiit anno Egiræ 416. (4)

MDCCCXLIX.

Codex nitidè exaratus mense Ragebo, anno Egiræ 800. opus Asceticum complectens, in capita IX. partitum, cui titulus *Paginæ* (5). Auctor, cujus nomen non apparet, ex ipsa loquendi ratione, perinde ac argumenti tractatione, Christianus videtur.

MDCCCL.

Codex eleganter descriptus absque anni nota, quo continetur opus Paræneticum de Pœnitentia, bipartitum. Pars prior *Contritionem perfectam* continet, adnexis Psalmis XIV. Altera verò Pars *Attritionem* unà cum Psalmis VI. complectitur. Illius auctor *Pater Antonius*, Societatis Jesu Sacerdos & in *Syria* Missionarius.

MDCCCLI.

Codex exaratus anno Egiræ 1045; Christi 1635. quo continentur:

1.° Tractatus Dogmaticus, in capita VII. distributus, quorum primum *De Fide Orthodoxa* agit; secundum *De Sancta Trinitate*; tertium *De Verbi Divini Incarnatione*; quartum *De Sanctis Patribus*, maximè Græcis, quorum sententiæ ad id Mysterii pertinentes crebrò allegantur; quintum *De Communicatione Idiomatum*; sextum *De Jacobitarum hæresi*; septimum denique *De Nestorianis*, eorumque hæresi, quos Auctor anonymus validissimis confutat argumentis.

2.° De *Confessione*, sive de confitendi peccata apud Sacerdotem ratione.

(1) *Titulus* : الاعتبار في الناسخ والمنسوخ ۞

(2) *Titulus* : طبقات الفقها ۞

(3) *Auctor* : ابو اسحق ابراهيم بن يوسف الفيروزابادي ۞

(4) *Initium* : اخبرنا الامام العلامه ۞

Finis : ذكرته في اصحاب ملك ۞

(5) *Titulus* : الصحايف ۞

POSTERIORIS TOMI
FINIS.

IN-

INDEX.

ROMANÆ NUMERORUM NOTÆ Tomum, *Præf.* Præfationem, *Litera* P. Paginam, C. Columnam *designant.*

A

a Ejus

& Jurisprudentiæ professor. *II. p.* 129. *c.* 1. Cordubæ decessit an. Eg. 592. *Ibid.*

—Ben Ahmad Ben Athia, Malacitanus, vir non vulgaris literaturæ, obiit in oppido Octaba an. Eg. 648. *II. p.* 120. *c.* 1.

—Ben Ahmad Ben Galeb Ben Zaidun Almahkzumi, Cordubensis, literis & belli peritiâ clarus. *II. p.* 120. *c.* 1.

Ejus ortus & obitus *Ibid.*

—Ben Ahmad Ben Haphs Alansari, ex urbe Denia, Medicus & Historicus nobilis, Cairi an. Eg. 645. fato defunctus. *II. p.* 130. *c.* 1.

—Ben Ahmad Ben Mahmud Abulbarkat, Commentario, qui *Monumentorum Thesaurus* inscribitur, Alnasaphi Opera Canonica illustravit. *I. p.* 468. *c.* 1. & 2.

—Ben Ahmad Ben Said Ben Jarbu, ex urbe Santa Maria, vir eruditissimus. Ejus Opera. *II. p.* 144. *c.* 1.

Obiit Hispali an. Eg. 522. *Ibid.*

—Ben Ahmad Ben Scharahil Alhamdani, Granatensis ex oppido Hamdan, utriusque Juris Doctor, egregiusque Orator. *II. p.* 119. *c.* 2.

—Ben Ahmad Ben Soliman Alansari, vulgò *Ebn Thailesan*, Cordubensis. Bibliothecam Philologorum Cordubensium scripsit. *II. p.* 129. *c.* 2.

Naturæ concessit an. Eg. 614. *Ibid.*

—Ben Ahmad Dhiaeldin, cognomento *Ebn Albaithar*, sive *Ibnu El Baitar. Vide* Beithar.

—Ben Ajud Alansaræus, vulgò *Ebn Khorugi*, ex urbe Calatayud, Scholæ Malekiticæ Doctor, auctorque Operis de utroque Jure in tomos VIII. distributi, quod *Textus* inscribitur. *II. p.* 100. *c.* 1.

Granatæ, centum prope annos natus, obiit an. Eg. 562. *Ibid.* & *p.* 119. *c.* 1.

—Ben Algebair Ben Othman Aliahsi, Granatensis, vir & genere & multis aliis nominibus præstantissimus, qui Loxæ decessit an. Eg. 510. *II. p.* 119. *c.* 1.

—Ben Alhage Mohamad Ben Doncroh. Ejus tomus primus de Contractibus. *I. p.* 460. *c.* 1.

—Ben Alhakemus, Dux, Almansorem Cæsaraugustæ Regem sibi propinquitate conjunctum Granatæ an. Eg. 430. interfecit. *II. p.* 211. *c.* 2.

—Ben Alhakemus, Vizirus. *II. p.* 79. *c.* 1.

—Ben Alhassam Ben Isa Algiober, Granatensis, literis & armis clarissimus. *II. p.* 99. *c.* 1. In Regem Almamonem Abid Abad, sub quo militavit senex, carmina condidit. *Ibid.*

—Ben Alhassan Alansaræus, Malacitanus, vir doctissimus. Hujus gesta & scripta. *II. p.* 100. *c.* 1.

—Ben Alhassan Ben Abdalla Alansari, vulgò *Ebn Alcorthobi*, Malacitanus, antiquitate generis, & temporum rerumque gestarum cognitione clarissimus. Historiam Hispaniæ scripsit. *II. p.* 129. *c.* 1.

Vitâ functus est an. Eg. 611. *Ibid.*

—Ben Ali Abu Mohamad Ben Salmun, Granatensis, Rhetor, Poëta & Jurisconsultus præclarus. Complura edidit carmina. *II. p.* 99. *c.* 2.

Ei tribuitur præstantissimum Opus de re Grammatica, quod *Sanum* inscribitur. *Ibid.*

Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—Ben Ali Ben Mohamad Altagibi Abu Mohamad Ben Aschilula, Regnum Malacæ an. Eg. 655. adeptus, animi fortitudine & æquitate prænituit. *II. p.* 99. *c.* 1.

—Ben Ali Ben Salmon Alkanani, Granatensis, doctrinâ & scriptis clarus. *II. p.* 119. *c.* 1.

Natus est an. Eg. 669. atque in prælio Tarifæ cecidit an. Eg. 741. *Ibid.*

—Ben Alualid Abu Mohamad Ben Bakerus Alansari, Carmonensis ex loco Soticas, Jurisconsultus & Historicus, natus an. Eg 360. & Damasci an. 448. extinctus. *II. p.* 143. *c.* 2.

—Ben Alzobair, subjectâ Iracâ, Caliphæ sibi nomen arrogat. *II. p.* 182. *c.* 1.

Prælio à Duce Alhagiagæo superatus atque interfectus an. Eg. 93. ejus jussu cruci affigitur. *Ibid.*

—Ben Amagiur Abulcassem, Persa Ariensis, ex Regia Pharaonum stirpe, cujus scripta Mathematica recensentur. *I. p.* 403. *c.* 2.

—Ben Asad Japhei, Jamanita. De vitâ & moribus Monachorum Suphitarum librum edidit hoc titulo: *Hortus odoratus. I. p.* 225. *c.* 2.

Claruit octavo Egiræ seculo. *Ibid.*

—Ben Baker Ben Khalaph, vulgò *Ben Kuter*, Hispalensis ex oppido Sorba, Jurisconsultus & Historicus, qui Cordubæ an. Eg. 575. decessit. *II. p.* 128. *c.* 2.

—Ben Balchin Ben Badis Ben Habus Ben Maksan, *Almodhpher Villa*, & *Alnaffer Ledinalla* vocitatus, Granatæ Rex an. Eg. 465. renuntiatur. *II. p.* 98. *c.* 2.

Alcoranum manu suâ pereleganter exscripsit. *Ibid.*

Josephum Ben Tasphin Granatæ Regem salutat an. Eg. 483. Marochumque petit, ubi naturæ concessit. *Ibid.* & *c. seq.* & *p.* 213. *c.* 2.

—Ben Cassem Alphari, Dux. *II. p.* 207. *c.* 2.

—Ben Cassem Ben Khalaph Allakhamita, cognomento *Alhariri*, Hispalensis. Historiam Hispaniæ, seorsumque Familiarum Origenes edidit. *II. p.* 129. *c.* 2.

Bibliothecam item virorum, qui literis in universa Hispania claruere, concinnavit. *Ibid.* & *p.* 130. *c.* 1.

Quando natus & extinctus. *Ibid.*

—Ben Haian Alruschi, Valentinus, Jurisconsultus eruditus, copiosissimam habuit Bibliothecam. *II. p.* 138. *c.* 1.

Decessit an. Eg. 484. *Ibid.*

—Ben Hakemus, patruelis Almansoris Dilriastain Cæsaraugustæ Regis, eundem an. Eg. 430. interfecit. *II. p.* 95. *c.* 1.

—Ben Handhala, Medinensium exercitûs Dux, in prælio adversus Jazidum Calipham occisus. *II. p.* 180. *c.* 2.

—Ben Hud, Cæsaraugustæ Rex, Christianorum Regem, qui fidem illi fefellerat, ad Summi Romani Pontificis judicium vocavit. *II. p.* 107. *c.* 2.

—Ben Jahia Alhadhrami, vulgò *Ben Saheb Al-*

Alfalah, Valentinus ex oppido Palma, Philologus & Hiftoricus infignis, ac Bibliothecæ Arabico-Hifpanæ Scriptor. *II. p.* 128. *c.* 2.
Valentiæ obiit an. Eg. 578. *Ibid.*

—Ben Jahia Ben Abd Soliman Aba Alcassemus, vulgò *Ebn Alrabi*, Cordubenfis, Philologus & Jurifconfultus præclarus. *II. p.* 101. *c.* 1.
Mundæ, Rondæ, Malacæ, necnon Granatæ fuit Præfes, ibique Academiam Alcoraniiticam inftituit. *Ibid.*
Vitâ functus eft an. Eg. 666. *Ibid.*

—Ben Jahia Ben Hani Lakhamita, Granatenfis, doctrinâ & in rebus gerendis prudentia præftitit. *II. p.* 119. *c.* 1. & 2.
Præturam in ditione Alafchar, fortè Aluchar, obtinuit. *Ibid.*
Obiit an. Eg. 605. *Ibid.*

—Ben Jaia Ben Mohamad, vulgò *Zacharia Alanfari*, Jurifconfultus celeberrimus, Murciæ natus an. Eg. 675. *II. p.* 119. *c.* 1.
Almuñecar præfuit & Bazæ, ubi an. 745. decefsit. *Ibid.*

—Ben Jehia Ben Zacharia Alansaræus, Granatenfis, Juris & Arithmeticæ peritifsimus, quo anno natus & quo demortuus fit. *II. p.* 100. *c.* 2.

—Ben Jetuh seu Fetuh, Alzogri, Dux Conchæ. Ben Hamdainæum Murciæ regno depellit, ac Saipheldaulatum Ebn Hud in ejus locum fufficit. *II. p.* 55. *c.* 1.
Rem aliter memorat Ahmedus Ben Saheb Alfalat. *Ibid.*
Regis Alphonfi copiis adjutus, Murciam vexat; fed prælio victus an. 542. occumbit. *II. p.* 55. *c.* 2.

—Ben Joseph, vulgò *Ben Radhuan Alnahari*, Malacitanus, literarum ftudiofus, & civilium rerum prudentifsimus, Malacæ Conftitutiones optimas dedit. *II. p.* 102. *c.* 1.
Oratoriâ & poëticâ facultate inclaruit, ac utriufque præclara monumenta reliquit. *Ibid.* *c.* 2.

—Ben Joseph Aldhaher, cognomento *Aladhed*, Africæ & Ægypti Rex, à Viziro Salahedino publico confpectu privatur. *II. p.* 197. *c.* 1.
Obiit an. Eg. 564. *Ibid.*

—Ben Joseph Ben Aiub Alcarschi Alphari, Sætabensis ex loco Rogat, Jurifprudentiam Deniæ profeffus eft. *II. p.* 128. *c.* 1.
Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Joseph Ben Geuschan, ex urbe Daroca, Philologus & Medicus infignis. *II. p.* 128. *c.* 1.
Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Isa Alschaibani Abu Mohamad ex oppido Quinta in Cæfarauguftæ ditione, Jurifconfultus, Valentiæ, fcriptis relictis, decefsit an. Eg. 530. *II. p.* 144. *c.* 1.

—Ben Isa Ben Abi Habib Abu Mohamad, ex urbe Silves, vir variarum Disciplinarum peritus. *II. p.* 128. *c.* 1.
Silves præturam obtinuit, quâ, ut ftudiis vacaret, sese exuit. *Ibid.*
Ut viros doctrinâ & eruditione claros audiret, iter in Africam & Afiam aggreffus eft. *Ibid.*
Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—Ben Isaci Hadhramita, Grammaticus. *I. p.* 2. *c.* 1.

—Ben Junes Ben Thalha Ben Amrun, Oranenfis, Medicus & Arithmeticus peritifsimus, an. Eg. 429. clarus. *II. p.* 144. *c.* 1.

—Ben Khaiar Algiani Abu Mohamad, ex urbe Jaen, Poëta egregius. *II. p.* 55. *c.* 2. & *feq.*
Prætor provinciam obtinuit Feffam, ubi ab Almohaditis captus, ab eifdem ob eximias dotes in libertatem ac priftinam dignitatem reftituitur. *Ibid. p.* 56. *c.* 1.
Beneficii memor plura carmina in eorundem laudem confcripfit. *Ibid.*
Ubi & quando deceflerit. *Ibid.*

—Ben Khalil Almardini, in Ommiaditarum templo publicæ precationis Præco. I. *p.* 368. *c.* 1.
Opus edidit *Analecta pretiosa* infcriptum. *Ibid.*

—Ben Mahmud Abulbarkat. Hujus opus, *Monumentorum Thefaurus* infcriptum, adjectis ad oras variorum Notis. *I. p.* 468. *c.* 2.

—Ben Mardanis, Almoravidita, Almeriam civitatem fubigit. *II. p.* 54. *c.* 1.

—Ben Maruan Altagibi Abulahassenus, Valentinus, Jurifconfultus, prudentiâ & æquitate confpicuus, oppidi Sobrob in regno Valentiæ Præfectus *II. p.* 129. *c.* 1.
Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—Ben Mohamad, Ommiadita, Imperator. Bellum ei indicit Obaidalla Ben Omiah. *II. p.* 47. *c.* 1.

—Ben Mohamad, vulgò *Albagi*, Hifpanus ex urbe Begia, Jurifprudentiæ Hifpali profeffor, qui an. Eg. 378. ibidem obiit. *II. p.* 137. *c.* 2.

—Ben Mohamad, vulgò *Ben Sara*, Santarenenfis, Carmina varia confcripfit; obiitque an. Eg. 519. *II. p.* 102. *c.* 1.

—Ben Mohamad, vulgò *Dilnun Abu Abdalla*, ex oppido Cangiar vel Cangera in Guadalaxaræ tractu, literarum ftudiofifsimus, cujus Bibliotheca triginta aureorum millibus æftimata fuit. *II. p.* 120. *c.* 1.
Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—Ben Mohamad Aba Thaleb Algarphi, Septæ Rex, doctrinâ & morum innocentiâ clarus. *II. p.* 99. *c.* 1.
A Chriftianis an. Eg. 705. prælio fuperatus, Granatam petere cogitur, ubi decefsit an. 713. *Ibid.*

—Ben Mohamad Abu Ahmad Ben Alsaied, Bacenfis, Grammaticus & Jurifconfultus infignis. Tractatum fcripfit de ftudiorum ratione *II. p.* 143. *c.* 2.
Opus etiam de caufis cur Juris antiftites inter fefe difcrepent, alterumque de Judicio Forenfi edidit. *Ibid.*
Decefsit an. Eg 521. *Ibid.*

—Ben Mohamad Alazadita, vulgò *Ben Abi Giamerad*, Murcianus, Granatæ primùm Prætor,

tor, deinde Septæ Quæstor. *II. p.* 100. *c.* 2.
Ejus mors. *Ibid.*

—Ben Mohamad Albulioni, Malacitanus, Scriptor celeberrimus, cujus varia extant carmina. *II. p.* 102. *c.* 2.
Obiit ann. Eg. 440. *Ibid.*

—Ben Mohamad Almotaz Billa. Opusculum conscripsit de Arte poëtica, cui titulus *Ars nova. I. p.* 81. *c.* 1.
Quem habuerit Patrem. *Ibid.*

—Ben Mohamad Alschacphi Alsusi, Cordubensis, Philologus & Medicus. Opus de re Medicâ vulgavit hoc titulo: *Experimenta usu probatissima. II. p.* 130. *c.* 1.
Cordubæ occisus est à Barbaris an. Eg. 403. *Ibid.*

—Ben Mohamad Alscharrat, Malacitanus, Arithmeticæ peritissimus, egregiusque carminum conditor, Granatæ decessit an. Eg. 703. *II. p.* 102. *c.* 1.

—Ben Mohamad Ben Abdalla Alraki, vulgò *Ebn Hatlab*, Alepi & Damasci Regis fuit à Secretis an. Eg. 859. *I. p.* 163. *c.* 1.
Præclarum Opus edidit de conscribendarum Epistolarum ratione juxta Virorum gradum & conditionem, cui *Prata exquisita* titulus. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Abdelrahman an. Eg. 275. Hispaniæ Regnum auspicatus est. *II. p.* 34. *c.* 1.
Eloquentissimus juxta atque eruditissimus fuit. *Ibid.*
Seditionem Cordubæ à militibus, fovente Kalebo Ben Haphsun, excitatam oppressit, ipsumque Kalebum in turpem fugam conjecit. *Ibid.*
Obiit septuagenarius an. Eg. 300. cum regnasset annos XXV. *Ibid. c.* 2.

—Ben Mohamad Ben Abdelrahman Abu Khaled, Jurisprudentiæ Almeriæ, ubi natus fuerat an. Eg. 497. professor. *II. p.* 119. *c.* 1.
Granatæ Prætor obiit an. 544. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Abdelsalam Aba Mohamad Alhazli, Granatensis, Juris scientiâ & eruditione non vulgari ornatus. *II. p.* 119 *c.* 2.
Domi incendio consumtus periit. an. Eg. 574. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Abrahim Alabdarita Aba Mohamad, vulgò *Alkauab*, Granatensis, Jurisconsultus. Ejus obitus. *II. p.* 99. *c.* 2.

—Ben Mohamad Ben Ali, vulgò *Ben Obaidalla Alhagiari*, Bæticus ex oppido Cangera, Juris peritiâ ac multiplici eruditione præclarus. Ejus mors. *II. p.* 128. *c.* 2 & *seq.*

—Ben Mohamad Ben Ali Ben Abdalla Ben Abbas, primus ex Abbasidis Orientis Imperator, *Alsaphahus* dictus. *Vide* Alsaphahus.

—Ben Mohamad Ben Alkhathib, Granatensis, celeberrimi Ebn Alkhathib filius, & doctrinæ hæres. *II. p.* 102. *c.* 1.
Ejus ad patrem Epistola & Epigramma laudatur. *Ibid.*
Quo anno natus sit. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Alsaied Albathalusi, Pacensis. Ejus Opus tripartitum, hoc titulo: *Extemporanea rudimenta, ac expositio methodi scribendi. I. p.* 146. *c.* 1.
Operis ratio. *Ibid.*
Auctoris obitus. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Giazi, Granatensis, Grammaticus, & publicus Jurisprudentiæ professor, multorumque varii argumenti carminum scriptor. *II. p.* 99. *c.* 2.

—Ben Mohamad Ben Hagiage, vulgò *Ebn Jasemin*, Fessanus, Arithmeticus egregius, qui laudatissimum scripsit poëma de Algebra. *II. p.* 130. *c.* 1.
Marochi an. Eg. 600. jugulatus est. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Leb, Almeriensis Procer, Jurisprudentiâ & eruditione, necnon variis honoribus & legationibus clarus. *II.* p. 119. *c.* 2.
Almeriæ obiit an. Eg. 747. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Mathruh Altagibi, Valentinus, Jurisconsultus & Orator disertissimus, ac Deniæ & Valentiæ Præfectus. *II. p.* 129. *c.* 2.
Ubi, & quando obierit. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Moghit, vulgò *Ebn Alsophar*, Cordubensis, Hispaniæ Regis Alhakemi Almostanseri Chronographus, cujus jussu *Historiam Regum Ommiaditarum* scripsit. *II. p.* 137. *c.* 2.
Toleti decessit an. Eg. 352. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Nasseri Alazadi Alhaphedi, vulgò *Abulualid Ebn Alphardi*, Cordubensis, vir eruditissimus. Ejus Opera, & obitus. *II. p.* 142. *c.* 2.

—Ben Mohamad Ben Omia Ben Jazid, dictus *Abu Hauthorat*, Hispaniam Rege Alhakemo ingressus, literisque humanioribus excultus traditur. *II. p.* 35. *c.* 1.
Quibus apud eundem Regem muneribus functus. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Sahl Aldhara, Granatensis, Mathematicus clarissimus, & filii Principis Abu Abdallæ Ben Sad Magister. *II. p.* 128. *c.* 2.
Egregia de re Mathematicâ edidit opera, obiitque Murciæ an. Eg. 571. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Said Alamui, cognomento *Albasculai*, ex oppido Basculi, Cordubæ Jurisprudentiæ professor; octogenario major decessit an. Eg. 461. *II. p.* 143. *c.* 2.

—Ben Mohamad Ben Zaiad Alansari, Cordubensis, pietatis famâ apud suos ac literis clarus. Opus condidit de ratione scribendarum Epistolarum. *II. p.* 143. *c.* 1.
Obiit an. Eg. 435. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Zaidum Almakhzumi, Cordubensis, Jurisprudentia, genere, & varia eruditione nobilis. *II. p.* 128. *c.* 2.
Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Zakri. Ejus Commentarius in Ben Alhagebi Institutiones Juris, inscri-

scriptus *Curiosi viri desiderium. I. p.* 468. *c.* 1.

Claruit Granatæ an. Eg. 838. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ebn Alhassan Alkhazragita, vulgò *Ebn Alhalla*, Granatensis, Jurisconsultus præclarus, & urbis Almuñecar Prætor. *II. p.* 119. *c.* 2.

Obiit an. Eg. 526. *Ibid.*

– Ben Moheb Ben Vazir Abu Mohamad, Hispalensis, Alcaceri provinciæ Princeps. Rerum ejus historica Synopsis. *II. p.* 59. *c.* 2. & *seq.*

Tristis ejusdem exitus. *Ibid. p.* 60. *c.* 1.

Multorum carminum Scriptor fuit. *Ibid.*

—Ben Moslama Ben Alaphtas, Meknasæ natus, Lusitaniæ Regis Saburi Vizirus, post cujus mortem, Regno usurpato, Regis insignia & *Almansoris* nomen sumsit. *II. p.* 212. *c.* 2. & *seq.*

Ejus Successores. *Ibid. p.* 213. *c.* 1.

—Ben Musa Abu Mohamad, vulgò *Ebn Bartolus*, doctrinâ & pietate clarus. Murciæ nobili genere natus an. Eg. 481., ibidem Maximi Templi Sacerdos factus est. *II. p.* 128. *c.* 1. & 2.

Magistri sui Abu Bakeri Ben Abi Derhem vitam scripsit. *Ibid.*

Obiit an. 563. *Ibid.*

—Ben Musa Ben Said Alansari, *Alscharagi* dictus, Toletanus, austeritate vitæ ac doctrinâ celebris. *II. p.* 143. *c.* 2.

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Negem Ben Schas Gelaleddinus Abu Mohamad. Ejus opus inscriptum *Lapidum pretiosorum Collectio*, explanationem juris utriusque ad mentem Maleki continens. *I. p.* 456. *c.* 2.

Ejusdem tomus II. Commentariorum in Juris Canonici titulos de Matrimonio & Dotibus. *Ibid. p.* 457. *c.* 1.

—Ben Omar Ben Isa Ben Valid, vulgò *Ebn Alaslami*, ex urbe Guadalaxara, nobilis Jurisconsultus. Ejus Opera. *II. p.* 142. *c.* 2. & *seq.*

Cordubæ decessit an. Eg. 451. *Ibid.*

—Ben Pharghius Ben Gazlon, aliàs *Ebn Alassal*, Granatensis, vir pietate & doctrina apud Mahometanos celeberrimus, qui multa de Virtutibus & Vitiis elucubravit. *II. p.* 103. *c.* 1.

Obiit an. Eg. 487. *Ibid.*

—Ben Rada Ben Khaled, Poëta eximius, Eboræ Algarbiorum natus an. Eg. 354. & Hispali defunctus an. 429. *II. p.* 143. *c.* 1.

—Ben Sahl Aba Mohamad, vulgò *Beluageh Naphek*, id est, *Inspirator*, Hispanè *Saludador*, Granatensis, Philosophus & Mathematicus clarissimus. *II. p.* 99. *c.* 2. Ejus nominis fama apud omnes nationes. *Ibid.*

Egregia edidit scripta. *Ibid. p.* 100. *c.* 1.

Ubi & quando obierit. *Ibid.*

—Ben Said Abu Mohamad, vulgò *Ebn Alschphac*, Cordubensis, Regiæ Curiæ Præses, Jurisperitiâ & scriptis nobilissimus, obiit an. Eg. 426. *II. p.* 143. *c.* 1.

—Ben Said Albasculai, Cordubensis, Jurisconsultus, scriptis notissimus, decessit *Cordubæ* an. Eg. 458. *II. p.* 138. *c.* 1.

—Ben Said Aluagedi Abu Mohamad, Tremissenensis ex oppido Vageda, Jurisconsultus, & Valentiæ iterum Prætor. *II. p.* 130. *c.* 1.

In ea Maximi Templi Conclave ære suo condidit. *Ibid.*

Obiit an. Eg. 636. *Ibid.*

—Ben Said Ben Abdalla Alsalamani Aba Mohamad, Granatensis ex clarissimâ Ben Alkhathib familia, vir & doctrinæ laude & bellicâ virtute illustris. *II. p.* 99. *c.* 1. & 2.

Multa cùm ligatâ, tùm solutâ oratione conscripsit. *Ibid.*

Granatæ mortuus est an. Eg. 741. *Ibid. c.* 2.

—Ben Said Ben Labage Alamaui, ex oppido Santaella, Concionator pietate ac doctrina clarissimus. Plura scripsit Ascetica. *II. p.* 143. *c.* 1.

Monasterium haud procul à Corduba sibi construxit, ubi an. Eg. 436. decessit. *Ibid.* & *c. seq.*

—Ben Salam, Mahometi socius. Ejusdem Pseudoprophetæ sententias & res gestas literis consignavit. *I. p.* 476. *c.* 2.

—Ben Schaker Ebn Abi Almothaher Almadani, doctus Geometra & Astronomus, Persicè & Arabicè plura ligatâ & solutâ oratione scripsit. *I. p.* 403. *c.* 2. & *seq.*

Obiit in urbe Hispahana circa an. Eg. 570. *Ibid. p.* 404. *c.* 1.

—Ben Soliman Aba Mohamad, vulgò *Ebn Hauthalla*, Granatensis, vir longè eloquentissimus, & eruditionis, quâ pollebat, studiosissimus. *II. p.* 100. *c.* 2.

Cordubæ, Hispali, aliisque urbibus præfuit. *Ibid.*

Granatæ obiit an. Eg. 612. *Ibi. p* 101. *c.* 1.

—Ben Soliman Abu Mohamad Alansari, vulgò *Ben Hauthalla*, Valentinus ex oppido Honda. *Bibliothecam Hispanam*, *Annalesque Valentinos* scripsit. *II p.* 129. *c.* 1. & *seq.*

Varias in Hispaniâ præfecturas gessit. *Ibid.*

Granatæ decessit an. Eg. 612. *Ibid.*

—Ben Soliman Ben Davud Alansari, Malacitanus, omni scientiarum genere ornatissimus, Hispalis & Granatæ Prætor. *II. p.* 119. *c.* 2.

Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—Ben Tamam Ben Athia Almoharebi, Granatensis ex oppido Calsana seu Calzana, Dux fortissimus, qui Regem Ben Haphsun bis prælio superavit. *II. p.* 119. *c* 1.

—Ben Thalha Ben Athia Almoharebi Abu Bakerus, Granatensis, Jurisconsultus, Granatæ & Almeriæ Præfectus. *II. p.* 119. *c.* 1.

Ejus ortus atque obitus. *Ibid.*

—Ben Zobair. Monetam rotundam primus Meccæ cudit. *II. p.* 174. *c.* 1.

Monetæ lemmata. *Ibid.*

—Ebn Masrur, genere Christianus, Astrologi Albumasaris puer ac discipulus. Ejus Opera. *I. p.* 403. *c.* 1. & 2.

Ebn

manus Algiorgiani, Perſa. Ejus Opus de re Grammatica, titulo *Centum Regentes. I. p.* 23. *c.* 1. & *p.* 39. *c.* 1.
Romæ id opus prodiit cum verſione Latina. *Ibid.*
Illud expoſuere Mohamad Ben Ahmad Alcaiſari, & Khaledus Ben Abdalla Ben Abi Bakr Alanſaræus. *Ibid. c.* 2. & *p.* 40. *c.* 1.
Ejusdem Operis pars altera, cui titulus *Propoſitiones. Ibid.* & *p.* 7. *c.* 2.
Operis Commentatores. *Ibid. p.* 7. *c.* 2. & *p.* 8. *c.* 1.
Alia ejusdem Opera. *Ibid.*
Ipſius Opus, *Candelabrum* nuncupatum, commentatus eſt Abu Kenanah *Ibid. p.* 40. *c.* 1.
Commentarius in Librum *Declarationum* Abi Ali Alhaſſan Ben Ahmad. *I p.* 12. *c.* 1.
Opuſculum de Hæreditate, ejusque diviſione, cum notis Caſſemi Ben Khathib. *I. p.* 506. *c.* 1.
In Alcoranum Commentarius, titulo *Margaritarum pretium. I. p.* 506. *c.* 2.
Operis ejus de Jure Canonico Commentatores. *Ibid. p.* 482. *c.* 1. & *p.* 508. *c.* 2.
Tractatûs item de Deo uno Scholiaſtæ. *Ibid. p.* 521. *c.* 1. & 2.
Commentarius Alzamakani in Opus ejusdem Algiorgiani de Eloquentia Arabica, *Demonſtrationes* inſcriptum. *Ibid p.* 60. *c.* 2.
—Ben Ali Baker Ben Khadher Aldomassi, Cairenſis. Edidit Opus Poëticum Academicum hoc titulo: *Parva collectio ex majori excerpta*, in quo literarum feriem, & perfectam poſtremarum ſyllabarum conſonantiam ſervat. *I. p.* 137. *c.* 2.
Claruit an. Eg. 859. *Ibid.*
—Ben Mohamad Alphakehi. Ejus Diſſertatio de Alcorani Legibus. *I. p.* 207. *c.* 1.
Floruit Cairi an. Eg 963. *Ibid. c.* 2.
ABDELCADERUS Ebn Mohamad Alansaraeus Algeziri, Aſsyrius. Ejus Tractatus Hiſtoricus de origine & uſu potionis *Café* an. Eg. 966. editus. *II. p.* 172. *c.* 2.
Extat in Regia Bibl. Paris. *Ibid.*
ABDELCAHER Algiorgiani. *Vide* Abdelcader Abu Bakr Ben Abdelrahmanus Algiorgiani.
—Ben Abdelrahman Algiorgiani. *Vide* eundem qui ſupra.
—Ben Mohamad Ben Ali Almodhfer, Hoſnita, Grammaticus, ſcholâ Schapheiticus. *I. p.* 30. *c.* 1.
Ejus Poema de particulis ſub titulo *Myſteriorum* ſeu *Arcanorum declaratio. Ibid.*
Ejuſdem *Florilegium*, i. e. Tractatus de Grammatica. *Ibid. c.* 2.
ABDELCARIM Ben Zaineddinus Huazez Alcaschari, Ægyptius. Opus Aſceticum edidit ſub titulo *Animarum vita & manuductio ad viam virtutis. I. p.* 212. *c.* 2.
Claruit quinto Eg ſeculo *Ibid.*
ABDELCAUI Solimanus, Bagdadenſis. Juriſprudentiæ Compendium edidit. *I. p.* 480. *c.* 2.

ABDELGANI Ben Abdeluahed, Hieroſolymitanus. Ejus Commentariorum in Codicem Traditionum tomus II. necnon Collectio Canonum ſecundùm Pſeudoprophetæ traditiones. *I. p.* 517. *c.* 1.
—Ben Said, Alazadita, Bibliothecæ concinnator. *II. p.* 333. *c.* 1.
ABDELGIABAR, Regis Hiſpan. Abdelrahmani filius. *II. p.* 103. *c.* 2.
—Ben Abdalla Ben Ahmad Ben Asbaghi Almaruani, ex Regia Ommiaditarum ſtirpe, Cordubenſis. Scripſit Hiſtoriam univerſalem titulo *Regum & Regiminis ſpectaculum. II. p.* 145. *c.* 2.
Ejus ortus & obitus. *Ibid.*
ABDELHAC Ben Abi Alcasam, Ægyptius, octavi Egiræ ſeculi Scriptor. Edidit de arte Kabbaliſticâ Opuſculum hoc titulo, *Supplicis viri Theſaurus, ac viri idonei ſtudium. I. p.* 377. *c.* 2.
—Ben Abrahim, vulgò *Ben Sabin Alachi*, Murcianus Septæ Monachus factus, literarum ſtudiis ſe totum dedit. *II. p.* 107. *c.* 2.
A Rege Cæſaraug. Abdalla Ben Hud Romam legatur, ut apud Summum Pontificem in jus vocaret Chriſtianorum Regem, qui fidem ſibi datam fefellerat. *Ibid.*
Plura edidit Opera de Dogmaticâ & Myſticâ Theologiâ, è quibus duo recenſentur. *Ibid.* & *c. ſeq.*
Meccæ deceſsit an. Eg. 669. *Ibid. p.* 108. *c.* 1.
—Ben Galeb, vulgò *Ebn Athia*, Granatenſis ex oppido Caſala, Almeriæ Prætor. Ejus aliqua extant carmina. *II. p.* 106. *c.* 1. & 2.
Ipſius ortus & obitus. *Ibid.*
Tomis decem Alcorani interpretationem complexus eſt, quorum octavum hæc Bibliotheca repræſentat. *I. p.* 489. *c.* 1.
—Ben Mohic Ben Baker Ben Hamamat Ben Mohamad Ben Vazir Ben Caphus Ebn Kahmath Ben Marin Aba Mohamad, Mauritaniæ Regnum armis adeptus eſt. *II. p.* 233. *c.* 1.
Marinorum familiæ fundamenta jecit Feſſæ an. Eg. 610. *Ibid.*
Quatuor habuit filios, quos poſt mortem Succeſſores reliquit. *Ibid.*
Eorum nomina. *Ibid.*
ABDELHAMID Ben Abilhadid, Hiſpanus, Grammaticus & Poëta. Ejus Poëma de libro *Eloquens* appellato, cujus Auctor Kemaleldinus Abilabbas Talabi; adjectis ad oras Codicis variorum notis. *I. p.* 43. *c.* 2.
—Ben Vasce Abulphadhl, *Ebn Tarek* nuncupatus, Perſa, Arithmeticus celeberrimus. Ejus ſcripta. *I. p.* 405. *c.* 2.
ABDELKARIM, vulgò *Alhaphedh*. Ejus Collectio Traditionum Mahometanarum. *I. p.* 496. *c.* 2.
ABDELKARIMUS Althaie, Orientis Calipha Abbaſidita, an. Eg. 381. omni poteſtate ſpoliatus deceſsit. *II. p.* 189. *c.* 2.

—Ben Abdeluahed Ben Mogheth, Viziri dignitatem apud Regem Hisp. Alhakemum obtinuit. *II. p.* 36. *c.* 1.
Ejus res gestæ. *Ibid.*
ABDELMAGID Ben Aphan Albalui, Illiberitanus, doctrinâ clarus, obiit an. Eg. 280. *II. p.* 121. *c.* 1.
ABDELMALEK Meruanida, Templi Hierosolymitani conditor. *I. p.* 229. *c.* 2.
ABDELMALEKUS Calipha. Describuntur Nummi, quos Iracæ anno Eg. 76. ex auro & argento cudit. *II. p.* 174. *c.* 2.
—Abdallæ Ben Mohamad Ben Omia Ben Jazid, vulgò Abu Hauthorat, filius, Regi Hisp. Mohameto à libellis. *II. p.* 35. *c.* 1.
Literis humanioribus excultus fuisse traditur. *Ibid.*
—Abdelmaleki Ben Hozail filius, Patri in urbis S. Mariæ Principatum succedit. *II. p.* 42. *c.* 2.
—Hispaniæ Rex, Abulualidi filius ac Successor. *II. p.* 209. *c.* 1.
Ab Ebn Abad Hispalis Principe occisus est. *Ibid.*
—Almansoris Aulæ Cordubensis Præfecti filius, Imperatoriæque patris dignitatis hæres. *II. p.* 50. *c.* 2.
—Maruani Alhakemi Caliphæ filius & Successor laudatur; & præcipuæ Caliphatus sui tempore res gestæ recensentur. *II. p.* 182. *c.* 1. & 2.
Ejus obitus. *Ibid. c.* 2.
—Vulgò *Abulmali*, Doctor. Institutiones Juris Mahometani scripsit, in quas Commentarium edidit an. Eg. 953. Mohamad Ben Mohamad Abdelrahman Alkhathab. *I. p.* 481. *c.* 1.
Earundem Institutionum duo alii Scholiastæ. *Ibid.*
—Dictus *Almodhpher*, Hispanæ Reip. Summus Dux, Almansoris filius ac Successor, rei militaris scientiâ præclarus. *II. p.* 202. *c.* 2.
Obiit an. Eg. 399. postquam annos ferè septem regnasset. *Ibid.* & *c. seq.*
Ejus in Regno Successor. *Ibid.*
—Abu Maruan Ben Razin. *Vide* Ebn Razin Dulriatsain.
—Abu Meruan, ejusque pater. *II. p.* 47. *c.* 2.
Imperitante in Hispania Heschamo Ben Alhakemo, Toleto præfuit. *Idid.*
Carmen edidit, quo Regi Heschamo victoriam de Galebo, urbis Medina-Celi Principe, relatam gratulatur. *Ibid.*
—Abu Meruan, aliàs *Omaldaldaulat*, Aragoniæ Rex, quintus ex Beni Hud familia. *II. p.* 57. *c.* 1. & *p.* 212. *c.* 1.
Cujus fuerit filius. *Ibi p.* 57. *c.* 1.
Quibus conditionibus ad eum delatum sit Regnum. *Ibid.*
Cæsaraugustæ civitatem sibi rebellem Christianorum ope subjecit an. Eg. 512. *Ibid.* & *p.* 212. *c.* 1.
Obiit in oppido Roda an. 524. *Ibi p.* 212. *c.* 1.
Quis ejus Successor extiterit. *Ibi p.* 57. *c.* 1.
—Ben Abdalla Ben Badrun Alhadramita, ex urbe Silves, Poeta & Orator clarus. Carmen Poetæ Ben Abdun Commentario illustravit, cui titulum fecit *Floris Calyx*. *II p.* 132. *c.* 2.
Sexto Eg. sæculo vixit. *Ibid.*
—Ben Ahmad Ben Abdelmalek Ben Schahid Abu Maruan, Cordubensis, Orator, Poeta & Chronographus nobilis. Arabum Annales in partes centum distributos scripsit. *II. p.* 145. *c.* 1.
An. Eg. 393. ex insidiis occisus est. *Ibid.*
—Ben Ahmad Ben Soliman, Cæsaraugustæ Rex. *II. p.* 211. *c.* 2.
—Ben Ali Ben Said Ben Khalaph Alcasani, aliàs *Abu Maruan*, Almeriensis. Ejus ortus & obitus. *II. p.* 121. *c.* 1.
Ab Oriente magna cum librorum copia in Hispaniam rediens, à Christianis propè Malacæ portum captus est. *Ibid.*
—Ben Baschar Ben Meruan Ben Alhakem. Cum aliis Hispaniam profectus, Cordubæ egregia Opera Poetica evulgavit. *II. p.* 31. *c.* 2.
—Ben Cathanus Alphahri, Hispaniæ iterum Præfectus. *II. p.* 325. *c.* 2.
—Ben Habib Abu Maruan Alsalami, Cordubensis. Juris scientiâ & multiplici eruditione excelluit, scripsitque Tractatum luculentissimum de Jure. *II. p.* 138. *c.* 1.
Cordubæ interiit an. Eg. 239. *Ibid.*
—Ben Habib Alsalami, Granatensis ex oppido Hosn Vath, vir omnium scientiarum genere instructissimus, qui mille & quinquaginta fertur conscripsisse libros, è quibus varii recensentur. *II. p.* 107. *c.* 1.
Obiit Cordubæ an. Eg. 289. *Ibid.*
—Ben Hescham, vulgò *Ebn Athala*, ex urbe Silves, anno Eg. 475. natus, in Rhetorica, Philosophia, ac Jurisprudentia versatissimus. *II. p.* 132. *c.* 1.
Quos earum artium Magistros audierit. *Ibid.*
Genealogiarum libros III. concinnavit. *Ibid.*
Decessit an. Eg. 551. *Ibid.*
—Ben Hozail Ben Razin Gesamaldaulat, Poeta fuit insignis, exercitatissimusque miles. *II. p.* 42. *c.* 1.
A militibus, quos regebat, nullatenus distingui voluit. *Ibid.*
Principatum urbis S. Mariæ jure hæreditario obtinuit. *Ibid.*
Quam magnificè in eo se gesserit. *Ibid.*
Obiit an. Eg. 496. *Ibi c.* 2.
Quis ejus Successor extiterit. *Ibid.*
It. *Vide* Ebn Razin Dulriatsain Abu Maruan Gesamaldaulat.
—Ben Jonas Alabdarita, vulgò *Ebn Albeithar*, Granatensis, Scriptor accuratissimus, & Malacæ Præfectus. *II. p.* 120. *c.* 2.
Ejus ortus & obitus. *Ibid.*
—Ben Khalaph Abu Maruan, vulgò *Abud*, urbis S. Mariæ Rex, ex Beni Hud stirpe. *II. p.* 216. *c.* 1.

Ben

—BEN MASSARRA BEN PHARAGI BEN AZIZ ALIAHSI ABU MARUAN, Cordubensis, eruditione clarus, atque Arabicarum Antiquitatum curiosissimus. *II. p.* 145. *c.* 1.

Cordubæ decessit an. Eg. 552. *Ibid.*

—BEN MOHAMAD AXISÆUS, vulgò *Ebn Alhamami*, Granatensis, Jurisconsultus ac Orator Regius, necnon Almuñecar, Loxæ & Quesadæ Prætor. *II. p.* 121. *c.* 1.

Obiit Granatæ an. Eg. 591. *Ibid.*

—BEN OMAR BEN MERUAN BEN ALHAKEM, vir doctus, & rei militaris peritissimus. Ejus res gestæ. *II. p.* 31. *c.* 2.

—BEN SAID BEN KHALAPH ALANSI, Illiberitanus ex oppido Iahseb. Inter Arabes Hispanos primò fortunatissimus, postremò Granatæ in vinculis miserè periit an. Eg. 560. *II. p.* 107. *c.* 2.

—BEN TARIPH ABU MARUAN, Cordubensis. Opusculum de Verborum Conjugatione accuratissimè scripsit. *II. p.* 145. *c.* 1.

Obiit an. Eg. 400. *Ibid.*

—BEN ZAHR, seu *Ebn Zohr*, vulgò *Avenzohar*, aliàs *Abu Maruan Ben Abdelmalek Ben Mohamad Ben Maruan*, Hispalensis, Medicus clarissimus, origine & religione, teste Herbelotio, Judæus. *II. p.* 132. *c.* 2.

Opus edidit de Medicamentis simplicibus compositisque, *Taisir* inscriptum, aliudque de Morborum curatione, Abrahamo Principi dicatum. *Ibid.*

Extat illud in Reg. Biblioth. Paris. *Ibid.*

Obiit Auctor Hispali an. Eg. 557. *Ibid.*

—EBN ABDALLA, vulgò *Ebn Badrun Hadramita*, Hispalensis. Commentaria scripsit in Poema Ben Abdun Abi Mohamad Abdelmagid de rebus tragicis Omari Ben Mohamad, Regis Badajoz. *II. p.* 66. *c.* 2.

ABDELMASIH EBN NAAMA. Aphrodisæi Commentaria in octavum Librum Aristotelis de Organo Arabicè interpretatus est. *I. p.* 244. *c.* 1.

Vide etiam Ebn Naama.

ABDELMENEMUS BEN MOHAMAD, vulgò *Ebn Alpharas.* Granatæ an. Eg. 524. natus, ibid. eruditione & juris prudentiâ claruit. *II. p.* 106. *c.* 2.

Præfecturarum & Operum ejus notitia. *Ibid.*

Ipsius obitus. *Ibid.*

Ejusd. Epitaphium, ab se carmine conscriptum. *Ibi p.* 107. *c.* 1.

—BEN MOHAMAD ALABARCUHI, Grammaticus. Ejus Expositio *Medullæ medullarum* Ben Heschami. *I. p* 38. *c.* 2

Florebat Cairi nono Eg. seculo. *Ibid.*

ABDELMOHSEN, Syrocæsariensis. Poema Gemaleldini Abi Amru Othman Ebn Alhagebi de Arte Metrica & Rhythmica commentatus est. *I. p.* 120. *c.* 1.

ABDELMOIN BEN AHMAD, vulgò *Ben Albak*, Persa Balakhita. Nominum Ænigmaticorum Thesaurum Cothbeddini Ben Alaeldini commentatus est, plurima ingeniosa ænigmata de suo adjiciens. *I. p.* 162. *c.* 2.

ABDELMUMEN. Quo tempore ejus Dynastiæ Imperium sit eversum. *II. p.* 225. *c.* 1.

—ABU MOHAMAD, Almohaditarum Princeps. Hispaniarum Imperio sibi vindicato, Granatæ Præturam propinquis suis dedit. *II. p.* 256 *c.*2.

—BEN ALI ALKUMI, Jazedita, Hispan. Rex, Almohaditarum secundus. *I. p.* 293. *c.* 1. & 294. *c.* 1.

Regnum auspicatus anno Eg. 524. obiit in urbe Sala an. 558. *Ib. p.* 294. *c.* 2.

Ejus Edicti adversùs Judæos & Christianos summa. *Ibi.p.* 293. *c.* 1.

—BEN ALI BEN ALUI BEN IALI BEN MARUAN BEN NASSER BEN ALI BEN AMER BEN MUSA BEN AUNALLA, Almahadi in Pontificatu Successor. *II. p.* 220. *c.* 1.

Africam & Hispaniam armis suo imperio subjecit anno Eg. 540. *Ibid.*

Obiit in urbe Sala, vulgò Salé an. Eg 558. *Ibid.*

Quis in ejus locum suffectus. *Ibid.*

—BEN HEBATALLA, Hispahanus. Sermones de morum doctrina scripsit, titulo *Disci aurei. I. p.* 159. *c.* 2.

ABDELRAHIM, Hispahanensis. Ejus Commentarii tùm in Albeidhaui Tractatum Theologicum, *Ortus Luminum* appellatum, tùm in Avicennæ Physicam. *I. p.* 534. *c.* 1.

—ALBARI ALMOHAGERI. Opus Poeticum concinnavit, cui titulus *Diuan. I. p.* 88. *c.* 1.

Inter heroicos Poetas principatum obtinuit, Damasci quinto Eg. seculo clarus. *Ibid.*

—BEN HASSAN, vulgò *Alasnaui*, Ægyptius ex urbe Asna. Ejus Commentarius in Opus Albeidaui de Jure Mahometano. *I.p.* 478. *c.* 2.

ABDELRAHMAN ALAGEHURI, Granatensis. Opera Canonica Khalili Ben Isaac in epitomen contracta Notis illustravit. *I. p.* 466. *c.* 2.

Ejusd. Opus de Jure Civili exposuit. *Ib. p.* 473. *c.* 2.

Juris item Institutiones ipsius Khalili Commentario elucidavit. *Ibi p.* 479. *c.* 2.

—ALSAKHAUI. Ejus Commentarior. in Poema Abdelrahmani Ben Alhossain de Traditionibus Tomus primus. *I. p.* 536. *c.* 2.

Obiit an. Eg. 806. *Ibid.*

—ALTAGIURI, Alepinus. Commentarium elucubravit in Tractatum de Astrolabio à Baderelaldino, vulgò Almardino concinnatum. *I p.*367. *c.* 2.

—BEN ABDALLA, aliàs *Alschaili*, nobilis Malacitanus. Ejus ortus & obitus. *II. p.* 104. *c.*2.

Granatæ omni Scientiarum genere enituit. *Ibid.*

Opus de Divinis Nominibus, aliaque scripsit. *Ibid.*

—BEN ABDELCADER ABULCASSEMUS, ex oppido Lebsa Accitani tractûs. Ejus ortûs atque interitûs anni. *II. p.* 120. *c.* 2.

Utriusque juris Doctor fuit eximius, Alme-

meriæque Canones prælegit, ubi *Itinerarium Orientale* publicavit. *Ibid.*

—Ben Abdelcarim Ben Jahia Ben Vaphed Alakhamita, inter Hispaniæ Proceres clarissimus, atque variar. disciplinar. peritus. Ejus Vita. *I. p.* 404. *c.* 2. & *seq.*

—Ben Abdelmalekus Alianschatæus, Granatensis, linguæ Arabicæ peritiâ & eruditione conspicuus, insignis item Poeta satyricus. *II. p.* 105. *c.* 2.

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Abi Alphahd Alaschgiai, dictus *Aba Almotharebus*, Illiberitanus, Orator & Poeta celeberrimus, an. Eg. 370. clarus *II. p.* 120. *c.* 2.

Varia Carmina edidit. *Ibid.*

—Ben Abrahim Abulcassemus, vulgò *Ebn Alhakim*, Rondæ natus, splendore generis, doctrinâ & modestiâ clarissimus. *II. p.* 120. *c.* 1.

Obiit an. Eg 673. *Ibid.*

—Ben Abrahim Alansaræus, *Ebn Alphassal* dictus, Granatensis, vir magni ingenii, summaque eloquentiâ & memoriâ præditus, cujus plura extant Carmina & Epistolæ. *II. p.* 104. *c.* 2. & *seq.*

—Ben Abrahim Alkhazragita Abulcassemus, vulgò *Ebn Alpharas*, Granatæ, ubi natus est, literis, opibus & auctoritate multùm valuit. *II. p.* 104. *c.* 1.

Marochi rerum potitus, à Rege Granatæ Nassero prælio superatus occubuit, cujus corpus ejusd. Regis jussu ad Marochi portam affixum est. *Ibid.* & *c. seq.*

Celeberrimi Poematis de Deo Auctor fuit. *Ibid.*

Vide etiam Abdelrahmanus Ben Abrahin Abulcassemus Alkhazragæus.

—Ben Abrahim Ben Iahia Abulcassemus, vulgò *Ebn Alhakin*, Rondæ primarius civis. Ejus laudes & obitus. *II. p.* 104. *c.* 1.

—Ben Ahmad Aba Giaphar, cognomento *Ben Alcasiri*, Granatensis, Philosophus ac Jurisconsultus præclarus, & Academiæ Cordubensis Socius. *II. p.* 104. *c.* 2.

Plura evulgavit & solutâ & ligatâ oratione Opera Philosophica. *Ibid.*

Eidem tribuitur præstantissimum Opus de Virorum illustrium Vitis. *Ibid.*

A Christianis interfectus est in prælio navali an. Eg. 576. *Ibid.*

Vide item Abdelrahmanus Ben Ahmad Abu Giaphar.

—Ben Ahmad Ben Athia, vulgò *Altunesi*, Granatensis, Jurisperitus, & multiplici eruditione ornatus. Obiit an. Eg. 684. *II. p.* 120. *c.* 2.

—Ben Alhassan Abu Bakerus, vulgò *Ben Hani*, Granatensis, Jurisconsultus, & Scriba Regius. Ejus ortus & obitus. *II. p.* 120 *c.* 2.

—Ben Badr Ben Ahmad, Hispaniæ Regis Abdallæ libertus, Poeta non imperitus, prudens item ac fortis miles. *II. p.* 48. *c.* 2.

Sub Abdelrahmano III. Hispali præfectus est, indeque Viziri dignitate auctus. *Ibid.*

—Ben Habib Ben Abi Obaidat Ben Acbat Alamui. Ad Hispaniam unà cum nonnullis Damasci proceribus se contulit an. Eg. 123. *II. p.* 32. *c.* 2.

Ejus operâ Balegius Ben Baschar, Imperatoriæ militiæ Dux, tumultuantes in Hispania Barbaros profligavit. *Ibid.*

—Ben Ismail Ben Badr, vulgò *Aclodisæus*, Hispanus, clarus Geometra, & Dialecticus. *I. p.* 404. *c.* 2.

—Ben Massud, Persa. Ejus Carmen de Jurisprudentia. *I. p.* 475. *c.* 2.

—Ben Mauia Ben Hescham Ben Abdelmalekus Ben Meruan, cognomento *Abulmothrephus*, primus ex Ommiaditar. stirpe Hispan. Rex, an. Eg. 138. renuntiatus, sedem Regiam Cordubæ primùm fixit. *II. p.* 30. *c.* 2.

Ejus carmina à quibus è Hispanis Scriptoribus referantur ac celebrentur. *Ibid.*

Josephum Ben Abdelrahman Alamri, totius Hispaniæ Proregem, victum interimit. *Ibi p.* 31. *c.* 2.

Fratris sui filiam, nomine *Kanza*, cui nuptum dederit, & quare. *Ibid.*

Vide item Abdelrahmanus Ben Moavia Ben Hescham, Saphar dictus.

—Ben Mohamad, vulgò *Almoapheræus*, Granatensis. Historicum ejus elogium. *II. p.* 105. *c.* 1.

Obitus. *Ibi. c.* 2.

Extant quædam ejus Carmina & Epistolæ. *Ibid.*

—Ben Mohamad Abi Zaid Ben Khaldun, Hispalensis, vir generis & doctrinæ laude egregius, cujus Opera recensentur. *II. p.* 105. *c.* 1.

Claruit an. Eg. 756. *Ibid.*

—Ben Mohamad Abu Zaid, vulgò *Ebn Maschti*, Granatensis, ob singularem Arabicæ & Hispanæ linguæ peritiam non semel ad Principes Christianos legatur. *II. p.* 120. *c.* 2.

Obiit Granatæ an. Eg. 731. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Abdalla Ben Hobaisch Abulcassemus, Hispalensis, eruditissimus vir, ac præclarus Jurisconsultus, cujus ingenium laudatur. *II. p.* 138. *c.* 1.

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Abdelaziz Ben Aiasch, Cæsaraugustanus, Jurisconsultus eximius, Murciæ, Almeriæ & Granatæ Præfectus. *II. p.* 120. *c.* 2.

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Mohamad Ben Joseph Ben Abdelmumen, Valentiæ Rex, animi fortitudine & bellica virtute præstans. *II. p.* 120. *c.* 1.

—ALGAPHEKI, Cordubenſis. Opus concinnavit de corporis humani Anatomia, & oculorum curatione, ſub titulo *Director*. *I. p.* 274. *c.* 1.

De ætate quâ floruit, conjectatio. *Ibid.*

—ALGAZALI, Meccanus; cujus urbis Privilegiorum Collectionem evulgavit, & *Moſchi Odores* inſcripſit. *II. p.* 170. *c.* 1. *& p.* 342. *c.* 1.

—ALGAZELUS, Perſa Thuſæus. *Vide* Abu Hamed Mohamad Ben Mohamad.

—ALGIOBI, Cordubæ & Hiſpalis primarius Iudex. *Explanationem* edidit in Codicem *Authenticum* Juris Canonici. *I. p.* 166. *c.* 2.

Claruit ſexto Eg. ſeculo. *Ibid.*

—ALI BEN AHMAD BEN HAZAM, Religione Sunita, i. e. Orthodoxus. Ejus Operis Dogmatici, cui titulus *Falſa Doctrina Sectarum*, Tomus ſecundus. *II. p* 345. *c.* 1.

—ALMAHALI, Ægyptius. Incerti Auctoris Lexicon Poeticum Arabicum Scholiis illuſtravit. *I. p.* 130. *c.* 1.

Cairi floruit ſexto Eg. ſeculo. *Ibid.*

—ALSAMARCANDI, Perſa. *Diſputandi Methodum* ſcripſit. *I. p.* 199. *c.* 2.

Auctoris obitus, & Operis Commentator. *Ibid.*

—ALSAUI, Cordubenſis. *Artem Metricam & Rhythmicam* verſibus conſcripſit. *I. p.* 81. *c.* 2.

Artis ejus Illuſtrator. *Ibid.*

—ALSCHALAHI, Hiſpalenſis. Scripſit *Muſices Cenſuram & Apologiam*, quam Abu Iacobo Ioſeph Hiſpaniæ Regi an. Eg. 618. nuncupavit. *I. p.* 527. *c.* 2.

—BADERELDINUS ALNUAGI, homo perditiſsimus. Nefanda viginti Poetarum Carmina collegit, quas *Puerorum Deſcriptiones* appellavit. *I. p.* 131. *c.* 1.

—BADERELDINUS BEN IAHIA EBN OMAR, vulgò *Alcaraphi*, Feſſanus, Scholæ Malachiticæ Doctor. Ejus Commentarius in Alfiruzabadi Dictionarium, *Libamen* inſcriptus. *I p.* 171. *c.* 2.

Ejuſdem Commentarii exemplar alterum cum pluribus acceſsionibus. *Ibid.*

—BAR-

u 2 Ipsius

Ipsius ortus & obitus. *Ibid.*

MOHAMAD Ben Abdelaziz Ben Mohamad Alabdari, Majoricensis, vir multiplicis doctrinæ. Decessit an. Eg. 500. *II. p.* 124. *c.* 1.

—Ben Abdelaziz Ben Saada Abu Abdalla, Sætabiensis, utriusque Juris scientiâ & moribus insignis. Obiit annos natus centum. *II. p.* 125. *c.* 1.

—Ben Abdelaziz Ben Salem Ben Khalaph Alcaisita Aba Abdalla, ex oppido Almuñecar, Poeta, & Granatæ Regis Archiater. Extat ejus Epigramma in laudem complurium Medicorum. *II. p.* 88. *c.* 1.

Decessit Granatæ Regii Ærarii Præfectus. *Ibid.*

—Ben Abdelaziz Ben Zaibat Alcalabita, Cordubensis, Jurisconsultus. Ejus obitus. *II. p.* 134. *c.* 2.

—Ben Abdelhac Algasanita, Granatensis. In gratiam Granatensis Academiæ collegit atque edidit Carmina Abulrabii Ben Abi Mohamad, Valentini. *I. p.* 135. *c.* 1.

—Ben Abdelkarim Abulphath Alschahrestani, seu Alscheherestani, Persa ex urbe Schahrestana. Ejus Operis, cui titulus *Sectarum Dogmata*, exempla duo autographa. *I. p.* 525. *c.* 2. *& p.* 537. *c.* 2.

Ejusdem Operis exemplar aliud sub titulo *Sectarum Notitia. II. p.* 155. *c.* 2.

Illius ortus & obitus. *I. p.* 525. *c.* 2.

—Ben Abdelmalek, filius Abdelrahmani Alnaseri Ledinalla Hispaniæ Regis, Poeta nobilis. Duos Hispaniæ Reges dedit belli civilis tempore. *II. p.* 38. *c.* 1.

Eorum nomina. *Ibid. & c.* 2.

—Ben Abdelmalek Ben Masud Ben Musa, Cordubensis, Jurisconsultus. Edidit Historiam Virorum illustrium qui Cordubæ doctrinæ laude floruerunt. *II. p.* 123. *c.* 1.

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Abdelmalek Ben Thophilus, cognomento *Abu Bakerus*, Accitanus, omni scientiarum genere ornatus, & apud Granatenses Medicinæ Professor. Scripsit Poemata duo: alterum de Simplicibus Medicamentis; alterum de expugnata urbe Cabezon. *II. p.* 76. *c.* 2.

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Abdelmalekus, Persa. Ejus in Hispaniam transmigratio, historia, mors. *II. p.* 35. *c.* 2.

—Ben Abdelmalekus Ben Abi Nassir, Murcianus ex oppido Tibala, Jurisconsultus & Historicus, Murciæque Prætor. Obiit an. Eg. 611. *II. p.* 125. *c.* 1.

—Ben Abdelmalekus Ben Said Ben Khalaph, vulgò *Ben Iaser*, Cordubensis, Poeta, & Marochanus, Hispalensis, ac Granatensis Prætor, Regique Alphonso IX. familiarissimus. *II. p.* 91. *c.* 2. *& seq.*

Ejus ortus & interitus. *Ibid.*

—Ben Abdelraham Aba Alhassan, vulgò *Ben Hani*, Cordubensis, ibidemque Vizirus, Averrois Auditor, & multiplici scientiarum cognitione commendabilis. *II. p.* 88. *c.* 2.

Extant nonnulla ejus Epigrammata; decessitque Cordubæ an. Eg. 576. *Ibid.*

—Ben Abdelrahim, vulgò *Bamati*, ex urbe Guadix. Claruit an. Eg. 817. scripsitque multiplicis argumenti Carmina. *II. p.* 76. *c.* 2.

—Ben Abdelrahman, Hispanus. Commentarium elucubravit in Artem dicendi, quam sub titulo *Fax* edidit Mohamad Ben Mohamad Abdalla Ben Malek Althai. *I. p.* 52. *c.* 2.

Tempus quo vixit. *Ibid.*

—Ben Abdelrahman Aba Abdalla, aliàs *Ebn Alkateb*, Granatensis, quorundam Carminum conditor. Ejus laus, & obitus. *II. p.* 91. *c.* 2.

—Ben Abdelrahman Abu Giaphar Alraini, Cæsaraugustanus, Jurisconsultus & Theologus, urbisque Maden Auam Prætor. Ejus mors. *II. p.* 123. *c.* 2. *& seq.*

—Ben Abdelrahman Alcaruini, Hispanus, *Rhetorices Epitomam* edidit. *I. p.* 78. *c.* 2.

Ejus *Explanationem in Clavim Scientiarum* Altaphtazanus Appendice auxit. *I. p.* 55. *c.* 2.

—Ben Abdelrahman Algassani Aba Abdalla, Granatensis, cum primis eruditus. Ejus Opera atque obitus. *II. p.* 88. *c.* 2.

—Ben Abdelrahman Algibi, Ilicitanus, vir multis nominibus celeberrimus. Laudantur tria ejus Opera ad Hispaniæ historiam civilem & literariam spectantia. *II. p.* 125. *c.* 1.

Ejusdem obitus. *Ibid.*

—Ben Abdelrahman Alkarsuthi, Fessanus. Malacæ Jurisprudentiam docuit. *II. p.* 85. *c.* 2. *& seq.*

Ejus Scripta. *Ibid.*

A Christianis captus, magno à suis redimitur. *Ibid.*

Granatæ obiit an. Eg. 767. *Ibid.*

—Ben Abdelrahman Ben Abada Alansari, ex oppido Montiel (in Hispania) Jurisprudentiæ apud Setabim urbem Professor, atque Hispaniæ Annalium Scriptor. *II. p.* 122. *c.* 1.

—Ben Abdelrahman Ben Abrahim Lakhamita Duluazratin Aba Abdalla, ex urbe Ronda. Ejus laudes. *II. p.* 76. *c.* 1. *&* 2.

Historiam Hispanam IV. voluminibus explicuit. *Ibid.*

A Rege Granatæ Abu Abdalla Imperator eligitur, atque urbem Quesada obsidet; quam callido consilio occupat. *Ibid.*

Ejus nex, & in ipsius laudem Abu Bakeri Ben Sirin Epicedium. *Ibid.*

—Ben Abdelrahman Ben Baschar Abu Abdalla, Lusitanus ex oppido Muragek, Jurisconsultus & Theologus, atque Hispalensis Prætor. *II. p.* 146. *c.* 2.

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Abdelsalam, Murcianus. Castigavit Commentarium, quem Harum Ben Isac elaboravit in Avicennæ Poema de Febribus, ac Tumoribus mixtis. *I. p.* 268. *c.* 1.

—Ben Abdelsalam Alchaschani, Cordubensis, universæ Hispaniarum Historiæ Auctor. Obiit an. Eg. 310. *II. p.* 134. *c.* 1.

—Ben Abdelsalam Ben Iahia Almoradi, Murcia-

cianus ex oppido Giomala. Murciæ Hiftoriam conſcripſit. *II. p.* 122. *c.* 1. & 2.
Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—Ben Abdeluaheb Ben Hael Algapheki, vulgò *Almalahi*, Granatenſis. Ejus Opera. *II. p.* 88. *c.* 2. & *ſeq.*
Ipſius obitus. *Ibid.*
Vide it. Mohamad Ben Abdeluahed, vulgò Algalphki Almalahi.

—Ben Abdeluahed, vulgò *Algaphki Almalahi*, Granatenſis, rerum Hiſpanicarum Scriptor. Recenſentur ejus Opera. *II. p.* 125. *c.* 2.
Obiit an. Eg. 619. *Ibid.*
Vide it. Mohamad Ben Abdeluaheb Ben Hael Algapheki, vulgò Almalahi.

—Ben Abdum. Cum aliis Hiſpanis nautis urbem Oran an. Eg. 297. condidit. *II. p.* 2. *c.* 2.

—Ben Abi Aun, alter ejuſdem urbis conditor. *Ibid.*

—Ben Abi Baker Ben Abdelcadher Alrazi. Ejus de Alcorani Textu Quæſtiones ſub titulo *Dialogorum Liber:* quarum duplex in hac Bibliotheca, & unum in Pariſienſi extat exemplar. *I. p.* 500. *c.* 1.

—Ben Abi Baker Ben Aiub Ben Malek Aladel, Ægypti ac Syriæ Rex, ex Aiubitarum Dynaſtia. *I. p.* 115. *c.* 1.

—Ben Abi Baker Ben Ali Alschatebi, ex urbe Xativa. Opus edidit Politicum, cui titulum fecit *Auxilium pro rei veritate. I. p.* 230. *c.* 2.

—Ben Abi Baker Ben Iahia Ben Mul, vulgò *Alkigiathi*, ex urbe Queſada, Regis Hiſpaniæ Mohamad Ben Iſmael Vizirus. *II. p.* 294. *c.* 2.

—Ben Abi Baker Ben Omar Almakzumi, Ægyptius. Anno Eg. 794. commentatus eſt Poema *Lamiat Alagem* inſcriptum. *I. p.* 163. *c.* 2. & *ſeq.*

—Ben Abi Bakerus Algapheki, aliàs *Ben Aphiun*, Sætabenſis. Scripſit de Maris rebus admirandis; & de Monachorum vita: necnon Carmina varia. *II. p.* 123. *c.* 1.

—Ben Abi Bakr Almakhzumi Aldomamini, Rhetor. Unde *Domamini* nomen traxerit. *I. p.* 47. *c.* 1. & 2.
Ejus Expoſitio Operis Rhetorici *Sufficiens* appellati, cujus Auctor Ben Heſchamus. *Ibid. c.* 1.
Hujus Expoſitionis alterum exemplar. *Ib. c.* 2.

—Ben Abi Cassem. Notis illuſtravit Opus Metaphyſicum Alaeldini Alcauſchagi, cui titulus *Abſtractio. I. p.* 201. *c.* 1.
Eas Appendice auxit Naſſereddinus Allacani. *Ibid.*

—Ben Abi Mohamad Ben Zefer, ſeu Ebn Zaphar, Cordubenſis. Ejus Opera. *I. p.* 154. *c.* 2. & *p.* 227. *c.* 1.
Codex Eſcurialenſis variis figuris exornatus viſitur; quibus caret Pariſienſis. *Ibid.*

—Ben Abi Nasseri Phatuh Ben Abdalla Alazadita, vulgò *Abu Abdalla Alhomaidi*, Majoricenſis, vir probus atque eruditus. Scripſit Bibliothecam Arabico-Hiſpanam, quam poſtea Commentariis complures adornarunt. *II. p.* 146. *c.* 2. & *ſeq.*

—Ben Abilabbas Alansaræus, vulgò *Alkhaphaph*, Hiſpalenſis. Ejus Commentariolus in Librum Dogmaticum Doctoris Abu Amri Othmani Althalagi, *Demonſtrationes* inſcriptum. *I. p.* 488. *c.* 1.

—Ben Abilkhassal Abu Abdalla, vulgò *Duluazratin*, Cordubenſis. Ejus laudes & obitus. *II. p.* 163. *c.* 2. & *ſeq.*

—Ben Abraham, vulgò *Abulcaſſemus*, apud Arabas autem *Ebn Almuaini* nomine multò notior, Cordubenſis. Granatæ Cancellarii munus obiit, & ibidem deceſsit an. Eg. 564. *II. p.* 73. *c.* 2. & *ſeq.*
Ejus Opera. *Ibid.*

—Ben Abraham Alhadhrami, Cordubenſis, ex oppido Lucena, Iuriſconſultus & Hiſtoricus. Scripſit Bibliothecam Iuriſconſultorum. *II. p.* 124. *c.* 2.
Cecidit in prælio apud Navas commiſſo an. Eg. 609. *Ibid.*

—Ben Abraham Altatai Malekita. Ejus Commentarii in Ius Canonicum Tomus IV. *I. p.* 454. *c.* 2.
Floruiſſe dicitur Cairi an. Eg. 922. *Ibid.*

—Ben Abraham Ben Abdalla Ben Rubil, vulgò *Ebn Aſarragi*, Granatenſis, Poeta ac Medicus. Brevis ejus hiſtoria, atque Opera. *II. p.* 87 *c.* 1. & 2.
Ejuſdem ortus atque obitus. *Ibid.*

—Ben Abraham Ben Ahmad Alauasi, vulgò *Aba Abdalla Ebn Alracam*, Murcianus, vir doctiſsimus, & apud Granatenſes Medicinæ Profeſſor. Ejus aliquot Operum è pluribus, quæ reliquit, recenſio. *II. p.* 82. *c.* 1. & 2.
Granatæ obiit an. Eg. 715. *Ibid.*

—Ben Abraham Ben Ali Ben Bacchus, aliàs *Aba Abdalla*, Granatenſis, & in ejuſdem urbis Regali Collegio bonarum Artium Profeſſor. *II. p.* 74. *c.* 1.
Præter varia Carmina, Opus edidit de conformando ſtylo, *Corona* inſcriptum. *Ibid.*
Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Abraham Ben Galeb Abu Bakerus, ex urbe Silves, Concionator egregius. Obiit, claris editis ſcriptis, an. Eg. 532. *II. p.* 147. *c.* 1.

—Ben Abraham Ben Mohamad Alauasi, vulgò *Ben Aldabag*, Hiſpalenſis, in Regio Granatenſi Collegio Iuriſprudentiæ, & in Collegio *Azræ Filii* dicto Theologiæ Profeſſor. Ejus laus, atque obitus. *II. p.* 82. *c.* 1.

—Ben Abraham Ben Salem Aba Abdalla, vulgò *Albius*, Almerienſis, vir probus & doctus. Scripſit præter aliquot Poemata Compendium Operis de re Grammatica, cui titulus *Margaritæ conſertæ. II. p.* 74. *c.* 1.
It. Fabularum Opuſculum, *Hortorum Voluptates* nuncupatum. *Ibid.*
Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Abrahim, vulgò *Ebn Alhagi Albulphiki.* Septæ, ubi an. Eg. 646. natus fuerat, Monaſticam vitam egit; ibidemque anno 694. obiit. *II. p.* 94. *c.* 1.

—Ben Abrahim Alphazaræus. Ejus in Tabularum

rum Astronomicarum constructione systema. *I. p.* 426. *c.* 2.

Primus in Mahometanos Astronomiæ studium invexit. *Ibi p.* 428. *c.* 1.

Indi cujusdam de ea arte Librum Arabicè vertit Imperatoris Almansoris jussu. *Ibid. c.* 2.

Hujus Libri titulus, pretium, epitome. *Ibid.*

MOHAMAD BEN ABRAHIM BEN ABAD ALNAPHRI ALZEBDI, ex urbe Zebid. Ejus Commentarius in Abulphadhl Tageddini Ahmad Ben Atalla Alexandrini Opus de Vita Monastica, *Librum Iudiciorum* inscriptum. *I. p.* 222. *c* 1.

—BEN ABRAHIM BEN MOHAMAD ALANSARÆUS, vulgò *Alsunna*, Granatensis, Monachus Suphita, doctrinâ ac moribus clarus, atque Artis Chimicæ in primis studiosus. *II. p* 93. *c.* 1.

Extinctus est an. Eg. 749. *Ibid.*

—BEN ABRAHIM EBN SAED ALOCBANI, Cairi an. Eg. 741. clarus. Opus edidit sub hoc titulo *Viri Curiosi Manuductio*; in quo nobiliorum disciplinarum specimen exhibet. *I. p.* 379. *c.* 2. *& seq.*

—BEN ABU BAKER BEN ABDALLA ALRAZI. Epitomen confecit Dictionarii Giauharæi. *I. p.* 170. *c.* 2.

Extat ejus exemplar in Reg. Bibl. Paris. *Ibid.*

—BEN ADHA BEN ABDALLATIPH ALHAMDANI, Illiberitanus, ob rei militaris scientiam atque sermonis leporem à Regibus Abdalla & Abdelrahmano in deliciis habitus. *II. p.* 35. *c.* 2.

—BEN AHMAD, Orientis Imperator. *Vide* Alcaherus.

—BEN AHMAD, vulgò *Almarakschi*, Almeriensis, Medicus præstantissimus. *Artem Magnam* vel invenit, vel adornavit. *II. p.* 90. *c.* 1.

Ejus obitus. *Ibid.*

—BEN AHMAD ABU ABDALLA, vulgò *Alcathan*, Malacensis, ejusdemque urbis Monachor. Suphitarum Cœnobii Præpositus. Ejus Vitæ Synopsis. *II. p.* 93. *c.* 2. *& seq.*

—BEN AHMAD ABU ABDALLA, vulgò *Ebn Aliatim*, Almeriensis. Virorum doctrinâ præstantium, quos in Hispania, Africa & Asia viderat, Vitas & Scripta evulgavit. *II. p.* 125. *c.* 2.

Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—BEN AHMAD ABU BAKER ALCAISI, ex urbe Beja, Scriptor nobilissimus. Obiit an. Eg. 542. *II. p.* 164. *c.* 1.

—BEN AHMAD ABU BAKERUS, vulgò *Ben Mohrez*, Pacensis, Orator ac Iurisconsultus eximius. Ejus ortus & obitus. *II. p.* 124. *c.* 2.

—BEN AHMAD ABU BAKERUS BEN ABI GIAMRA, Murcianus, vir nobilis ac doctus. Scripsit de Iure Canonico Libros X. *II. p.* 124. *c.* 1.

Operis pretium, Auctorisque ortus atque obitus. *Ibid.*

—BEN AHMAD ADRITA ABA ABDALLA, Accitanus, vir multis animi dotibus præclarus, & Prætor Granatensis, qua in urbe diem obiit an. Eg. 543. *II. p.* 92. *c.* 1.

—BEN AHMAD ALANSARÆUS, vulgò *Almauac*, Granatensis, Monachus Suphita, Alcorani Doctor, Concionator, & Curio. Ejus obitus. *II. p.* 93. *c.* 1.

—BEN AHMAD ALANSARI, aliàs *Ben Khamais*, ex Peninsula Viridi, ubi Concionatoris munus exercuit. *II. p.* 89. *c.* 2.

Scripsit de Bello adversus Christianos instaurando, cui Operi titulum adscripsit *Bos Sylvestris concitus*. *Ibid.*

Peste periit an. Eg. 750. *Ibi p.* 90. *c.* 1.

—BEN AHMAD ALCAISARI, Grammaticus, Cæsareæ in Palæstina ortus. Ejus *Expositio Libri Centum Regentium* Algiorgiani. *I. p.* 39. *c.* 2.

Ejusdem obitus. *Ibid.*

—BEN AHMAD ALDAHABI. Bibliothecam concinnavit Virorum doctrinâ præstantium sub titulo *Æquivocorum Liber*. *II. p.* 333. *c.* 1.

Extat ejus exemplar in Reg. Biblioth. Paris. *Ibid. c.* 2.

—BEN AHMAD ALKHATHIB, cognomento *Alabschahi*. Edidit novum & elegans *Florilegium* de Virtutibus & Vitiis. *I. p.* 214. *c.* 2.

—BEN AHMAD ALLAKHAMITA ALARPHINI, Septanus, professione Monachus. Historiam Mahometi edidit, inscripsitque *Margaritæ insertæ*. *II. p.* 166. *c.* 1.

Floruit circa an. Eg. 633. *Ibid.*

—BEN AHMAD ALMOHALI. Ejus Commentarius in Alcoranum. *I. p.* 449. *c.* 1.

—BEN AHMAD ALRACUTHI ABA BAKERUS, Murcianus; qua in urbe Mahometanos, Judæos & Christianos disciplinas linguasque Regis Christianorum jussu publicè docuit. *II. p.* 81. *c.* 2. *& seq.*

Ejus obitus. *Ibid.*

—BEN AHMAD BEN ABDELUADUD ALBAKERI, Majoricensis, ejusque insulæ Præfectus. *II. p.* 127. *c.* 2.

Obiit an. Eg. 627. *Ibid.*

—BEN AHMAD BEN ABI KHAITHAMA, vulgò *Aba Alhassan*, Granatensis, Grammaticus, Rhetor & Theologus. Commentarios edidit in *Codicem Traditionum*. *II. p.* 73. *c.* 1.

Obiit an. Eg. 540. *Ibid.*

—BEN AHMAD BEN ABRAHAM BEN ALZEBAIRI ABU OMAR, Granatensis, Orator ac Poeta præclarus. Extant de utrâque arte aliquot ejus fragmenta. *II. p.* 86. *c.* 2. *& seq.*

Ejusdem obitus. *Ibid.*

—BEN AHMAD BEN ALHADAD, cognomento *Aba Abdalla*, ex oppido Guadix. Tractatum concinnavit de Arte Poetica, alterumque de Musica disciplina: varia præterea Carmina. *II. p.* 73. *c.* 1. *&* 2.

Obiit an. Eg. 561. *Ibid.*

—BEN AHMAD BEN ALI ALANSARÆUS ABA ABDALLA, aliàs *Ebn Coral*, Malacitanus, Grammaticæ apud Granatenses, & Rhetorices apud Malacitanos Professor. *II. p.* 83. *c.* 1.

Obiit in patria an. Eg. 750. multis relictis Codicibus manu sua exaratis. *Ibid.*

—BEN AHMAD BEN ALI ALGASSANI ABA ALCASSEMUS, vulgò *Ebn Haphid Alamin*, Malacitanus, & in ejusdem urbis Collegio Grammatices primùm, deinde Jurisprudentiæ Professor. *II. p.* 81. *c.* 1.

Ejus

Ejus Opera, atque obitus. *Ibid.*

—Ben Ahmad Ben Almahruc, Granatensis, Regis Hispan. Mohamad Ben Ismael Vizirus. Ejusdem Regis justu an. Eg. 729. interficitur. *II. p.* 294. *c.* 2.

—Ben Ahmad Ben Amer Albalui, Dertusensis, *Salemi* etiam nuncupatus, vir scientiarum cognitione præstantissimus. Ejus varia laudantur Opera. *II. p.* 127. *c.* 1.

Obiit an. Eg. 559. *Ibid.*

—Ben Ahmad Ben Daud Aba Abdalla, vulgò *Ebn Alkamad*, eruditione & Scriptis clarus. Præter aliquot Carmina evulgavit Opus Theologico-Canonicum, cui titulus *Sufficiens. II. p.* 81. *c.* 2.

Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—Ben Ahmad Ben Giapher Aba Abdalla Alsalami, vulgò *Alcongi*, Granatensis ex oppido Algete, Monachus doctrinâ & pietate inter suos nobilis. Ejus Opera Ascetica, ortus atque obitus. *II. p.* 93. *c.* 1. *&* 2.

—Ben Ahmad Ben Hagiagi, Hispalensis. Ejus Commentarius in Alcoranum oratione metrica & soluta, cui titulum fecit *Margaritæ Legum confertæ. I. p.* 501. *c.* 2.

—Ben Ahmad Ben Harb Alkalebita, Granatensis, vir multiplici doctrinâ illustris, & Alcorani Traditionumque interpres. Ejus Operum catalogus. *II. p.* 79. *c.* 2. *& seq.*

Extant varia ejusdem Carmina, nec pauca de eo elogia. *Ibid.*

Obiit an. Eg. 741. *Ibid.*

—Ben Ahmad Ben Hassan, ex urbe Jaen, Rhetoricæ in oppido Beliena Professor. *II. p.* 127. *c.* 2.

—Ben Ahmad Ben Hossain Aba Thager, vulgò *Ben Saphuan*, Malacitanus, Monachus Suphita. Laudantur ejus Scripta. *II. p.* 93. *c.* 2.

Ipsius obitus. *Ibid.*

—Ben Ahmad Ben Hozail Abdarita, Valentinus ex oppido Abescha seu Abesa, Grammaticus præclarus. Obiit an. Eg. 593. *II. p.* 123. *c.* 2.

—Ben Ahmad Ben Iali Alhossaini, Grammaticus. Ejus Expositio *Agrumiæ. I. p.* 22. *c.* 1.

—Ben Ahmad Ben Iarbu, Iaenensis, Grammaticæ & Rhetoricæ Professor. Varia Carmina, necnon præclarum de Arithmetica Opus edidit. *II. p.* 125. *c.* 1.

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Ahmad Ben Ioseph Alhaschemita, vulgò *Althangiali*, Malacitanus, Monachus Suphita, sanctitatis famâ inter suos conspicuus. *II. p.* 94. *c.* 1.

Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—Ben Ahmad Ben Isac Althaher Alcaisi Abu Abdelrahman, Tadmiri nobili familiâ natus. Multa & solutâ & strictâ oratione scripsit, quæ Abilhasenus Ben Besam in Tadmiri Annales congessit. *II. p.* 42. *c.* 2.

Scriptores, qui de eo in Hispaniæ Chronicis meminere. *Ibid.*

Rerum ab eodem gestarum series à Ben Haiano enarrata. *Ibid. & cc. seqq.*

Ipsius obitus. *Ibi p.* 43. *c.* 2.

—Ben Ahmad Ben Ismael, vulgò *Abu Amer*, Toletanus, & Historiæ Toletanæ Scriptor. Obiit an. Eg. 523. *II. p.* 147. *c.* 1.

—Ben Ahmad Ben Khalaph Ben Betro, *Ebn Alhagigi* dictus, Cordubensis, & ibidem Regiæ Curiæ iterum Præfectus. *II. p.* 147. *c.* 1.

In templo maximo orationi vacans, interficitur an. Eg. 529. *Ibid.*

—Ben Ahmad Ben Marzuc, Hispalensis. Ejus Quæstiones de Sectæ Mahometanæ fide ac moribus, sub titulo *Occasio arrepta. II. p.* 166. *c.* 2.

—Ben Ahmad Ben Mohamad, Africæ Rex Aglabita, munificentiâ insignis, *Abilgoranic* etiam dictus, & quare. *II. p.* 192. *c.* 2. *& seq.*

Obiit an. Eg. 261. *Ibi p.* 193. *c.* 1.

—Ben Ahmad Ben Mohamad Alhasni, Hispaniæ Judex. Laudatur. *II. p.* 310. *c.* 1. *&* 2.

Ad Septanam Regum Nasseritarum Aulam se confert. *Ibi c.* 2.

Obiit an. Eg. 760. *Ibid.*

—Ben Ahmad Ben Pharagius Ben Schocral Aba Abdalla, Tarsensis, Philosophus, Medicus ac Iurisconsultus, & Regiæ Bibliothecæ Granatensis Præfectus. *II. p.* 80. *c.* 1.

Ejus historia, atque obitus. *Ibid.*

—Ben Ahmad Ben Sab Alabsi, Meccæ Sacerdos. Historiam Meccani & Medinensis Templi vulgavit sub titulo *Beneficentia utriusque Templi. II. p.* 167. *c.* 1.

—Ben Ahmad Gaza. Ejus Poema de Arithmetica, cui titulus *Numerorum Disciplina. I. p.* 397. *c.* 1. *&* 2.

—Ben Ahmad Gelaleldinus Almohali, Cairensis. Ejus Scholiorum in Alcorani textum Tomus II. cum Supplemento, *Paraphrasis Gelalaini* nuncupato. *I. p.* 490. *c.* 2.

Ejusdem ortus atque obitus. *Ibid.*

—Ben Aktham, Prætor Hispalensis. Scripsit *Quæsita Arithmetica. I. p.* 433. *c.* 1.

—Ben Albarezi, Apamensis. Ejus Poematis in Mahometi laudem, quod *Præstantissimum* inscripsit, Commentator. *I. p.* 70. *c.* 1.

—Ben Alcassem, Granatensis. Tractatum de Algebra à Ben Badr elucubratum, illustravit Poemate ex hemistichiis composito an. Eg. 711. *I. p.* 370. *c.* 1. *&* 2.

—Ben Algiahem, Dialecticus & Astrologus non ignobilis. Scripsit de Electionibus, ad Almaimonis Imperatoris usum. *I. p.* 430. *c.* 2.

—Ben Alhassan Ben Ahmad Alansari Alkhazragi, Majoricensis, Chronologiæ atque Historiæ peritissimus. Ob carmina satyrica à Rege male multatur. *II. p.* 90. *c.* 1.

Obiit an. Eg. 537. *Ibid.*

—Ben Alhassan Ben Makhluph Alrascredi, Granatensis. Ejus Expositionis in Poema Kathiri Ben Abdelrahman Ben Alasuad Alkhazai Cordubensis de Arte Metrica Tomus prior. *I. p.* 120. *c.* 1.

—Ben Alhassenus Abu Baker, vulgò *Alzobaidi*, Hispalensis, Grammaticus & Philologus egregius. Ejus Opera, atque obitus. *II. p.* 133. *c.* 2.

MO-

MOHAMAD Ben Alhosain Ebn Hamid, dictus *Ben Aladami*, Astronomus peritissimus. Ejus Tabulas *Majores* appellatas quis absolverit *I. p.* 430. *c.* 1.

Earum descriptio ac laudes. *Ibid. & c. seq.*

—Ben Alhosen Balkhita. Conscripsit Persicè de Mahometanorum sectâ & progressu, sub titulo *Legum & Cæremoniarum Liber. II. p.* 155. *c.* 1.

—Ben Alhossain Ben Mohaphak, Majoricensis, Scriptor nobilis. Obiit an. Eg. 626. *II. p.* 126. *c.* 1.

—Ben Alhossain Ben Zaid Aba Alualid, vulgò *Algapheki*, Granatensis, Arithmeticus præclarus, & Granatensis Quæstor. Obiit an. Eg. 588. *II. p.* 91. *c.* 1.

—Ben Ali, Aracensis. Ejus Opus strictâ & solutâ oratione, sub titulo *Deliciæ Viri desiderio flagrantis, necnon Amantis Hortus. I. p.* 137. *c.* 1.

Operis ratio. *Ibid.*

—Ben Ali, vulgò *Abu Bakerus Ben Almorkhi*, Hispalensis, Philologus & Historicus. Scripsit Historiam Equorum, & Tractatum de stylo gravi & presso. *II. p.* 125. *c.* 1. & 2.

Obiit an. Eg. 614. *Ibid.*

—Ben Ali Aba Abdalla Alabderita, vulgò *Aliatin*, Malacitanus. Historicum de eo elogium. *II. p.* 85. *c.* 2.

Plura scripsit Carmina. *Ibid.*

Peste extinguitur an. Eg. 750. *Ibid.*

—Ben Ali Aba Amru Altagibi, aliàs *Ben Abdrabboh*, Malacitanus, vir doctissimus. Ejus Vita & Scripta. *II. p.* 92. *c.* 2. & *seq.*

Obiit an. Eg. 602. *Ibi p.* 93. *c.* 1.

—Ben Ali Abu Bakerus, *Alcarschi & Azahri* nuncupatus, Hispalensis, Medicus Regius, & nobilis Philosophus. *II. p.* 125. *c.* 2.

Obiit nonagenarius an. Eg. 623. *Ibi p.* 126. *c.* 1.

—Ben Ali Ahmad Alkhulani Aba Abdalla, in Regio Granatensi Gymnasio Grammaticæ Professor, & Legum Hispanicarum egregius interpres. *II. p.* 80. *c.* 2.

Librum edidit de verborum forensium significatione. *Ibid.*

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Ali Algasani, vulgò *Ben Asaker*, Malacitanus, ibidemque Prætor; & amœnioribus literis haud parùm excultus. Composuit Juris utriusque Institutiones. *II. p.* 126. *c.* 1.

Edidit alia quinque Opuscula strictâ & solutâ oratione de rebus Philologicis. *Ibid.*

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Ali Alnuagi, Ægyptius. Plura scripsit, è quibus non pauca in *Excerpta* sua Anonymus quidam inseruit. *I. p.* 153. *c.* 2.

—Ben Ali Alschamni Alrarmi, Hispanus. Ejus *Itinerarium Ægyptiacum*, quod an. Eg. 876. evulgavit. *II. p.* 169. *c.* 2. & *seq.* & *p.* 341. *c.* 2.

—Ben Ali Ben Abdalla Allakhamita, vulgò *Alschecuri*, in oppido Segura an. Eg. 727. natus. Ob magnam artis Medicæ peritiam Granatæ Regis Archiater deligitur. *II. p.* 89. *c.* 1.

Ejus Opera. *Ibid.*

—Ben Ali Ben Abdalla Ben Alhagi, Regis Hispaniæ Nasseri Mohamedi Consiliarius & Administer. *II. p.* 278. *c.* 1.

Ejus operâ Rex Imperio spoliatur. *Ibid.*

—Ben Ali Ben Abdelaziz Ben Hamdain Althalabi, Cordubensis, ibidemque Curiæ Præses. *II. p.* 147. *c.* 1.

Ejus obitus, & multiplicis doctrinæ commendatio. *Ibid.*

—Ben Ali Ben Abdelaziz Ben Khair, vulgò *Abilsabah*, Cordubensis, Proprætor in urbe Ascchomba. Laudatur ejus doctrina & peritia sermonis Arabici. *Ibid.*

Ipsius obitus. *Ibid.*

—Ben Ali Ben Abdelrahman Almoradi, Hispalensis. Ejus *Flores Cogitationum & Gemmata Monilia. I. p.* 152. *c.* 1.

Superest ex eo Opere in hac Bibliotheca Tomus tertius. *Ibid.*

Quid is contineat. *Ibid.*

Auctoris obitus. *Ibid.*

—Ben Ali Ben Ahla Abu Abdalla, Murcianus, Lorcæ Præfectus, & Poeta eximius. Obiit an. Eg. 645. *II. p.* 65. *c.* 1.

—Ben Ali Ben Alphakhar Aba Bakerus Alarcoschi, Arcobrigensis, literarum amœniorum non uno in loco Professor. Ejus Operum catalogus, ejusdemque obitus. *II. p.* 84. *c.* 2. & *seq.*

—Ben Ali Ben Alpharrac, Accitanus, Medicus & Poeta non ignobilis. Obiit sexagenarius an. Eg. 596. *II. p.* 123. *c.* 2.

—Ben Ali Ben Alscharaph Alhosaini, Tremissenus, Fessæ ad an. Eg. 926. clarissimus. Ejus Commentarii in Aiadhi Librum de Prophetiæ Mahometi veritate. *I. p.* 520. *c.* 1.

—Ben Ali Ben Alzobaier Alcodhai, Valentinus, Juris utriusque peritissimus, & Hondæ in patria sua Prætor. Ejus obitus. *II. p.* 127. *c.* 2.

—Ben Ali Ben Hani Aba Abdalla, Septanus, vir eloquens, & apud Granatenses Rhetorices ac Poetices Professor. Aliquot ejus Opera recensentur. *II. p.* 86. *c.* 1.

In prælio Calpes occubuit an. Eg. 733. *Ibid.*

—Ben Ali Ben Iahia Algapheki Abu Abdalla, Valentinus ex oppido Alscharat, Iuris utriusque Doctor, & Historicus non contemnendus. Nonnulla de Iure Canonico elucubravit Opera. *II. p.* 126. *c.* 1.

Obiit nonagenarius an. Eg. 624. *Ibid.*

—Ben Ali Ben Ioseph Alsekuni, vulgò *Ebn Allulu*, ex oppido Comares, Medicus & Poeta, cujus aliquot Carmina extant. *II. p.* 89. *c.* 2.

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Ali Ben Ioseph Ben Mothreph Alamui, Malacitanus, Annalium Malacæ Conditor. *II. p.* 162. *c.* 1

Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—Ben Ali Ben Khatemat Alansaræus Aba Abdalla, Almeriensis, Poeta insignis. Extant aliquot ejus lectiora Carmina. *II. p.* 77. *c.* 2.

Ejus-

Ejusdem obitus. *Ibid.*

—BEN ALI BEN MARUAN ALHAMDANI, Oranensis, Jurisconsultus, & Tremisseni Marochique Prætor à clementiâ commendabilis. Obiit an. Eg. 601. *II. p.* 127. *c.* 2.

—BEN ALI BEN MOHAMAD ALARBI ALTHAI, Hispanus, Suphitarum Monachorum Præfectus. *Scientiam Monasticam*, sive de Vita solitaria Librum edidit. *I. p.* 222. *c.* 2.

Ejus vaticinium de amittenda & tandem recuperanda à Mauris Hispania. *Ibid.*

—BEN ALI BEN MOHAMAD ALHAMDANI ABULCASSEMUS, vulgò *Ebn Alborak*, Accitanus. Ejus Operum recensio. *II. p.* 77. *c.* 1. *&* 2.

Obiit an. Eg. 596. *Ibid.*

—BEN ALI BEN OMAR ALGASSANITA, vulgò *Ebn Alarbi*, Almeriensis ex oppido Alhama, vir probus ac literatus. Septæ Rhetoricen, & in patria sua Jurisprudentiam professus est. *II. p.* 85. *c.* 1. *&* 2.

De Jurisprudentia non pauca scripsit. *Ibid.*

Natus an. Eg. 682. decessit an. 748. *Ibid.*

Prodidit etiam Tractatum de Legibus. *I. p.* 472. *c.* 1.

—BEN ALI BEN OMARUS ALABDARITA, Tunetanus, Rhetor & Poeta. Conscripsit varia Carmina & Epistolas. *II. p.* 79. *c.* 2.

In vivis erat, ut traditur, an. Eg. 764. *Ibid.*

—BEN ALI BEN PHRAH, *Alschaphra* dictus, ex urbe Corella, Medicus, rei herbariæ studiosissimus. *II. p.* 89. *c.* 1.

—BEN ALI BEN RAGEH ABA ABDALLA, Tunetanus, Academicus Granatensis, atque Arabicæ linguæ & Poeticæ facultatis callentissimus. Ejus obitus refertur, ac Poemata recensentur. *II. p.* 79. *c.* 1. *&* 2.

—BEN ALI BEN SUDAT ABULCASSEMUS, Almeriensis, Mathematicus, Medicus, & Poeta nobilissimus. *II. p.* 88. *c.* 1.

—BEN ALSAIEB ALKHALBI, Cordubensis. Chronologiam priscorum Arabum in lucem dedit sub titulo *Magnum Genealogiarum Volumen. II. p* 155. *c.* 1.

—BEN ALTHAIEB ALOTKI ABU BAKERUS, ex urbe Tadmir, Jurisconsultus & Monachus. Interfuit expugnationi Zamorensi & Conimbricensi; atque an. Eg 379. occisus est. *II. p.* 134. *c.* 1.

—BEN APHIPH ALTALMASANI, Cairensis. Obiit an. Eg. 774. *I. p.* 131. *c.* 2.

Ejus Scripta. *Ibid. & c. seq.*

—BEN ASAAD ALDUANI. Ejus Tractatus sub titulo *Unius Dei Demonstratio. II. p.* 349. *c.* 2.

—BEN ASSAKER, Damascenus. Adornavit Artem Odas conficiendi, cui titulus *Textus & Ordo Odarum. I. p.* 127. *c.* 2.

Contexuit etiam Indicem Hispanorum Poetarum, qui Odas scripsere. *Ibid.*

Ejus obitus. *Ibid.*

—BEN BADREDDINUS, Damascenus. Ejus Epitome Commentarii in Alcoranum. *I. p.* 503. *c.* 2.

—BEN BADREDDINUS SEBTH ALMARDINI, Jurisperitus. Ejus Commentarius in Anonymi Dissertationem de Familia ercifcunda. *I. p.* 25. *c.* 1.

Extat in Bibliotheca Reg. Paris. *Ibid.*

—BEN BAKERUS ALPHAHRI ABU ABDALLA, Valentinus, Medicus & Chronographus. Obiit an. Eg. 618. *II. p.* 125. *c.* 2.

—BEN BALAL. Scripsit de ratione interpretandi Alcoranum. *I. p.* 206. *c.* 2.

—BEN CALAUN, alias *Almalek Alnaser*, ex Mamlucorum Dynastiâ Ægypti Rex. Semel, iterum ac tertiò Regno exuitur, atque eidem restituitur. *I. p.* 160. *c.* 2.

Obiit an. Eg. 741. *Ibid.*

—BEN CASSEM ALAMUI ABU ABDALLA, *Algialethi* dictus, Cordubensis ex oppido Algialetha, Curiæ Cordubensis Præses. *II. p.* 146. *c.* 2.

A Barbaris domi interficitur an. Eg. 403. *Ibid.*

—BEN CASSEM ALCARSCHITA, Malacitanus, Rhetor & Poeta eloquentissimus, & Fessæ Medicus. Vixit ab an. Eg. 703. ad an. 757. *II. p.* 77. *c.* 2. *& seq.*

—BEN CASSEM ALGAZI, seu Gazensis, in Syria. Librum Dogmaticum conscripsit an. Eg. 912. Altaphtazani sententiis hærens; cui titulum fecit *Pretiosissima atque Exquisitissima. I. p.* 535. *c.* 1.

Extant in hac Biblioth. duo exemplaria. *Ibid.*

Ejusdem Scholia ad Poema *Alphia* de Traditionibus Mahometanorum, quod Alaraki condiderat. *Ibi p.* 520. *c.* 2.

—BEN CASSEMUS BEN AHMAD, Malacitanus. Quæstoris munus Malacæ obiit. *II. p.* 91. *c.* 1.

Varia condidit Carmina. *Ibid.*

Ejus laudes. *Ibid.*

—BEN EDRIS BEN ALI ABA ABDALLA, cognomento *Ebn Faragius Alkohol*, ex peninsula Xucar, Poeta & Scriptor celeberrimus. Obiit an. Eg. 634. *II. p.* 74. *c.* 1. *&* 2.

—BEN GALEB ARASIPHI ABA ABDALLA, Valentinus, Poetarum princeps. Extant aliqua ejus Carmina. *II. p* 77. *c.* 2. *& p.* 122. *c.* 2.

Obiit an. Eg. 572. *Ibi p.* 78. *c.* 1. *& p.* 122. *c.* 2.

—BEN GEBER DILNUN, vulgò *Ebn Arlomalia*, Jurisconsultus clarissimus. Obiit an. Eg. 605. *II. p.* 80. *c.* 2.

—BEN GIABER BEN SENAN ABU ABDALLA, Assyrius Harranita, vulgò *Albategnus*, ex oppido Batan, Astronomus nobilissimus. Ejus Vita & Scripta ex Arabica Philosophor. Biblioth. *I. p.* 343. *c.* 2.

Ejus Opus Astronomico-Chronologico-Geographicum. *Ibi p.* 342. *c.* 1.

Opinio de Egiræ initio. *Ibid. c.* 2.

Ab Insulis Fortunatis locorum longitudines exorditur. *Ibi p.* 343. *c.* 1.

Ptolemæi Almagestum in epitomen contraxit. *Ibi p* 348. *c.* 2.

Alios ejusdem libros illustravit. *Ibi p.* 349. *c.* 2.

Archimedis Opera Geometrica Arabica facta in compendium redegit. *Ibi p.* 384. *c.* 1.

Ptolemæi Quadripartitum Commentario elucidavit. *Ibi p.* 399. *c.* 1.

Tractatum ſcripſit de Aſtrologiæ fructu, qui extat cum Commentariis. *Ibid.*

MOHAMAD BEN GIAPHAR ABU AMER, vulgò *Ben Scharauia*, Valentinus, Templi maximi apud Valentiam Cantor & Concionator. *II. p.* 122. *c.* 1.

Obiit an. Eg. 547. & in Cœmeterio Antiſtitum ſepultus eſt. *Ibid.*

—BEN GIAPHAR BEN HAMAID BEN MAIMON ALAMAUI, Valentinus è loco Baſila. Præfuit Curiæ Valentinæ. *II. p.* 123. *c.* 1.

Deceſsit an. Eg. 586. *Ibid.*

—BEN GIAPHAR BEN KHALAPH BEN HAMID, vulgò *Abu Mohamad Alcorthobi*, Valentinus, Theologus & Alcorani Interpres. Grammaticam Alphareſi, & Tractatum de Præpoſitionibus Alzagiagi Grammatici commentatus eſt. *II. p.* 82. *c.* 2.

Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—BEN HABIB. Ejus Commentariorum in Alcoranum Tomus ſecundus. *I. p.* 506. *c.* 1.

—BEN HAKEMUS BEN MOHAMAD ALGIAZAMI ABA GIAPHARÆUS, Cæſarauguſtanus, Theologus ac Juriſperitus. Feſſæ Grammaticam ac Juriſprudentiam docuit, ac poſtea Præturam obtinuit. *II. p.* 82. *c.* 2. *& ſeq.*

Ejus Opera, atque obitus. *Ibid.*

—BEN HAMDAINÆUS ALTHALABÆUS, vulgò *Alpholpholi*, Cordubenſis. Ab Abi Giapharæo Hamdainæo Rege Cordubæ, fratre patruele, Murciæ præficitur. *II. p.* 58. *c.* 1.

Ebn Abi Giapharæum cum exercitu numeroſiſsimo ad Granatam fundit, interficitque. *Ibid.*

Marochum profectus, Muſis ſe dedit. *Ibid.*

—BEN HARETH ALKHASCHNI, Cordubenſis, Juriſperitus. Scripſit VI. Tomis Juriſconſultorum atque Hiſtoricorum Hiſpanorum Vitas & Obitus. *II. p.* 133. *c.* 2.

Clarebat ad an. Eg. 330. *Ibid.*

—BEN HASSENUS ALMORANI, Feſſanus, Artis Poeticæ, multorumque Poematum Auctor. Obiit an. Eg. 748. *II. p.* 78. *c.* 2.

—BEN HASSENUS BEN MOHAMAD BEN ABDALLA ALANSARÆUS, vulgò *Ebn Alhiagi*, Malacitanus, Juriſconſultus ac Theologus. Scripſit de Traditionibus. *II. p.* 83. *c.* 1.

Occubuit in prælio *Acab*, Hiſpanè la *Batalla de las Navas*, an. Eg. 609. *Ibid.*

—BEN HESCHAM BEN ABDELAZIZ, Cordubenſis ex Regia Ommiaditarum familia, Orator & Poeta nobilis, & Hiſtoriæ Poetarum Hiſpanorum Auctor. *II. p.* 134. *c.* 2.

Florebat an. Eg. 340. *Ibid.*

—BEN HESCHAM BEN ABDELGIABAR, pronepos Abdelrahmani Alnaſſer Ledinalla, nuncupatus etiam *Almahadi*, Cordubæ Rex. *Vide* Ben Abdelgiabar.

—BEN HOSSAIN, cognomento *Fakhreddinus*, Perſa. Edidit ſub *Appendicis* titulo Commentarium in Logicam Athireddini Abharitæ. *I. p.* 199. *c.* 1.

Floruit octavo Eg. ſeculo. *Ibid.*

—BEN IAHIA ABU ABDALLA, Cordubenſis, Monachus eruditus. *II. p.* 124. *c.* 1.

Ejus obitus. *Ibid. & c. ſeq.*

—BEN IAHIA ALABDARITA ABA ABDALLA, vulgò *Alſadphi*, Feſſanus, vir multâ doctrina & rei militaris peritiâ clarus. Occubuit in portu Gibraltar an. Eg. 651. in prælio navali à Chriſtianis commiſſo. *II. p.* 86. *c.* 2.

—BEN IAHIA BEN HESCHAM ALKHAZRAGITA, vulgò *Ebn Albardhai*, Cordubenſis ex oppido Elioſana, Arabicæ linguæ peritiſsimus. Ejus Opera ad eam linguam ſpectantia. *II. p.* 126. *c.* 2.

Obiit an. Eg. 646. *Ibid.*

—BEN IAHIA BEN KHALAPH ALAMUI, Hiſpalenſis, Orator & Poeta nobilis, atque Scriptis clarus. *II. p.* 121. *c.* 2.

Obiit an. Eg. 543. *Ibid.*

—BEN IAHIA BEN KHALIPHA, cognomento *Ben Ianec*, Sætabenſis, Hiſtoriæ Regum Hiſpaniæ Auctor. *II. p.* 122. *c.* 1.

Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—BEN IAHIA BEN MOHAMAD BEN ALASI, Valentinus ex oppido Leria, Juriſprudentiæ apud urbem Valentiam Profeſſor. *II. p.* 121. *c.* 2.

Ejus obitus. *Ibid.*

—BEN IAHIA BEN SAID ALANSARI ABU ABDALLA, Ilerdenſis, Philologus & Poeta. Obiit Valentiæ an. Eg. 559. *II. p.* 127. *c.* 1.

—BEN IEHIA BEN ABDALLA ALARPHI ABU CASSEMUS, Septanus, ibidemque Prætor; vir arte Medica politioribuſque literis ſatis notus. Scripſit plurima, è quibus duo ſuperſunt Poemata. *II. p.* 79. *c.* 2.

Florebat an. Eg. 765. *Ibid.*

—BEN IOSEPH, Damaſcenus. Opus evulgavit, Mahometi ſociorumque Acta continens, *Via Directionis* inſcriptum, & in quinque volumina partitum, cujus poſtremum hæc Bibliotheca repræſentat. *II. p.* 152. *c.* 1.

Obiit an. Eg. 974. *Ibid.*

—BEN IOSEPH ALHASN, Monachus. Opus edidit, *Firma Fides* nuncupatum, ad uſum Monachorum Mauritanorum. *I. p.* 78. *c.* 1.

—BEN IOSEPH ALKERMANI. Ejus *Alcorani Arcana*, ſeu Commentarius in Alcoranum. *I. p.* 500. *c.* 1.

—BEN IOSEPH ALUARAC, ex urbe Guadalaxara, Hiſtoricus egregius. Ejus Opera Geographica atque Hiſtorica. *II. p.* 126. *c.* 2.

Obitus. *Ibid.*

—BEN IOSEPH BEN ABDALLA, vulgò *Ebn Aiad*, Lirienſis, Bibliothecæ Valentinæ Scriptor. *II. p.* 124. *c.* 2.

Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—BEN IOSEPH BEN ABDALLA ABU THAHER, ex loco Aſchtorqui, ſeu Aſturik in Tudelæ ditione. Inter alia Opera edidit Poemata de Traditionibus, & Eccleſiæ Mahometanæ Hiſtoriam ad an. Eg. 538. perductam. *II. p.* 163. *c.* 2.

Ejus obitus. *Ibid.*

—BEN IOSEPH BEN ABDALLA ALTAMIMÆUS ALMOZENUS, vulgò *Aba Althaherus*, Cæſarauguſtanus, vir eloquentiſsimus, & Cordubenſium lin-

guæ

guæ Arabicæ, Rhetorices & Poetices Academiarum Inſtitutor. *II. p.* 78. *c.* 1.

Et varia Carmina & Sermones Academicos edidit, quos *Conſeſſus Cordubenſes* appellavit. *Ibid.*

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Ioseph Ben Abi Schaker Alansari, Valentinus ex oppido Scion, Arabicarum Antiquitatum, & temporum rationis prudentiſsimus. *II. p.* 122. *c.* 2.

Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—Ben Ioseph Ben Ali Ben Haian Athireldinus, vulgò *Ebn Haian*, Grammaticus ac Iuriſconſultus nobilis, & Cairi Rhetoricæ Profeſſor. Ejus Opera, patria, atque obitus. *II. p.* 81. *c.* 1. *&* 2.

—Ben Ioseph Ben Ismael Ben Pharagi, Hiſpaniæ Rex præſtantiſſimus. Ejus vita Regnique hiſtoria. *II. p.* 306. *c.* 1. *& ſeqq.*

—Ben Isa Aba Bakerus, vulgò *Ben Cuzman*, Cordubenſis, genere & Poetica facultate illuſtris, præcipuè ad amatoria Carmina condenda natus. *II. p.* 77. *c.* 2.

Plura ſuperſunt ejus Carmina, & Orationes duæ in Regia Granatenſi Academia habitæ. *Ibid.*

Obiit an. Eg. 555. *Ibid.*

—Ben Isa Ben Mazin, Rerum Hiſpanicarum Scriptor. *II. p* 32. *c.* 2.

—Ben Isaad Alsadiki Alduani. Scholiis uberrimis illuſtravit Commentarios Alzamkhaſchræi in Alcoranum. *I. p.* 489. *c.* 2.

—Ben Isac Alnadim. Ejus de Ptolemæi ætate & inventis teſtimonium. *I. p.* 348. *c.* 2. *& ſeq.*

—Ben Ismael, vulgò *Ben Khalphun*, Hiſpanæ Hiſtoriæ ſacræ ac profanæ Scriptor inter præcipuos numerandus. *II. p.* 126. *c.* 1.

Ejus ortus & obitus. *Ibid. & c. ſeq.*

—Ben Ismael Ben Pharagi Ben Ismael Ben Ioseph, nuncupatus *Abu Abdalla*, Hiſpaniæ Rex. Quæ ad ejus laudes & hiſtoriam faciunt. *II. p.* 291. *c.* 1. *& ſeqq.*

Ejus mors, & ſepulcri Epitaphius. *Ibi p.* 296. *c.* 2.

—Ben Ismail, vulgò *Ebn Alraſcid*, Hiſpanus. Elenchum confecit propoſitionum à ſuis Pontificibus proſcriptarum. *I. p.* 528. *c.* 2. *& ſeq.*

Hujus Elenchi duplex in hac Biblioth. exemplar. *Ibid.*

—Ben Ismail Altanukhi, rerum Aſtronomicarum ſedulus inveſtigator. *I. p.* 429. *c.* 2.

—Ben Ismail Ben Abad Allakamita Abulcassemus, Hiſpalenſis, Poeta præclarus. A Cordubenſibus Rex creatus, morti proximus, filium Abu Amru Obad, aliàs Almotadhedum Billa Regni Succeſſorem conſtituit. *II. p.* 39. *c.* 1.

—Ben Ismail Ben Algionhi, ex oppido Concentania in ditione Deniæ. Genere ac literis clarus extitit, Valentiæque præturam obtinuit. *II. p.* 121. *c.* 2.

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Ismail Ben Khamis, vulgò *Abu Amer Algiomahi*, ex oppido Conſtantania, Valentiæ & Sætabis Prætor. *II. p.* 127. *c.* 2.

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Issa Abu Abdalla, Perſa ex urbe Mahan, Arithmeticus, Geometra & Aſtronomus. Ejus Scripta. *I. p.* 431. *c.* 1.

—Ben Issa Ben Abi Abad Abulhassan. Librum edidit de Aſtrolabii deſcriptione & uſu. *I. p.* 432. *c.* 2. *& ſeq.*

—Ben Issa Ben Almonnem Abu Abdalla, Siculus, Geometra & Aſtronomus cum primis laudandus. *I. p.* 434. *c.* 1.

—Ben Keram. Ejus hæreſis. *I. p.* 198. *c.* 2.

—Ben Khair Abu Bakerus, vulgò *Alamuai*, Hiſpalenſis. Bibliothecam Arabico-Hiſpanam in partes X. diſtributam ſcripſit. *II. p.* 122. *c.* 2.

Ejus ortus & obitus. *Ibid.*

—Ben Khalaph, Hiſpanus. Ejus in Alcoranum Commentarius, *Ductor* appellatus. *I. p.* 502. *c.* 1.

—Ben Khalaph Ben Marzuk, Valentinus ex oppido Honda, Iuriſconſultus & Traditionista inſignis. Obiit nonagenarius an. Eg. 599. *II. p.* 124. *c.* 1.

—Ben Khalaph Ben Musa Alansaræus Alauasi, Illiberitanus, Theologus, Iuriſconſultus, & Medicus præſtantiſsimus. Ejus Opera. *II. p.* 87. *c.* 2.

Obiit an. Eg. 557. *Ibid.*

—Ben Khalaph Ben Saed Algasani, vulgò *Alabli*, Iuriſconſultus & Hiſtoricus, & in patria ſua Silves Prætor. *II. p.* 121. *c.* 2.

Obiit an. Eg. 547. *Ibid.*

—Ben Khalaph Ben Soliman Ben Phathun, ex urbe Orihuela, Iuriſconſultus. Deniæ Prætor renuntiatus, ut liberiùs literis vacaret, præturæ renuntiavit. *II. p.* 133. *c.* 2.

Præter alia ſcripſit de Contractibus Forenſibus. *Ibid.*

Quare hoc Opus lucem non viderit. *Ibid.*

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Khaled Abu Abdalla, vulgò *Ebn Zamanin*, Granatenſis, Iuriſconſultus & Hiſtoricus diligentiſsimus, qui Granatæ præfuit & Malacæ. *II. p.* 124. *c.* 2.

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Khaled Ben Aldelmalek Almorualruzi, Aſtronomiæ peritiſsimus. *I. p.* 430. *c.* 1.

—Ben Khalsun Ben Ioseph, ex oppido Rute, Monachus, omni ſcientiarum genere inſtructiſsimus. Ejus Opera. *II. p.* 94. *c.* 1. *&* 2.

—Ben Khatir, Alpherganenſis. Ejus Scripta Aſtrologica. *I. p.* 432. *c.* 2.

—Ben Khazam, Hiſpanus, Agriculturæ tripartitæ Auctor. *I. p.* 324. *c.* 1.

—Ben Khedher Alrumi. Ejus Deſcriptio Templi Medinenſis ſub titulo *Pulchrum Munus. II. p.* 158. *c.* 2.

—Ben Lara, Hiſpahanenſis. Librum edidit de univerſa Numerorum diſciplina. *I. p.* 433. *c.* 1.

—Ben Magh. Ejus Collectio Traditionum Mahometanarum, cui titulus *Animi Hilaritas. II. p.* 169. *c.* 1.

—Ben Mahmud Albokhari, Perſa Bokharenſis, Poe-

Poematis Dhialdini de arte Metrica Commentator. *I. p.* 82. *c.* 2.

MOHAMAD Ben Maimon. Hispalim obsidet, expugnat, civiumque partem maximam trucidat. *II. p.* 54. *c.* 1.

Sætabim tertio ab obsidione mense capit. *Ibid.*

—Ben Malek Ben Abdelrahman Abu Abdalla, vulgò *Ben Alcazaz*, Almeriensis, cujus urbis Historiam scripsit. *II. p.* 127. *c.* 1.

Præturam gessit in oppido Schobrob, ibidemque obiit an. Eg. 559. *Ibid.*

—Ben Malek Schah Alsolthan Alsaid, Rex Selgiucida. *I. p.* 79. *c.* 1.

—Ben Man Ben Somadeh, ex Altigibitarum familia, *Abu Iahia*, *Almotesemus Billa*, & *Aluatekus Billa* etiam dictus, Cœsaraugustanus. Patri adhuc viventi in Regno Almeriæ successit an. ætatis suæ XVIII. Eg. 444. *II. p.* 40. *c.* 1.

Breviuscula de ejus regno historia, & mors. *Ibid. c.* 2.

Extant complura ejus Carmina. *Ibid.*

Binos reliquit liberos, quorum nomina indicantur. *Ibid.*

—Ben Massud, Persa Schirazensis. Ejus primus & ultimus è quatuor Tomis Commentariorum in Avicennæ Canonem. *I. p.* 291. *c.* 2.

—Ben Massud Alkhaschini, ex urbe Jaen, Grammaticus præclarus, & Rhetoricæ ac Poetices Professor & Scriptor. *II. p.* 121. *c.* 2.

Ejus obitus. *Ibid.*

—Ben Massud Ben Abi Alphateh Alschirazi, Persa ex urbe Schiraza. Ejus Commentarius in *Medullam* Mohamad Ben Mohamad Ben Saiph Alasphraini de Rhetoricæ præceptis. *I. p.* 61. *c.* 1.

—Ben Massud Ben Khalasat Aba Abdalla Ben Abilkhassal, ex opido Xucar, omni scientiarum genere ornatissimus, & plurimorum Operum Auctor. *II. p.* 75. *c.* 1.

An. Eg. 540. Cordubæ ab Almoraviditis occiditur. *Ibid.*

—Ben Mobascher Ben Abilfatuh, Bagdadensis, Vicarius Regis Odataldini, Geometra, Astronomus ac Philosophus non vulgaris. *I. p.* 434. *c.* 1. & 2.

Decessit an. Eg. 618. *Ibid.*

—Ben Mohamad Aba Abdalla, ex urbe Velez, Grammaticæ, Rhetoricæ, atque utriusque Iuris in patria sua Professor; cujus varia extant Carmina. *II. p.* 84. *c.* 1.

Ipsius obitus. *Ibid.*

—Ben Mohamad Aba Abdalla Algapheki, vulgò *Ebn Hassan*, Hispalensis. Ejus laudes, & munera ab eodem in Hispania obita. *II. p.* 91. *c.* 1. & 2.

Nonnulla Carmina composuit, obiitque an. Eg. 613. *Ibid.*

—Ben Mohamad Aba Bakerus, vulgò *Alsangiali*, Malacitanus. Multis fuit nominibus commendabilis, & in Regio patriæ urbis Collegio Theologiæ Professor. *II. p.* 91. *c.* 1.

Ibidem Antistes obiit an. Eg. 733. *Ibid.*

—Ben Mohamad Abdalla Ben Malek Althai, Iaienensis. In ejus Artem dicendi, cui titulus *Fax*, Commentarius Mohamad Ben Abdelrahman, & Ebn Zadeh Kemaleldini. *I. p.* 52. *c.* 2.

—Ben Mohamad Abdelrahman Alkhathab. Commentario *Oculorum Acies* appellato illustravit an. Eg. 953. Institutiones Iuris Mahometani Doctoris Abdelmaleki Abulmali. *I. p.* 481. *c.* 1.

—Ben Mohamad Abu Amer, vulgò *Almoncarral*, Sætabiensis, Rerum Hispanicarum Scriptor, & Academiæ Historiæ in patria sua Conditor. *II. p.* 121. *c.* 1. & 2.

Obiit septuagenarius an. Eg. 541. *Ibid.*

—Ben Mohamad Alansari, vulgò *Alsaheli*, Malacitanus. Adolescens, morum innocentiâ clarus; senex, vitiis fuit insignis; semper tamen studiosus. *II. p.* 90. *c.* 1. & 2.

Ejus Operum catalogus. *Ibid. c.* 2.

Ipsius ortus & obitus. *Ibid. & c. seq.*

—Ben Mohamad Alansari, aliàs *Alzeituni*, Granatensis, Grammaticus & Poeta. Ejus obitus. *II. p.* 123. *c.* 2.

—Ben Mohamad Albalisi Ben Ali, ex urbe Velez. Comœdiam edidit lepidam simul & satyricam prorsâ & vorsâ oratione, cui nomen fecit *Sales & Elegantiæ*, *Dialogi inter variarum Artium Professores instituti. I. p.* 144. *c.* 2.

Comœdiæ argumentum, & Actus ex quibus constat. *Ibid.*

—Ben Mohamad Albaluita Ababakerus, Almeriensis, nobilis genere & doctrinâ, Regiæque Granatensis Curiæ non semel Præses. *II. p.* 92. *c.* 1.

Ejus duo Poemata, atque obitus. *Ibid.*

—Ben Mohamad Aldalhi Alothmani. Ejus Commentarius in Altaphtazani Opera Theologica, an. Eg. 917. editus. *I. p.* 521. *c.* 1.

—Ben Mohamad Algezeri, Mesopotamiensis, Auctor Poematis, cui titulus *Prolegomena de methodo rectè legendi Alcoranum. I. p.* 152. *c.* 2.

Duos nactus est sui Poematis Commentatores. *Ibid.*

Obiit an. Eg. 733. *Ibid.*

Ipsius *Manuductio*, i. e. Poema de regulis Critices ad Historiam Mahometanam pertinentibus. *II. p.* 336. *c.* 1. & *p.* 340. *c.* 2.

—Ben Mohamad Almonzali. Ejus Opus autographum, titulo *Scholia in Codicem Traditionum. I. p.* 540. *c.* 2.

—Ben Mohamad Almoradæus, vulgò *Ebn Alaschab*, Tunetanus, genere, ingenio & doctrinâ conspicuus; cujus supersunt quædam Carmina. *II. p.* 78. *c.* 2.

Obiit an. Eg. 735. *Ibid.*

—Ben Mohamad Alnemri Aba Abdalla, Orator ac Poeta nobilissimus. Poema edidit in Uxoris obitum; obiitque ipse an. Eg. 730. *II. p.* 80. *c.* 2.

—Ben Mohamad Alramli. Ejus Opusculum de urbis Meccæ laudibus & privilegiis. *I. p.* 484. *c.* 1.

—Ben Mohamad Ben Abdelrahman Ben Ali Al-

